

Cyrilli 14 libri Thesauri

Greg Nisseni de vita Moysi

Cyrilli Thesaurus

Incipit prefatio Ad inclitum Alfonsu Rege Aragonum et utriusq; sicilie Georgij trapezuntij in traductione thesauroꝝ Cyrilli archiepiscopi Alexandrini.

Incipit liber primus qui appellatur thesaurus cyrilli alexandrini archiepi aduersus hereticos qd filius et spus scus unus de9 cu pre sint. ad frem suu nemesianu petentem conscriptus a georgio trapezuntio traductus.

Capitula libri secundi

Capitula libri tertij

Incipiunt principia caploꝝ. Et nuls oloꝝ

Principia caploꝝ. lib II

principia caploꝝ. lib tercij

Incipit liber .xi.

Incipit liber .xii.

Capitula lib . xi .

Capitula lib . xii .

Explicit

Cyrilli alexandrini archiepiscopi liber qui appellatur thesaurus aduersus hereticos a Georgio trapezuntio ex greco in latinum traductus.

AD INCLITUM ALFONSUM REGEM ARAGONUM & UTRIUSQ: SICILIE GEORGII TRAPEZUNTII IN TRADUCTIONE THESAURORUM CYRILLI ALEXANDRINI PREFATIO.



BEATI CYRILLI THESAUROS A
GRECO SERMONE IN LATINUM
serenitatis tue iussu traduxi Alfonse
rex inclite: traductosq; tuo nomini
atq; tutele dedicaui. Est autem liber
aduersus arium & eunomium cete-
rosq; hereticos: qui in unigenitum fi-
lium dei & spiritum sanctum furore
concitati multa conscripserunt: Quibus non simpliciores mo-
do sed etiam peritiores auctoritate scripturarum ad suam im-
pietatem contrahebant. Nam cum multa inueniantur in scrip-
turis uel humano more: quod aliter loqui non possumus: dicta
de deo uel filio dei non ut deo sed ut homini accommodata om-
nia illi diligenter collecta ueritati catholice uel ut uerius dicam
capiti suo & suorum incutiebant. Non .n. potuerunt q̃uis per
totum fere terrarum orbem scripta sua lingua greca: que tūc
latissime patebat diffudissent: quicq̃ efficere. Nam ueritas eis-
dem artibus acerrime se per cyrillum defendit. Omnes .n. scrip-
ture auctoritates quibus illorum perfidia ueritatem oppugnabat:
cyrillus pro ueritate facere in his libris aperuit: & libros fidei ue-
ros appellauit thesauros. Deinde q̃ prudentissime in multa uolumi-
na transcriptos per omnes orientis ecclesias transmisit: ut cum
singulorum scripture locorum quibus illi nitebantur distincte
copiose dilucide expositiones & quasi oracula legerentur: om̄is
hereticorum puersitas euersa iaceret. Hi diuini libri & uere
thesauri fidei catholice modo facti latini tuo iussu sunt. Quare
deus mea quidem sententia significare uoluit sicut per uirum
sanctissimum uerbis solum atq; scriptis defensa tunc ueritas fuit



ita nunc per maiestatem precipue tuam armis & gladio posse
defendi. Neq; id inani coniectura sed ueris sum rationibus
assecutus. Iidem .n. sunt hostes: eadem ferme impietas. Nemo
.n. est qui nesciat machumetistarum perfidiam in filii & spi-
ritus sancti deitatem insanire. Quam quidem insaniam tur-
ci machumetistarum omnium potentissimi per uniuersam
conantur europiam gladio confirmare. Sicut ergo eadem
impietas quando aduersus ueritatem uerbis atq; scriptis age-
bat: scriptis per cyrillum fuerat refutata: Ita nunc quoniam
armis & gladio agit: armis & gladio per te repellenda est. Et
hanc esse uoluntatem illius qui tantas uires tot tantasq; copi-
as tot regna tibi commendauit: licet multis possim manife-
stisq; signis comprobare: duo tamen i presentiarum mihi su-
fficient. Primum q ad sicilie insule regnum paternum hoc
etiam magne grecie deus tibi tradidit: teq; angusto inter-
fluente mari prisce grecie cui turci dominantur coniunxit:
ut facilius hinc omni turcos apparatu aggredi possis. Deinde
q liber sanctissimi uiri cyrilli qui iam per quadringentos
ferme annos ne apud grecos quidem inuenitur sine casu inio-
ris grecie siue fraude: quoniam apertissime suum de processio-
ne spiritus sancti errorem insequitur. Is inq thesaurorum li-
ber quem uix posset in grecia inuenire: in italiam ad te diui-
nitus nauigauit. Nec in alio tempore q in eo in quo turcorum
gladius constantinopolim erat expugnaturus: ut uel ex ipsa
serie rerum & temporum facile celsitudo intelligat tua di-
uinitus se ad hanc tantam rem taq; diuinam uocari. Sed
hec gloriosissime rex multo melius ceteris tu intelligis. Nam
qui tibi tantam rerum gubernationem commisit: is tum ani-
mi tum corporis uires etiam permagnas & heroicas uere attri-
buit: ut & prouidendo & agendo recte in finem abs te omnia
optimum producantur. Beatissimus etiam cyrillus in celis pro ma-
iestate tua intercedet. Non .n. dubito quin sicut tu in lucem

libros ipsius ad multorum utilitatem producere uoluisti: sic ipse quoque intercessione ad deum sua triumphum utrorumque hostium corporis dico & spiritus tibi sit allaturus.

CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI LIBER QVI APPELLATVR THESAVRVS ADVERSVS HERETICOS QUOD FILIUS & SPIRITUS SANCTUS UNUS DEUS CUM PATRE SUNT AD FRATREM SUUM NEMESIANUM PETENTEM CONSCRIPTUS A GEORGIO TRAPEZUNTIO TRADUCTUS.



AD MAXIMOS LABORES TUA CARITAS FRATER NEMESINE HORTATUR. Quid enim aut ad intelligendum magis arduum aut ad explanandum difficilius quam uera speculatio que de sancta consubstantialique trinitate habetur: presertim cum tenuis omnino atque imbecillis ad tantam rem comprehendendam mens hominis sit: lingua uero huiusmodi: ut uel que in manibus sunt uix possit exponere. Accedit quod pulchritudo diuine ueritatis sic latet: ut solis integro animo & sincero inquirentibus inuestigantibusque quasi celestem thesaurum pateat: inuentum consecuti merito audiunt. Vestri autem oculi beati sunt: quia uident: & aures: quia audiunt. non tamen labori succumbimus: sed in ipso christo sperantes rem penitus arduam per sancti spiritus gratiam absoluere sperantes suscepimus. Nihil aliud enim intendimus dicere: quam quod ihesus dominus est. Id uero non aliter quam in spiritu sancto dicemus: ut paulus ait. Nullus inquit potest dicere quia dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Nam quoniam multi non uerentur in belzebul dicere anathema ihesus scripture sensum ubique deprauantes & uoluntatem suam spiritus sancti uerbis anteponentes redemptorem & dominum suum & ipsi negantes

Hunc librum Reuerendissimus in christo pater dominus Iacobus de Sienno Episcopus Wladislauiensis burse Ierusalem in Cracovia donauit Anno domini M° cccc° lxxx°

& ceteros laqueis ad errorem suum deducentes: equum atque utile
putauimus: ut tu mones ecclesie filiis consulere: & ad singula que
illi ueritati opponunt: breuiter & dilucide respondere. Varius
.n. & multiplex arrianorum & eunomianorumque error est:
& multis modis uere se predicare simulat. Nam sicut mulieru-
le turpitudini dedite ueste atque auro ceterisque ornamentis &
turpitudinem suam occultant: & non preuidentes ad perni-
tiem attrahunt: eodem modo isti uere religionis pulchritudi-
nem fingentes scripture auctoritate errores suos conantur
communire. Sed qui uigilanter & cum ratione scripturas le-
gunt: dolis ipsorum non capiuntur: sed ueram amplexi fidei
professionem clamant: Benedictus dominus qui non dedit nos
in captionem dentibus eorum. Vt igitur aperte falsitatem dog-
matis eorum omnes perspicere possint: ordine & breuiter ad
singulas eorum calumnias respondebimus. hoc .n. modo non
paruam putamus utilitatem legentibus per gratiam christi
futuram.

Capitulum primum quomodo respondendum sit arrianis interro-
gantibus utrum unum sit ingenitum an duo.

SI arriani nos aggrediantur interrogantes utrum unum sit
quod ingenitum est: an duo: ut cum unum certe dixe-
rimus & in patrem id retulerimus inter creaturas filium
connumerare cogimur: sic respondere oportet. Primum quia
friuola & indoctorum hominum interrogatio est. multa .n.
ingenitum significare inuenitur. Nam ingenitum est quod non-
dum factum est: & tamen fieri potest: sicut a ligno scapha &
ab ere statua. Ingenitum rursus dicitur quod numquam factum
est neque fieri potest: ut uerbi gratia. Triangularis figura non
fuit nec erit umquam quadrilatera. Nam si quadrilatera fiet: statim
aliud erit quam triangularis. Ad hec ingenitum dicitur quod
quamuis sit & subsistat: numquam tamen ex aliquo fuit. Cum ergo mul-
tis modis ingenitum capiatur: dicant quid uelint in deo inge-

nitum significare. Respondebunt forsan quod nunquam genitum sit.
Primum igitur indocte interrogasse illi fateantur. Deinde nos
dicemus unum esse ingenitum: quod si ex hoc inferant: necesse
omnino esse: ut genitum et factum filium confiteamur: quoniam
unus solummodo ingenitus: isque pater sit: hec audiant. Si sapi
entia et uirtus et uerbum patris filius est: eratque semper in pa
tre uerbum sapientia et uirtus: non est factus postea filius:
qui sic appellatur et sic est. Sed quemadmodum ex deo deus:
et de lumine lumen effulsit: sic ex ingenito ingenitus: hoc
est ex non facto non factus. Tale namque oportet esse uerbum:
qualis etiam est qui ipsum genuit. Sic enim paterne substantie
proprium uere inerit in filio eius. Nihil ergo prohibet cum
unus pater sit non factus. Verbum quoque quod ex ipso est non
esse factum. In patre enim semper esse: et unum cum ipso prop
ter nature incommutabilitatem esse intelligitur: quod ipse
quoque de se ipso ait. Ego et pater unum sumus. Nam quia unum
dixit identitatem substantie significat. quia uero sumus: in
duo scindit quod intelligitur: quodque in una deitate compre
henditur. Preterea si patris incommutabilis imago filius est:
ut pater in ipso uideatur sicut scriptum est: qui uidit me.
uidit et patrem meum. necesse est non esse factum confite
ri: quod ex patre non facto emanat. quomodo enim in eo quod
factum est perspici unquam non factum poterit. Nam si primi
tiuum in imagine sua uidetur: ita certe hoc erit quemadmo
dum illud. Quare si filius factus est: et pater certe: ex quo ima
go formata est. quod si absurdum est: erit omnino imago non
facti similiter non facta. Preterea beatus ille moyses creationem
hominis narrans deum inducit dicentem faciamus hominem
secundum imaginem et similitudinem nostram. Cum igitur
nostram dicat: duo significat: Vnam scilicet spiritu quoque sancto
intellecto. Si ergo in homine uno eadem patris et filii uide
tur imago: in nullo certe inter se dissimiles erunt. Factum

uero et non factum dissimilia sunt. Non est ergo factus filius ne dissimilis patri esse inueniatur. Accedit quod a sacra scriptura omnipotens atque dominus pater dicitur: nec tamen filius: quoniam omnia potest pater et omnibus dominatur: quasi unum quid de subiectis potentie ac dominationi patris intelligitur. Sed ipse quoque omnipotens et dominus appellatur. Sicut igitur in istis non est filius de numero omnium sed ad creaturarum naturam istorum terminorum potestas redit: sic et in ingenito id est non facto non ad filium sed ad creaturas comparatio fertur. Dicitur autem unum esse solummodo non factum. quoniam preter unum deum omnia facta sunt. Quod melius atque dignius est deum patrem uocari quam ingenitum.

Nomen patris filii nomen necessario intellectum in se ipso inducit. Nomina enim huiusmodi alterum per alterum intelliguntur. Nomen uero ingeniti: quod deus scilicet genitus non sit: genitorum atque factorum memoria opponit. Si ergo necessaria est fidelibus sancte trinitatis cognitio: et qui patrem dicit filium: intelligit per quem pater est. qui uero ingenitum appellat: genita et facta ex opposito uidet: a quibus necessario qui factus non est distinguitur. Certe multo melius est inde appellare deum unde filii quoque cognitio sequitur: quam inde unde creaturarum memoria subditur: que nihil ad cognitionem sancte trinitatis conducit: et qui patrem nominauit deum: ab eo significauit quod est. Qui uero ingenitum dixit ab eo quod non est: pater enim filii est. Genitus uero non est. Quod autem magis a quo est quam a quo non est: commodius deum nominamus inde perspicuum erit. Nam siquis ineffabilem incomprehensibilemque illam naturam deum appellabit: recte ab eo nominauit quod est. Nam cum deum dixerit: illam naturam significauit. Si quis autem ab eo quod non est ipsam significet innocentem uel indepravatam appellans naturam

uere quidem dicit: sed non omnino deum significauit. Nam homines quoque indepravati et innocentes dominus angelos etiam sanctos tales esse credimus. Ab eo igitur quod est uerius et conuenientius deus significabitur quam ab eo quod non est. preterea quia genitum creaturam aliquando significat. filius quoque hac significatione ingenitus est: quia creatura non est. psalmista enim canens ait ad filium: Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Si ergo aliud est quod participat: aliud quo participatur: aliud enim in alio intelligendum est: participant etiam filio genita. hoc est creature. Aliud erit profecto quam genitum. hoc est creatura quam que ipso participat. Non est ergo genitus id est creatus: Quod si non est aliud a re genita id est creatura filius nec secundum naturam ab ea distinctus: quid est opus participatione? uel quomodo participare quispiam poterit eo quod ipse est. Quod ingenitum substantia non est: sed modi substantie significatiuum.

Ingenitum quasi principium et causa et est et intelligitur. Nullum autem principium inquantum principium est: simile aliquid sibi aut dissimile significat: et tamen ingeniti nomen significat: quod genitum est: dissimile ingenito esse. Opposita enim sunt. Non est igitur ingenitum substantia: sed substantiam de qua dicitur non esse tali modo significat. Sed dicet forsan aliquis substantiam quidem ingeniti nomine non significari: sed differentiam. Id absurde dicetur. Nam si omnis differentia in substantiis inspicitur: necesse nobis erit substantiam querere: cuius hec differentia sit. Sicut uerbi gratia. Si animal diffiniremus esseque assereremus substantiam animatam sensitiuam. In hac substantia differentie inspiciuntur. Aliud enim animal rationale est: ut homo. aliud irrationale: ut equus. quare substantia presupposita: differentie postea intelliguntur. Si ergo ingenitum differentia est: queratur differentie substantia: cuius differentia est. Non enim potest differentia ipsius substantie rationem possidere. preterea si ingenitum substantia est nec significatiuum: quod id de quo dicitur

genitum non sit: quomodo filius dissimilis erit patri: ex quo genitus est. Nam si hec nomina non repugnant inter se per significationes oppositas: nihil prohibet similem secundum substantiam patri filium esse. Vt .n. ingenitum pro substantia caperetur: sic & genitum caperetur. Substantia uero substantie contraria nō est: inquantum utraq; substantia est. Ad hec si omne ingenitum cuilibet genito dissimile: uere quispiam dicet esse quoq; geniti cuilibet genito simile. Sed filius quāuis genitus sit: nullam tamē habet similitudinem ad ea que genita idest creata sunt. est .n. super omnem creaturam. Non ergo quia ingenitus pater est: dissimilis erit filius ipsi secundum naturam: quia ex eo genitus est: Nam sicut quāuis genitus est: omnes tamen creaturas excedit: nec ullam ad ipsas habet similitudinem: sic non priuabitur similitudine ingeniti: quāuis ipse genitus est. Sed ingenitum aiunt in deo substantiam significare asserimus: & nomen id diffinitiuum esse non dubitamus. Veluti si quis hominem diffiniat animal rationale mortale mentis & discipline capax: non satis docte id oppositum est. Nam si nomen ingeniti diffinitionem esse uultis ex genere atq; differentia uel differentiis erit. Non .n. umquā sine istis constare diffinitio poterit. Ingenitum uero huiusmodi: cum nullius substantie genus sit: diffinitio esse non poterit. Ad hec a philosophis genera non una solummodo dictione sed pluribus diffiniri uidemus. sicut substantia animata sensitiua uel animal rationale & mortale. Postremo si unius rei negatio non sufficit ad significandum substantiam: non erit certe ingeniti nomen diffinitio.

Preterea diffinitio non quid non est: sed quid est quod proponitur querit. ingeniti autem uox non quid est deus sed quid non est significat. Nam quia genitus non est: ideo ingenitus est. Non est ergo nomen ingeniti diffinitio. Accedit quod substantiarum aut etiam accidentium diffinitiones non ab oppositis sed ex quibus sunt fieri docent diffiniendi doctrine professores. Non .n. diffinit qui album esse dicit quod nigrum non est. id .n. non quid

est: sed quid non est significat quod diffinitur. Ingeniti uero non esse genitum significat quod oppositum genito est. per opposita uero nunquam recte diffinies. Non est ergo nomen ingeniti diffinitio. Adde quod ingeniti uox multa significat: et inter equocaiure numeratur. Diffinitiones autem substantiarum non constant ab equiuocis neque a multa significantibus terminis. Non enim patebit quod diffinitur: si per huiusmodi uocabula diffinitur: Quare ingenitus non potest esse diffinitio. Postremo si uox ingeniti diffinitio est: conuertetur cum diffinito sicut siquis hominem diffiniens animal dicat esse rationale mortale mentis et discipline capax: poterit conuertere dicere: siquid est animal rationale et mortale mentis et discipline capax: id hominem esse. Quare si ingenitum substantia est: et substantia ingenitum erit: sed non conuertitur. Non enim omnis substantia ingenita quoque est. sed soli deo id precipue inest. Solus enim ingenitus est. Non est ergo nomen ingeniti diffinitio. sed solum non esse genitum significat. Quod ingenitum substantia non est: sed solummodo deum non esse significat.

Si ingenitum substantia est: et substantie nihil contrarium est: nihil erit ingenito contrarium: sed genitum ingenito contrarium est. ingenitum ergo substantia non est: preterea si ingenitum substantia est: genitum quoque necessario substantia erit. Quod si utrumque substantia erit: non erunt opposita. hanc enim oppositionem substantie non suscipiunt. Ad hec si ingenitum substantiam dei significat: nec non esse genitam substantiam notat. genitum quoque similiter substantiam significabit: nec genitam esse notabit. Cum autem utrumque substantiam significet: unde cognoscemus alterum non esse genitum alterum genitum esse: cum nomina nihil aliud quam substantiam significent. Aliis ergo nominibus erit opus: que possint ostendere deum ingenitum a nulla esse origine: cum ipsum ingenitum nihil aliud quam substantiam dei significet. Ad hec substantia dei unum quod

est: sed non multa numero. Ingenitum uero & immortale
Ceteraq; huiusmodi non unum sed multa numero sunt. Non
erit ergo idem ipsa substantia cum ingenito & immortali si
cut nec unum cum multis. Preterea si genitum atq; ingeni-
tum. Ceteraq; hui⁹modi substantiam dei significet necesse esset.
cum he uoces diuersa significent: sic a diuersis substantiam illaʒ
compositam esse ut commode nomina hec possint dici de ipsa.
Vel si ipsa composita non est: non significabunt hec nomina ipsas
substantias: sed modum substantie quendam. Ad hec substantia
dei non dicitur aliqua de causa. Nihil .n. est propter quod deus
est. Ingenitus uero dicitur. quia bonitate cuncta excedit. quare
que nulla de causa est non est idē ei quod aliqua de causa dicit̃.
Accedit quod dei substantie nihil opponitur. ingenito autem geni-
tum opponitur. quomodo ergo idem erit substantia & ingenitū.
Qđ et si ipsum ingenitum substantia est: erit omnis substantia inge-
nita: quod impium inuenitur. Preterea substantie proprium
est: ut contraria possit suscipere. quare si ingenitum substātia
est: contrarioꝝ erit susceptiuum: quod falsum penitus reperit̃.
Nam creare qdem & non creare substantie non ingenito attribu-
untur. quas ob res ingenitum non est substantia. Nam cum sub-
stantiam dei dicunt quasi exteriores secuti philosophos dicunt
Quare proprium erit substantie dei & contrarioꝝ sit susceptiua.
Nos .n. essentiam dei & esse ipsius significare uolentes: substantiam
dei non proprie dicimus & nomine ingeniti non substantiam
sed modum quo deus est significari credimus. Substantia .n. pro-
prie est. que cum sit sub genere atq; spetie accidentibus subsistit.
Tale quid autem deus non est. quare nec proprie substantia dicit̃:
ingenitus autem proprie dicitur. Non est ergo idem ingenituʒ
& substantia. Nam si substantia dicitur. quia omnibus subsistit acci-
dentibus: deus uero nulli accidentium subsistit. Non erit deus
substantia proprie sed super substantiam. Ingenitus uero deus
proprie est: factus .n. non est. Non est ergo idem ingenitum &

substantia. Aduersus eos qui dicunt qđ erat duratio quādo
non erat filius & testimonia scripture: inde colligitur
uerbum dei eternum. Capm. iii.

Indocte nimium dicitur ab hereticis qđ erat duratio quādo
non erat filius. Nam si uerbo dei aiunt: attribuitur erat:
non erit absurdum: si etiam dicetur qđ non erat. Nam si-
quis in tempore ipsum erat accipiet: ut aperte dicat fuisse tem-
pus quando non erat filius. quomodo non erat indoctus qui
tempus prefuisse filio audet dicere: per quem secula facta esse
paulus asserit: & euangelium. In principio erat uerbum: & uer-
bum erat apud deum: & deus erat uerbum. & in apocalypsi idem
iohannes: qui est: qui erat: qui uenturus est. Venturus. n. de uer-
bo dicitur: de quo etiam dicitur: qui est & qui erat. Ecce naq; ait
ego uenio: & habitabo in medio tui dicit dominus. & aperte io-
hannes ipsum erat uerbo attribuit. Erat. n. ait uerbum apud de-
um. Is autem de quo dicitur qui est & qui erat & qui uenturus
est: eternus esse certe significatur. Innumera huiusmodi scriptu-
re sunt testimonia paulus de iudeis: quorum patres & ex quibus
christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus
in secula. Idem de uerbo. Inuisibilia. n. eius a creatione mūdi crea-
turis intellecta conspiciuntur. Et eterna uirtus eius & deitas. Id
si de patre aliquis dici contendet: in filium rursus conuoluetur.
Virtus. n. dei quenam sit ipse paulus clamat. Christus dei uirtus
& dei sapientia. Et psalmista similiter. Manda deus uirtuti tue
confirma deus hoc quod operatus es in nobis. Quis autem est qui
confirmauit hoc quod factum est in nobis: nisi qui a corruptione
nos redemit: dei filius & ad incorruptionem reduxit: Quod autē
locus ille scripture. qđ inuisibilia eius a creatione mundi creaturis
intellecta conspiciuntur: & eterna eius uirtus & deitas filium si-
gnificat: sic comprobari potest. Scriptum est. n. qđ nemo cogno-
scit patrem nisi filius: & cui filius reuelauit. Si ergo soli filio pa-
ter cognoscitur: & per eum solummodo ceteris reuelatur non per

creaturam certe intellectus pater conspicietur: sed creatura quidem creatorem suum uerbum dei esse conclamat. Verbum aut̄ in se ipsum patrem ostendit. Vnde philippo dicenti: Ostende nobis patrem: non a creaturarum pulchritudine inspiciendum esse patrem ait: sed se ipsum ostendit dicens: qui uidet me: uidet & patrem meum. Preterea psalmista de ipso canit. Qui erat ante secula. Et isayas. Deus eternus: deus qui fundasti extremitates terre. Si ergo uerbum est a quo extrema terre constructa sūt & de ipso dicitur quia deus eternus est: erat certe semper & fact⁹ non est. Ad hec de uerbo paulus scribit. Qui cum sit splendor glorie & caracter substantie eius. Dauid quoq; ait. Et sit splendor domini dei nostri super nos. Et rursus. In lumine tuo uidebim⁹ lumen. Quando ergo pater erat absq; splendore suo? aut quādo in deo non erat splendor eius? Nam si lumen de lumine patris filius est: quando non erat in patre lumen eius sicut .n. lucendi potestas ab igne separari non potest: sic a patre lumen quod ex eo nascitur: inseparabile est. Sed regnum quoq; tuum dauid canit: Regnum omnium seculorum est. Quare si nullum est tempus quod in omnibus seculis non contineatur: & uerbum ī omnibus seculis regnet: non erat certe tempus: quando filius non erat. Adde quod diuine scripture erat & qui est & sum & eram. ceterasq; huiusmodi uoces de uerbo solummodo dicunt: de creaturis autem non istas ponunt. Sed potius olim & pridem & antea & fuit & factum est. ceteraq; huiusmodi. Saluator .n. cū proprium sue substantie significare uelit: ego sum inquit ueritas: ego sum lux: ego sum pastor bonus. Et ad discipulos uos inquit dominum & magistrum uocatis me: & bene facitis. sum & enim. & ego sum uia. & ego sum ianua. & pater de ipso uerbo: Tu es fili⁹ meus dilectus. Et psalmista. Anteq̄ montes fierent: & formaretur terra & orbis a seculo & usq; in seculum tu es. & dominus dixit ad me filius meus es tu. De creaturis uero spiritus inquit diuin⁹ fecit me. Et moyses Ante q̄ omne uiride agri fieret in terra &

ante quam fenum agri oriretur: & quando excelsus diuidebat gentes
& sapientia de se ipsa apud salomonem. Antea quam terram fecisset an
tea quam abyssos fecisset: antea quam fontes aquarum prorupissent: antea
quam montes firmati essent: ante omnes colles genuit me. Et saluator
Amen dico uobis. Ante quam abraam fieret: ego sum. Et deus ad ihere
miam. Antea quam in uentre creassem te: cognosco te: & ante quam prodi
res ex utero sanctificaui te. Et susanna apud danielem. Deus magnus
& eternus: qui nouit occulta: qui nouit omnia ante generationem
ipsorum. Sed si non erat tempus heretici aiunt: in quo non erat:
Sed eternus filius & semper esse cum patre a nobis creditur non fili
um sed fratrem appellare ipsum deberetis. Nos uero & coeternum
patri & filium credimus. Si enim solummodo coeternus esset & non
filius: locum haberet hereticorum hec ratio. Verum quoniam & eter
num & filium simul predicamus: quomodo frater erit genito
ris sui. deinde. Si fides nostra in patrem & filium est: sicut etiam
baptizati sumus: que fraternitas hinc apparet: aut quomodo uer
bum per fraternitatem illi coniungetur: cuius est uerbum: preser
tim cum non a priore aliquo principio pater & filius oriantur
ut possint fratres putari. Sed pater filii principium est: & generat
filium: & permanet pater: nec alicuius filius dicitur. filius uero
filius est: & permanet filius. nec frater alicuius secundum naturam
est. Quis ergo locus fraternitatis erit in istis. preterea eternus filius
est. quia cum pater perfectus sit & qui ex eo est perfectus est. Eter
nus autem pater est: eternus ergo & filius est. Et sicut eternitas non
accidit substantie genitoris. quia semper eternus est: sic & filius qui a
similiter perfectus est: similiter etiam eternus est. Ad hec si filius
dei uerbum dei non est: sed a nihilo sicut creatura productus: hoc
prius ostendant. deinde quasi de creatura dicant fuisse tempus: quando
non erat. Sin uero filium diuine scripture appellant ipsum: & ipse
pater filium nominat: id profecto nomen genitum ex patre ipsum
significat. Non est ergo creatura. quoniam non est idem creari &
generari. Non habebit ergo locum in filio: nec dici de ipso poterit.

qd non erat: sed de creaturis proprie predicabitur. Accedit qd filius cum a patre generatur uerbum & sapientia & splendor patris est. Quare qui asserunt aliquando ipsum non fuisse incipientem & sine uerbo absq. splendore suo patrem fuisse asserunt. Quod impium omnino est. Non dicetur ergo de filio quod nō erat: sed erat patri coeternus: sed nullam aiunt diuisionem aut incisionem natura diuina suscipere potest. Nullius. n. passionis susceptiua est. Diuidi autem & abscindi illis solummodo conuenit que passioni naturaliter subiacent. quare non est dicendus filius ex substantia patris esse: ne passio & diuisio aliqua in simplici natura inueniatur. Nam si quicquid ex alio prodit: diuersuz numero est ab illo partitio quedam & incisio in diuina erit natura: si non de foris sed ex ipsa produisse filium concedamus. De foris ergo est & patri coeternus non est. peruerse atq. indocte propria corporum substantie incorporee accommodatis. In corporibus autem passio incisio & diuisio fieri dicitur. Deus uero cum incorporeus sit nec incisus nec diuisus generat. Nonne uides qd etiam ex igni paritur lumen. nec diuisionem aliquam patitur: licet mente separetur ab eo. quoniam ex eo prodit. quare si quis legibus corporis incorpoream subiicit naturam. mētis sue imbecillitatem accuset: que non potest incorporee nature cōuenientia intelligere. Nam si quia ipsi eternam filii ab eterno patre generationem intelligere nequeunt: idcirco corporalib; incorpoream naturam legibus subiciunt: cur ipsum quoq. patrem non negant. quoniam quid qualisq. natura sit non possūt dicere. Quare si fide que super nos sunt accipiuntur: est autem etiam super nos filii generatio: nullus. n. ipsam enarrabit: ut propheta quidam ait: fide ipsa quoq. suscipiatur: ita ut nullo modo de ipso cogitetur: quod non erat. Id. n. imbecillitas humanarum cogitationum excogitauit. Quod aūt ex substantia patris filius est: nec de foris factus: & ideo patri coeternus. hinc etiam uidere poteritis. Nam si ex nihilo productus est: ut uos dicitis:

nec erat ante q̄ natus esset: necesse est ipsum sicut & alias rationa
les creaturas per participationem dei deum & filium & sapientiā
appellari. id .n. rationalibus creaturis conuenit: de quibus dei
pulchritudo uere dici non potest: quippe quam gratia donatis
affert. Vt scribitur: ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. habi
tudine .n. quadam ad deum adoptati ab ipso dii efficimur. Si
ergo participatione dei per gratiam filii uocamur: cuius par
ticipatione dicemus uerbum filium dei aut deum appellari:
non .n. spiritus sancti sicut & nos. Ipse .n. de spiritu dicit. quoni
am de meo accipit. Relinquitur ergo ut pater participet. quis
igitur participationis modus est: aut quid a patre in filium deue
nit: ut participari a filio dicatur. Vt uerbi gratia Sicut ex igni
calor in corpore uel ab aliquo flore odor: uel potius sicut ad nos
spiritus de quo scribitur: qui ex patre procedit. Quid igitur est
quod cum a patre exeat: ad uerbum peruenit: & utrum id ex sub
stantia patris an de foris sumptum. Nam si de foris sumptum
est: non patre sed aliquo alio participans filius sanctificatur: q̄d
uel solum cogitare impium est. Sin autem ex substantia patris
exire conceditis: illud quo filius participat aut diuisionem inci
sionem passionemq; nature dei accidere fatebimini: aut si absq;
passione ac diuisione in deo hec sunt: frustra conamini gene
rationem filii euertere: diuisionem & passionem in ipsam in
ducentes. Nihil .. prohibet cum absq; passione atq; diuisione
filius ex patre generetur. Vnum patris ipsum esse uerbum: &
ita eternus erit. quia ab eterno prodiit patre. Sic .n. & paternā
nobilitatem in se ipso seruabit: & uere dicet. Qui uidet me: uidet
& patrem meum. non .n. uideri potest pater eternus in crea
tura. Adhec si qui filio participat diuina natura: participat
ut petro uidetur. Et si etiam templa dei sunt omnes in quibus
uerbum habitat necesse est ex substantia dei filium confiteri. Et
si nihil deo de foris accedit: perfectus .n. est nulliusq; indigens nō
accessit filius de foris sed erat & est patri coeternus: patrem .n.

deum appellamus. Verbum autem & filium & deum non ut alium prefuisse: alium postea genitum more hominum intelligamus: sed ut alium generare quod patris notio est: alium sicut ex substantia patris ineffabiliter genitum adoremus: pater igitur est quia generat. filius quia generatur. & id solum nominum usus istorum ex similitudine nobis significat. Si ergo in deo patris nomen generare solum significat: nulla ratio coget deum: qui sine tempore generat ante proprium filium fuisse. Quod si nulla duratio inter genitorem & genitum intelligi potest: coeternus profecto patri filius est. Preterea si deus creator secundum naturam est: neque advenit ei postea ut possit ex nihilo ea que sunt producere: cum omnia per filium creet: quomodo non erit impium credere quod fuerit tempus aut duratio quando filius non erat? Non est enim aliud hoc quam ipsum deum dicere aliquando non fuisse. Sed postea quando & creator filius: nam sine ipso nihil factum est: iohannes clamat. Sin uero semper & secundum naturam deus pater creator est: erat certe cum ipso uerbum id est filius: per quem creator est. Nam sicut etiam ab homine omne quod natura est: inseparabile est: sic a deo quod in ipso & ex ipso est. Est autem uerbum in patre & ex patre: Inseparabile igitur atque coeternum.

Ad hec si patri filius coeternus non est: necesse erit imperfectam aliquando fuisse sanctam trinitatem: fuisseque unitatem ante quam filius esset. Factam uero postea trinitatem fuisse quando accessit quod deerat. & quoniam quicquid accessit: id etiam auferri potest: cauendum ne qua ratio nos coget confiteri posse rursus trinitatem ad unitatem redire. Quod si quis credit impietate ipsa magis impius est. Erat ergo semper cum patre trinitatis plenitudo. Adde quod si filius proprium substantie patris germen non est: sed ex nihilo factus: dissimilis sibi ipsi sancta trinitas erit: & creatura creatori connumerabitur: & una cum ipso glorificabitur. quod impium est. Vna ergo deitas trinitas est.

una glorificatio: eadem dominatio. Quare in diuersas substan
tias non scinditur trinitas. Quomodo autem impium non
erit. Cum pater sit eternus: regnantem cum ipso filium di
cere aliquando non fuisse. Sed postea factum recentem no
bis deum accessisse. Preterea sapientie uiteq; fons deus & est &
apud iheremiam scribitur. Reliquerunt inquit me aque uiue
fontes. Et rursus. Erubescant omnes qui reliquerunt te: quia
fontem uite dominum reliquerunt. Et baruch fontem sapi
entie inquit reliquerunt. Cum itaq; sic appelletur deus: conse
quens est ut cum fonte sapientie simul sint que ex ipsa proflu
unt. Non .n. erit fons nisi aquam emittat. Qui ergo dicit fuisse
tempus uel durationem quando non erat filius: qui ait: Ego
sum uita & ego sapientia habito in consiliis. Is aperte predicat
infecundum aliquando & siccum fontem fuisse: quod impiu
est. Fecunda ergo semper diuina natura est: & uerbum patris
proprium coeternum ipsi est a substantia patris: quasi a fonte
profluens. Ad hec deus credentes in eum quasi fontem quem
aqua nunq reliquit facturus est: ut per isayam promittit. Et
repleberis inquit sicut anima tua desiderat: & pinguefient ossa
tua: & eris quasi ortus irriguus & quasi fons quem aqua non
reliquit. Si hec igitur in hominibus facturum se deus promi
ttit: quomodo non erant impii qui diuinum immortalemq;
illum fontem siccum aliquando fuisse opinantur. Quod quia
credibile non est: erat certe in fonte semper aqua uite & sapie
tia que inde profluit. hoc est filius dei. Accedit qd scriptum
legimus. Unus deus pater: ex quo omnia & nos in ipso: & unus do
minus ihesus christus per quem omnia & nos per ipsum. Sed siqs
illum per quem omnia facta sunt unum ex omnibus esse dicit:
quid prohibet & illum ex quo omnia sunt eadem ratione cum
ceteris omnibus connumerare. Qd si hoc impium uidetur si
cuti est: & illud similiter impium erit. Eternus ergo & non fa
ctus neq; unus ex omnibus filius est: Cum igitur creatura non

sit nec omnibus connumeratus super omnia & in omnibus ue-
rus esse deus intelligetur. preter hec si deus pater lumen est.
erat semper in ipso splendor suus. Si filius caracter est substan
tie patris: ut paulus clamat: dicant nobis quando substantia
patris absque caractere erat suo. Simul .n. substantia & caracter
eius inducitur. Si ueritas & sapientia filius est: quomodo non
semper in deo patre est? Nam si pater in filio uidetur: & filius
incommutabilis substantie genitoris imago est. sicut ab ipso
dicitur: qui uidet me: uidet & patrem meum: necesse est ut ei
naturaliter insint omnia: que patri etiam insunt. Sic .n. cara-
cter erit non diminutus. sed pater immortalis est & rex & crea
tor & omnipotens & deus uerus. filius ergo etiam hic est. quo-
modo .n. in re facta aut in eo qui aliquando non fuit eterni-
tas inerit? aut in creatura creator? Imagines .n. exemplarium
similitudinem semper tenent. Sed quasi mulierculas nos indoc-
tas interrogant. habebas aiunt filium ante quam genueris? certe
non. Sic ergo inquiunt. & deus non habebat filium ante quam ge-
nuerit. Non erat ergo semper filius. Sed si hominum propria
diuine nature accommodantes non erubescunt. fabros etiam
aliquos interrogent si possent absque materia opus suum efficere.
& si non posse respondebunt: inferant ex hoc deo quoque mate-
ria opus esse ad productionem uniuersi: & ita non erit creator
si non ex nihilo sed ex presubiecto principio atque materia omnia
fecisse inueniatur. Constructorque magis erit quam creator. quod si hoc
sicut impium fugiunt aut causam afferant quamobrem in ge-
nerando nihil plus quam homini deo attribuunt. In creando uero non
ita sed super hominem deum esse non negant: aut ita deus pater
erit super hominem sicut & creator. Sed absurdius adhuc arria
ni interrogant: utrum cum esset filius an cum non esset pater eum
genuerit. Quos similiter nos quoque interrogare poterimus utrum
deus cum esset factus sit: an ante quam esset fuerit. Et utrum cum esset:
se ipsum fecerit: an ex nihilo repente ipse proruperit. In his .n.

omnibus non aliter q̄ interrogatio responsio quoq; ipsa impia ē̄t.
Nos uero pie dicimus eternum patrem esse: & filium similiter eter-
num. sicut .n. nunq̄ erit lumen absq; splendore suo: sic non erit
pater absq; filio propter quem pater est. Erat autem semper deus
pater. erat igitur semper ille quoq; cuius est pater. Arriani uero
sicut instrumentum audent dicere a patre filium fuisse produ-
ctum: quo sibi uidelicet opus esse ad creationem omnium rerū
uidebat: Sed si qui est & erat filio qui non erat egebat: quis erat
maior? utrū qui egebat: an qui egestatem supplere potuerit? Hō
est ambiguum defectum hoc modo in utrisq; fuisse: & utrūq;
per se imperfectum inueniri. Nam si eternus pater filio indi-
gebat: qui postea sibi secundum eos natus est eternitatis paternē
genita filii natura plenitudo facta est. & ita inmiscibilia mix-
ta sunt. Hec quoniam impia sunt: non est ut instrumentum
productus a patre filius. nec postea sibi natus: sed coeternus est
sicut uirtus & sapientia eius. Illi uero qui quasi mulieres interō-
gant: utrum habueris filium anteq̄ genueris: cur etiam non
interrogant utrū filius tibi natus est: similis tibi secundum na-
turam & eiusdem substantie sit an aliene? Cumq; audierint
eiusdem esse substantie patrem & filium: idipsum de deo quoq;
dicant: neq; ad impietatem suam tempora uel durationes con-
siderent. Sed nature identitatem in genitore ac genito conspi-
ciant. Cūq; nobis hac ratione dederint ex substantia patris ge-
nerari filium: tunc de tempore solum & de duratione conten-
dant. nobisq; respondeant quid prohibet ne deus pater sit semp̄:
cum necessitati nature nostre deum subiicere impium sit. Ni-
mium .n. longe distant a diuinis humana. solem ergo respiciāt:
si uolunt: si lux que est ex eo semper cum eo sit: & ab igne distāt
an semper ei calor inerat. Et si cum istis semper inuenerīt fuisse:
que ex ipsis sunt: quanto magis cum eterno deo filius semper
erit? Nam si secundum naturam ex patre est: nec ulla ratio
cogit ut in tempore uel duratione aliqua deus generet. Erat

certe coeternus patri filius qui ex ipso est: per quem a nihilo uniuer
sa facta sunt. Scire igitur oportet eos qui uolunt discere non diui
sibiliter aut corruptibiliter generare deum: ut aliqua possit pa
ssio in generatione ipsius intelligi. diuidi .n. & fluere nature cor
poree propria sunt. Incorporee uero & diuine nec passio nec diui
sio nec aliquid huiusmodi accidit. Non est igitur filius quasi pars
aliqua patris sed ex ipso & in ipso. nam quia ex ipso est filius uoca
tur: quia uero in ipso sapientia & uerbum: Coeternus igitur geni
tori est. Nunquam .n. mentis compos sine sapientia & uerbo fuisse
patrem dicere audebit. Nam si humanus intellectus uerbum ex
se ipso generat: nec passio ulla propter hoc sibi accidit: & uerbum
quidem in mente: mens autem in uerbo & omnino alterum in altero
uidetur. Nec sine uerbo mens & intellectus unquam fuit. Non erit .n.
mens: si uerbo caret. Verbum autem dicimus non solum quod lin
gua profertur: uerum etiam id quod intellectualiter ex mente pro
dit. Nemo certe dicet non esse in deo proprium eius uerbum quod
perfectam imaginem patris ex perfecto patre gerit: & in patre
propter substantie incommutabilitatem uidetur. Quare si recte
credere uolumus: necesse erit fateri non accessisse postea deo ut
pater sit sed semper ipsum patrem esse: mutabilis profecto esset na
ture: si non semper esset pater. Sed aliquando factus esset pater: ut
hereticorum furor confirmat. Nam si bonum est ipsum esse pa
trem: nec fuerit semper pater: non fuisset deus aliquando bonus:
quod impium est. Erat ergo semper pater coeterni filii: sed oppo
nunt rationem similem. Quoniam dicentes bonum est creare:
erant semper creature. Nam si aliquando non fuerint uidebitur
deus non semper esse bonus: sed semper inquiunt bonus est: quis
aliquando creature non fuerint. quare etiam si non semper pa
ter fuerit: bonus tamen fuit. Nos uero ad hec dicimus magnam esse
differentiam inter filium & creaturas. filius .n. ex substantia pa
tris prodit: & eum ex quo prodit: patrem statim esse ostendit. Crea
tura uero extra substantiam est: & tunc solum actu creatorem

ostendit

ostendit: quando creator creare uoluit. Quasi .n. ars faciendi erat in ipso etiam ante q creaturas produxisset. Cum igitur tanta differentia sit: ut patre nominato filius statim intelligatur. simul .n. pater & filius sunt: neq. alterum sine altero intelligitur. nec uoluntatis id sit opus sed nature proprietas. Creature uero nominato non statim sed postea etiam possit creatura produci. Idq; quoniam non est ex natura eius sed uoluntate quasi per artem facta: quomodo nonnulli quasi idem sint creatura & filius: patrem ipm posse appellari etiam si aliquando filius non fuerit similiter contendunt: sicut & creator ante creaturas poterat appellari. Artem .n. habentem fabrilem fabrum appellamus etiam si nihil fabricetur. Idq; ideo quoniam potest fabricare si uoluerit: patrem autem non dicimus: nisi filius natus fuerit propter quem pater dicitur. Itaq; opera qdem etiam si non facta fuerint: non interimunt tamen operatorem (ut ita dicamus) nec faciunt ne possit aliquis opifex nominari. filius uero nondum natus facit: ne quis pater nominetur. Non est ergo idem creatura & filius. quoniam deus natura creator est etiam ante creaturas. pater autem non est ante q filium generet.

Qd non fuit pater ante filium: quis ingenitus sit: sed coeternus sibi semper fuit genitus filius cap. IIII.

Si absq; principio eunomius ait & semper ingenitus pater est: sicut etiam uos conceditis: filius uero genitus esse creditur: quomodo non erit necesse ut genitus principio circumscribatur. Hec ille. Nos autem dicimus nullam rationem cogere principio circumscribi genitum: cum sit genitor ingenitus. Non .n. de rebus corporeis sermo est: ut quod genitum est: tempori subiciatur: & quasi a non esse ad esse progrediens principio circumscribatur. Sed de diuina & ineffabili natura in qua ineffabiliter & ut deo conuenit omnia sunt. Quare generationis quoq; modus intellectum humanum excedit: nec hominum legibus subiacet: sed tantum humiles nature lege superat quantum

natura humana a diuina superatur. Nolint ergo principio circū-
scribere illum qui super omnia durationis principia est: qui ad
moysen dicebat: Ego sum qui sum. Et uero qui semper est: hoc
.n. significat: ego sum qui sum. quod durationis principium qs-
piam attribuet? Eunominis aūt quia ingenitus pater est & filius
genitus: idcirco putat quia pater principium habet filium habere
principium. Sed q̄uis ingenitum & genitum opposita sint: &
patres atq; filii notiones sint: non tamen omnia opposita eis attri-
buuntur. Pater .n. deus est. neq; idcirco filius deus non est. & cum
pater rex sit & filius similiter rex est. Eadem ratio etiam in cete-
ris est. Nam uterq; immortalis inuisibilis & omnipotens est. Non
ergo insunt filio cuncta que opponuntur iis que patri insunt.
Nam que naturalia sunt utriq; inesse demostrantur. Eternus aūt
secundum naturam pater est. Eternus ergo etiam similiter fili⁹
est. Multa quoq; in corruptibilibus rebus uidemus oppositis no-
minibus nominari: & tamen in multis naturalibus conuenire.
Animali .n. non animal oppositum est: ut equus & planta. & tamen
multa utrisq; communia sunt. Que igitur ratio coget ingenito
patri & genito filio: quoniam oppositis nominibus distinguntur:
nihil esse commune. Non .n. interimitur nature proprietas: q̄-
niam alter altero modo est. Generatio .n. quomodo est filius si-
gnificat. Id porro eternitatis rationi minime obest. preterea si
ex mortali mortale nascitur & corruptibile ex corruptibili cōtra
quoq; necesse est ut quod ex eterno & immortali nascitur: id
eternum immortaleq; sit. quare ita se natura habebit filius si-
cut & genitor eius. Non est ergo factus filius. Qui uero factus
non est: quomodo principio circumscribetur? Qui porro cir-
cumscriptus principio non est: is coeternus patri est. Ad hec q̄
ab aliquo principio generationem filii credunt incepisse: ue-
hementer errant nihil filio dei plusq̄ homini attribuentes. Ho-
minem .n. quando esse incepit necessario etiam generatio ei⁹
incipit: & quod ex eo est: separatum a se ipso habet. Deus uero

15

cum sit ingenitus: non in tempore generat: nec separatum a se ipso habet filium suum. sed sicut ipse sine principio & ingenitus est: sic qui ex substantia eius prodit: sine principio & non factus est. Sed discere a nobis qui coeternum patri filium credimus eunomius querit: an pater cessauit iam generare. Nam si cessauit ut ipse opinatur: generandi cessatio inquit principium essendi filii est. Sed quoniam super omne tempus & omne principium & omne spatium substantia dei est: generatio quoque dei super illa omnia est. Nec priuabitur natura diuina potestate generandi: quoniam absque tempore generat. Alius enim diuine generationis modus est quam humane. Simul enim esse deum & generare ipsum credimus: quamuis mente generatio post intelligatur. Erat igitur in ipso genitus filius: nec precedit generatio eius esse ipsius. Sed simul semper & est & generatur. Quare qui ausus est dicere cessasse patrem a generando crimine impietatis non caret. Tres enim mutationes in diuinam induxit naturam. quia tria spatia in huiusmodi generatione quam cessauit necessario dantur. Unum ante generationem alterum in ipsa tertium post ipsam. Si ergo sic deus genuit: ut & inceperit & genuerit & cessauerit: quomodo inmutatus non est? aut quomodo ipse seculorum erit creator? Et quomodo paulus uere de christo dixit: per eum facta esse omnia: si durationis aliquod spatium ante quam natus esset secundum furorem istorum precesserit? Ad hec quomodo in tempore genuit deus aut in spatio & duratione qui huiusmodi naturam omnem ut cetera omnia excedit. Nec tamen omne quod generat: hoc est producit ex se naturaliter a non generando ad generandum procedit. Nec esse quod generat. generare quoque necessario cessat. Ignis enim ex se ipso calorem qui naturaliter in ipso est: & lucem generat atque producit. Nec a non calido calidus factus est. nec cessabit umquam generare & producere: quod secundum naturam in eo inest: sed simul factus est ignis & calor & lumen in

ipso sunt. Si ergo etiam in creaturis huiusmodi generandi modus uidetur: quomodo non erit impium maiora ipsi non concedere: cuius magnitudinem humana mens nullo pacto assequi potest: presertim cum genitum ab ingenito sicut factum a non facto plurimum distet. Contraria. n. esse uidentur. Si ergo factum est omne quod a facto natum est: similiter quoq; quod ex non facto nascitur: factum non erit. Sed filius ex patre non facto & eterno nascitur. ergo & ipse nec factus & coeternus patri est: seruans in se ipso omnem paterne nature dignitatem.
Sed nos inquiunt non negamus coeternum dici patri filium: non tamen quia semper cum ipso fuerit. sed quia pater semper uoluntatem habendi filium in se habuit: temerarie id dicitur: & impie creditur. Quis. n. non uidit de producendis singulis etiam creaturis uoluntatem esse in deo. Non. n. inuitus sed uolens propter bonitatem suam cuncta creauit. Que igitur erit differentia inter creaturam & filium: si utrorumq; uoluntatem dei fuisse causam concedemus? Aut quis mentis compos non clamabit aduersus istos qui filium & creaturam ratione nature in infinitum distantia equali mensura colunt: nihil plus attribuentes uerbo quod ex substantia prodit quam creaturis: cum in prescientia dei & uoluntate utrumq; fuisse contendant. Preterea si filius non erat semper cum patre: sicut coeternus & ex ipso secundum naturam prodiens. Sed postea esse accidit ei. patri quoq; necessario accidit: ut pater sit. Et ita mutatus est. Nam quod antea non erat: id postea secundum uos factum est. Sed ab omni mutatione longe abest dei natura. non accidit ergo deo ut pater sit. sed est ei coeternus filius: ut igni calor. Genitus ex eo: sicut ex lumine splendor. Sed si perfectus inquiunt pater in sua magnitudine est: nec aliquid ad perfectionem sue nature deest: superflue quasi plenitudo deitatis sue filius sibi adiungitur. perfectus certe pater in sua magnitudine inuenitur: nec sane mentis id quisquam negabit. perfectus

autem est non solum quia deus est: sed etiam quia pater. Quare qui deum negat patrem esse: is fecunditatem aufert a diuina natura. ut iam perfecta non sit: cum generanda uirtute careat. Notio ergo perfectionis fecunditas est & sigillum quod patris ostendit perfectionem: filius est qui ex eo prodit. Preterea si paterne substantie fecunditas non secundum naturam insit perfectusque sit: etiam sine generandi potestate superflua & forinsecus accita est generatio: de foris autem accitur quo quis indiget. Quomodo ergo perfectus est qui indiguit? aut quomodo inuectum extrinsecus aliquid deo est: quasi non a se ipso perfecto? Natura igitur inest patri fecunditas. & ideo perfectus est: quia genuit. Adhec si perfectus in sua magnitudine pater est: etiam si nulla fecunditate polleat: ut uos opinamini de foris sicut & creature & non ex substantia sua productus est filius. eritque superflua quantum ad perfectionem dei partium productio eius sicut & creaturarum. Hoc enim erat deus ante quam nos creati essemus: quod nunc etiam est. Nihil enim ei attulimus a nihilo ad esse producti. & si ad nihilum redigemur: nihil ab ipso detrahemus. Sicut ergo nos gratias agimus deo. quia bonitate sua nos creauit. filius quoque agat similiter & credatur nobis similis quasi a dextera creatus sicut & nos. sed maxima in his uerbis impietas est. fugienda ergo sunt: & filius ex substantia genitoris esse credatur. Sicut enim & filius uere erit. Sed non est inquiunt deus propter fecunditatem perfectus. Sed quoniam deus ideo perfectus & postea factus est pater: dicatis ergo nobis oro qui nullam impietatis foueam formidatis: si postea deus factus est pater: quid erat ante quam pater fieret. Nam quoniam erat deus & pater etiam erat. Aut si aliquando deus pater non erat: secundum uos omnibus manifeste scripturis contradicitis. Deum enim patrem semper fuisse cognoscunt. quod nomen si semper inerat deo: necessario sibi filius coeternus erat. Non erat enim pater absque filio. Sed magnum quid afferre deo heretici

putant: cum non semper patrem sed semper deum fuisse asserat:
nec uident ad contumeliam id potius pertinere. Nam ut deus
ad seruientia & ad creatam naturam habitudinem habet: sic pat̃
ad filium. Ita re maiore priuantes deum non sentiunt. Melius
est .n. filii patrem esse q̃ creature dominum. De nobis .n. dicitur
qđ populus pascue sue sumus: & pecudes manus sue. De filio aũt
qui cum esset in forma dei non rapinam est arbitratus se esse
equalem deo. Et rursus ad ipsum. Sede a dextris meis. Per ista igi
tur & similia quantum a creatura differat filius intelligimus.
Adde qđ sicut pater ad filium dicitur: sic deus ad creaturas que
non eiusdem sunt cum ipso nature. Quare necesse est simul pa
trem & filium intelligi. Aut si postea genito filio factus est pa
ter: postea quoq; quando per uerbum omnia facta sunt factus
est deus. Creaturarum .n. deus est. Qđ si omnia post filium fa
cta sunt: per uerbum .n. facta sunt. Antea pater fuit q̃ deus.
Creatura .n. omnis cuius est deus post filium facta est. Accedit
qđ equius est patrem appellare q̃ solummodo deum. Nam si pa
tris nomen non esset: dignius in deo q̃ ipsum nomen deus. Cur
cum discipulos saluator ad baptizandum mitteret: non iussit
ut in nomine dei & filii & spiritus sancti baptizarent: sed quasi
maiorem diuine nature ostendens dignitatem. In nomine pa
tris inquit & filii & spiritus sancti. Philippus uero cum diuinam
curiose scrutari naturam uellet: ostende nobis patrem dicebat.
non ostende nobis deum. Et ipse saluator tanto tempore uobis
cum sum: & non cognouistis me. philippe qui uidet me: uidet
& patrem: non dixit & deum. Non .n. minus sed maius uoluit
genitori suo attribuere: pater .n. a maiore atq; digniore hoc est
ex filio intelligitur. Deus uero a creaturis que tantum distant
a filio quantum natura serui sa natura domini & creator a crea
tura. Ad hec q̃uis simul & deus & pater est: per prius tamen pater
est q̃ deus. Quod saluator ostendit quando in celos uolebat ascende
re. Ascendo inquit ad patrem meum & patrem uestrum & deũ

meum & deum uestrum. Vides hinc patrem ad filium dici deum ad creaturas. Si ergo creature secundo loco sunt post generationem filii: per prius pater est q̄ deus. Quod inde melius perspicietur. Nam dignitatem quam ipse filius habet natura ut uidelicet deus pater suus naturaliter sit nobis & misericordia largiens addidit & patrem uestrum. Adoptati .n. sumus per ipsum. Ita pater eius secundum naturam pater noster per gratiam est. Nostra uero in seipsum assumens & que seruorum sunt: quia serui formā accepit: sibi accommodans addidit: & deum meum & deum urm. Pater igitur ipsius secundum naturam est. noster aūt deus. Et quoniam per filium facti sumus: per prius est pater q̄ deus. q̄uis simul sit & pater & deus. Sed coeternum ait eunomius nos quoq; filium patri fatemur: eo q̄d potestatem generandi etiam ante q̄ generaret pater in se ipso habebat. Nos uero ad hec dicimus si quoniam potestatem generandi pater habebat: idcirco coeternum sibi filium esse creditis. & non quia simul semper cum patre genitus filius erat. Cur etiam creaturas. quoniam posse creare semper erat in deo: coeternas patri non dicitis. Nam si solummodo quoniam poterant esse: idcirco fuisse creditis. Quid prohibet coeternas etiam ipsas deo dicere? Sin aūt absurdum est. quoniam creare poterat deus fuisse creaturas contendere. nec ideo filius erat. quia pater poterat generare. sed quia generatur ex ipso secundum naturā: ideo semper cum ipso est & coeternus ipsi: sicut calor igni & flori odor. Preterea quod generare potest nondum actu generat. posse igitur patrem generare non est esse filii. Sed quia deus pater est: ideo ex ipso filius esse intelligitur: per quem deus pater est. Simul ergo pater & deus & cum ipso filius ut seruetur in deo quod pater sit. Sed si coeternus est filius patri eunomius inquit: nunq̄ pater generationem peregit: sed generandi actu semper caruit. Quomodo ergo genitus filius est? Si uero actu genuit: qui genitus est. esse necessario cepit. Si de creaturis sermo esset: o homo recte quasi operantem deum cōduceres.

Verum quoniam non opus patris filium credimus nec ad extra pro
ductum fatemur sed genitum ex substantia eius predicamus: Cur
infesti estis operatorem in generando patrem fuisse impie conten
dentes: presertim cum generatio etiam in nobis hoc non patiat᷑.
operamur .n. que extra sunt. generamus aūt ex nobis. quoniā igit᷑
filius opus non est: sed eterni patris genimen habebit omnino ge
nitoris sui nobilitatem: nec minus eternus erit q̄ pater. Verum ne
contentiosi nimium uideamur: concedatur hereticis actiuam eē
ut dicunt generationem patris. q̄q̄ .n. absq; passione deus generat.
dicendi tamen modus huiusmodi est. Sed sicut actiua est: sic natu
ralis & substantialis & inseparabilis ab hipostasi. Quare necessario coe
ternus patri filius erit: cum generare inseparabile sit ab hypostasi
patris. Cum igitur semper paterna hypostasis sit: erit semper etiā
ex ipsa nature sue fructus. quomodo igitur non erit coeternus
patri filius? Maxime cum in creaturis uideamus que generandi
potestatem diuisibiliter habent. Hec .n. corporum lex est tunc
ad generandum actu peruenire: quando ad certam etatis men
suram peruenerint sicut animalia & plante. hec .n. non gene
rant nisi perfecta fuerint per etatem. Quare cum pater perfec
tus semper sit: quod prohibet eternaliter ex se ipso coeternum
sibi filium generare? Magis ergo eos mirari oporteret: si nō eēt
deo coeternus qui ex ipso est. perfectus .n. pater semper generat.
Quare stultum est interrogare quando genuit. Sed si perseuerat
interrogantes: nos quoq; interrogabimus quando incepit cale
facere ignis. sed non inuenient huius principium. simul enim
ignis est & calefactiuus est. Si ergo creature simul sunt & sic sūt:
cum deus supra creaturas suas sit: cur non simul & esse credetur:
& filium ex se ipso genitum habere? Q͞d indiuisibiliter & absq;
corruptione pater ex se ipso filium generat. cap̄. V.

SEd quomodo inquit eunomius non erit necesse fateri
diminutam esse substantiam patris: si filius ex ipsa pro
dit quasi pars inde decisa. Incommutabilitas ergo patri

seruabitur: si filius non erit: quasi paterne substantie pars: nec ex
ipso patre sed extra productus & coeternus ei solummodo secū
dum potestatem que in uoluntate patris semper erat: parum
altius q̃ de corporibus deceat de deo loquendum est eunomi. Nā
si quemadmodum homines sic deum de fluxibus in generando
diminui putas: quasi aliquid ex eo in uerbum suum defluat atq;
separetur. Quid prohibet similem impietatem ad alia quoq; dedu
cere? Nam si ut homo compassione generat: cur etiam ut homo
non creabit laboriose? Quod si absurdum laboriose deum ueluti
hominem quicq̃ facere absurdum etiam erit. sicuti hominem
per passionem generare. Quod si ueluti homo generat & ueluti
homo facit: quoniam nos in presubiecta materia manus extendi
mus: ut aliquid inde faciamus: ita de deo tibi quoq; dicendum
erit. Sed absq; manibus & materia ex nihilo ad esse cuncta deus
uerbo suo produxit: omnem naturam creaturarum superans.
Quare in generando quoq; ipsam superabit. Qđ si uoces non aliter
q̃ si de cordibus dicerentur: deo accommodas: cum deus cōtinere
uniuersa scribatur. Cūq; continere dicantur que maiorem ambi
unt corporum locum: magisq; extenduntur: necesse tibi erit
ut incorporalem deum per immensa loca extensum intelligas. Sed
hoc scio ut impium euitabis. Sicut ergo non corporum lege cū
cta deus continet: sic nec corporum more generat. preterea qđ
in omnibus est & uniuersa penetrat: id omnibus connecti necesse
est. Est autem deus in omnibus & penetrat omnia: nec tamen
connecti corporibus ipsum credemus. Manet .n. in sua sinceri
tate deus: nec aliis commiscetur: q̃q̃ ubiq; sit & omnia penetret.
Impium ergo est sicut corporibus ita ipsi potestatem uerborum
accommodare. Adde qđ non compositus sed simplex deus est:
& tamen diuersa uariaq; operatur: neq; hinc simplicitas sua cū
diuersimode in singulis operetur: modo aliquo leditur. Sicut
ergo in his ceterisq; omnibus naturam corpoream excedit: sic
etiam in generando. Sed necesse est eunomius inquit. Si ex

patris substantia filius prodit ut in ipso prius potentia insitus
fuerit: sic .n. ex eo prodire uidetur. Deinde si pater nullum
post uerbum filium genuerit: unigenitus .n. est generandi
potestate priuatum, deinde dicatis. sed diminutum etiam ex
parte inueniri negare non potestis: cum filius ex ipso semel
prodierit: nec in ipso sicuti prius insitus sit. Non erubescis o ho-
mo proprietatem corporum deo attribuens: & sicut corpus in
corpore: sic filium in patre prefuisse dictitans? Non .n. sicut
in hominibus in genitorum lumbis filii antea continentur: sic
& in deo. Quid .n. prohibebit si ad miseriam corporum diuinam
essentiam quispiam deducit existimare nullo posse modo pa-
trem generare: quoniam femineum sexum non habeat: sed
nec uirilem quidem. Nec .n. in corporibus solum inueniuntur.
Ipse autem simplex & incorporeus est: & intellectus sincerissi-
mus. Quare oportet si quis generationem illam inquantum ho-
mini licet inuestigare uelit: que ex mente ac intellectu pro-
deunt considerare: & ex huiusmodi similitudine generatio-
nem uerbi quantum in hac uita possumus intelligere. parit
.n. mens hominis cogitationes bonas: ut saluator dicit. A corde
namque boni hominis inquit bona procedunt. Si ergo stultum est
arbitrari nihil ab humano intellectu prodire: quia & dominus
hoc asserit & res ipsa clamat: quomodo non erit absurdum supre-
mum intellectum qui deus est: quique omnem intellectum exce-
dit infecundum opinari? aut fecunditatem ipsius corporum
legibus subicere? presertim cum ipse noster intellectus non
corporis more generet. Quomodo ergo deus qui omnem intelle-
ctum excedit ad corpora deducetur? Sine passione igitur ex
patre filius effulsit secundum ineffabilem & incorruptibilem
generationis diuine modum. Ad hec quicquid ad similitudinem
alterius factum est: nequaquam potest ad exemplaris qualitatem ac-
cedere: sed ab illius gloria secundo loco inuenitur: sed creata na-
tura uirtute diuina formata est. fecunda per gratiam ad diui

ne fecunditatis similitudinem. Que uere atq; proprie fecūditas est. deficiet ergo in generando: neq; ut deus ad similitudinem cuius fecunda est generabit. quod si id uerum est sicuti certe est: non ut creatura deus sed supra omnem creaturam fecū-dus est. quare neq; ut creatura generabit: sed perfectus pater ante generationem filii erat eunomius ait. Quomodo igitur perfectus etiam post generationem erit: si ab unitate in dualitatem processit. Necesse .n. est quicquid ab unitate in dualitatem uenit minus ipso uideri nisi multiplicata eius sit uel adaucta interea fuerit. quorum neutrum essentie diuine accidere potest. Non genuit ergo ex se ipso pater filium: ne ista sequantur absurda: sed fecit eum similem in omnibus sibi. Nos uero ad hec non uerebimur dicere erratis: neq; scripturas scientes neq; uirtutem dei quomodo .n. quod a nihilo ad esse productum est simile in omnibus increato & eterno deo patri erit: Nam si factum est: non erat Aliquando quomodo autem non erubescūt diuisiones & passiones in diuina generatione intelligentes & creature legibus ineffabilem subicientes essentiam: Non erit certe creaturis suis creator equalis: nec modo illarum generabit. Sed sicut in ceteris omnib; creaturas excedit: ita etiam in generādo ineffabiliter & ut deum decet generabit. Diuisiones .n. & minutiones crementum & multiplicatio & defluxus quidam atq; defectus corpora in generando patiuntur. que instrumētis quoq; atq; manibus egent: dum pariunt. Nam & in ceteris quoq; operationibus suis organo & manibus est sibi opus. Aliter .n. facere opus suum nequeunt. Deus autem uerbo suo pfecit omnia: & nutui suo cuncta obtemperant. Si ergo in his nulla passio deo accidit: quomodo in re maiore hoc est in generādo corporum proprietas sibi accidet: Sicut ergo non ut creatura facit: ita etiam non ut creatura generabit. Preterea pater filium ex se ipso ut lucem uel splendorem indiuisibiliter & absq; ullo spatio emittit. Sicut sol emittit ex se ipso lucem atq;

splendorem: quoniam solis splendor non propriam habeat hypostasin: nec perfecte ipse in se ipso essentia sit: sed esse in sole habeat. filius uero dei huic exemplo in hoc solummodo similis est: quod ex patre indiuisibiliter & sine ullo spatio emanat. propriam uero ipse habet hypostasin quoniam non separatam a patre sed in patre & cum patre intellecta. Incisiones autem & diminutiones ac passiones & separationes in diuina generatione intelligere stultum omnino est. Nam cum deus nec sit nec possit esse in loco: quomodo separationem suscipiet? quo enim ibit quod separatur? aut unde separabitur? Corporum enim hec propria sunt: & ab incorporea natura penitus aliena. Non fingant ergo impie simul ac stulte passionem aliquam in ea natura que nihil passionis suscipere potest. sed credant quod sicut mirabiliter omnia producit a nihilo: sic ex se ipsa mirabiliter generat. Quomodo autem indiuisibiliter & absque passione filius ex patre prodit: similitudinibus subintelligere possumus. Nam sicut uerbum quo utimur ex mente prodit: idem enim est cum eo uerbo quod in corde uersatur. quoniam aliud esse uideatur inquantum quasi a profundo in lucem per os emittitur. Sicut inquam uerbum quo utimur & quod in corde est etiam si taceamus in mente est & ex mente prodit: sic & filius dei indiuisibiliter ex patre prodiens caracter & similitudo eius est. Verbum enim eius est in propria hypostasi. Verbum inquam uiuens ex uiuo patre. preterea sic ex se ipso absque passione filium genuit pater: sicut si sapiens ex sapientia sua quicquam excogitauerit atque pepererit. Veluti geometriam: musicam aut aliquid huiusmodi. Hec enim fecunde sapientie fructus sunt. & sic se habent secundum naturam: ut excogitatum artificium a sapientia non sit separatum ab ea. Nam cum sit ex ipsa: in ipsa etiam est: & imago eius est. Videtur tamen quoniam inseparata sit res alia esse: sic filius inseparabiliter ex patre est: & in propria hypostasi. Quoniam huius aliarumque similitudinum uim excedat. Nam qui diuinorum dogmatum ueritatem querunt: non humana sequuntur: nec quoniam pater genuit filium: diminutum esse credunt:

nec quasi multiplicatum in dualitatem sicut heretici contendunt:
nec defluxum aliquem in essentia diuina factum opinantur. Hec
.n. sicut de nobis uere dici possunt: sic de deo impie cogitantur. Fu
gienda igitur sunt. Intelligendumq; sit ex patre natum filium: ut
sapientia ex mente que simul & alia quodammodo esse a mente per
expressionem ipsius uidetur: & in ipsa uere est. Non .n. separabili
ter ex ea prodit: nec defluxum mens passa est aliquem. quia sapi
entiam genuit. sed tota mens in sua natura conseruata est: & tota
in sapientia depingitur: & in ea uidetur. Ad hec sicut creatura dei
uirtus q̄uis multa diuersaq; creando producat: non diuiditur: ta
men in singula illorum essentia diuina sed una ineffabiliq; uirtute
omnia creat: sic & generatiua uirtute indiuisibiliter generat. Et
quemadmodum spiritus sanctus nullam diuisionem in essentia pa
titur. q̄uis diuersas emittat gratias: quas singulis ad mensuram eoꝝ
contribuit. Sed est unus & idem spiritus uarie & absq; passione in cū
ctis operans. Sic & generatiua essentia dei nullam diuisionem nulluꝫ
defluxum nullam passionem patitur. Cum unicus eius filius ex ipsa
effulserit. Sed si alius est q̄ pater natus filius: eunomiani aiunt &
est in propria hypostasi: diuisa esse necessario concedetis. omnia que
patris sunt. Non .n. in ipso solum ꝑmanserunt: sed in filium quoq;
transierunt. Quare uel pater perfectam non retinuit gloriam: si
partem eius filio dedit: uel si perfectam retinuit: filium rursus pri
uauit: & deitas que in unitate prius perfectam habebat gloriam:
in dualitatem postea progressa perfectam non habet. Aut modo
in patre modo in filio perfecta erit: & quasi mutuo ab altero ad
alterum pertransibit. Hec cum dicant: non erubescunt uariis
falsisq; rationibus diuisiones separationes passionesq; diuine acco
modantes essentie nec intelligunt in patrem se quoq; plurimum
blasfemare: mutabilem credentes & a perfectione ad imperfectio
nem delapsum esse predicantes. Ignorant certe qui hec dicunt
in quantam impietatem & se & alios his uerbis impellant filium
a patre separantes: & diuisam esse gloriam essentie diuine inter

patrem & filium cogitantes. In unitate inquiunt prius erat pater. Num igitur quoniam filium genuit & creandi uirtutem ipsi dedit per quem omnia creat: extra essentiam suam creandi uirtutem emisit: ita ut ipse priuatus ea sit. Sed hec uel cogitare impium est. pater. n. usque nunc operatur: & ego operor: ueritas ait. Sicut igitur uirtus creatiua non est separata a patre: sed est in eo perfecte & similiter in filio: sic & gloria perfecta est in utroque. similis. n. in omnibus genitori suo est. perfectamque ideo habet gloriam. quoniam ex habente perfectam natus est. Ad eos qui dicunt utrum uolens an nolens pater genuit filium. c. VI.

Vtrum inquiunt absque consideratione pater filium genuit: an considerans atque uolens? Nam si neque considerans neque uolens aliquid passus est quod nolebat. Sin autem uolens quoniam necesse est considerationem & uoluntatem anteriorem esse: que secundum uoluntatem consideratur: patrem quoque filio prefuisse necesse est. Voluntas. n. & consideratio necessario generationem precessit. Vnde ad hoc deducti estis o uos ut uoluntate aut non uoluntate patris productum filium putetis? ex qua id accepistis scriptura? Quis umquam sanctorum alterum istorum docuit? Vel apud quem uerba inueniuntur huiusmodi? fuisse. n. immo esse uerbum dei a scriptura didicimus. Volente autem patre aut inuito productum a uobis solis audiuimus. Reuelauit quippe filium pater e celo dicens: hic est filius meus dilectus. & per psalmistam. Eructauit cor meum uerbum bonum. Iohannes etiam tonat. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Et psalmista rursus ad patrem ait. Quoniam apud te fons uite & in lumine tuo uidebimus lumen. Paulus uero. Splendorem & formam & imaginem inuisibilis dei filium appellat. Nec ullus inuenitur dicere: uolente aut nolente patre nasci filium: sed omnes erat unum dicunt & est: nec ullum temporis aut durationis principium creatori seculorum dederunt. Patet igitur a corde uestro hec uos parere: a scripturaque hec omnia

esse aliena. Nam si uoluntas patris generationem filii precessisset:
cur non ita loquitur de filio scriptura sicut de creaturis? Creatu
ras .n. precessit uoluntas dei: ut est apud moysen. Faciamus homi
nem. & apud psalmistam. Omnia que uoluit dominus fecit. De
generatione autem filii nullibi tale quid legitur. Sed erat & est
in patre & apud patrem. Solummodo audimus quare si uoluntas
dei ut scriptura dicit: creaturas precessit. De filio autem tale quid
nusq̄ legitur. Non est creatura profecto filius: neq; per uolunta
tem factus est ut creature sed ex patre nascitur: & genitoris hypo
stasi est coeternus. Paulus etiam de saluatore dicit: quia dei uirtus
& dei sapientia est. Ipse igitur filius dei est: in quo uult & per quē
omnia facit. Quomodo igitur per uoluntatem patris factus est:
si in eo patris uoluntas est? Nam aut alteram sapientiam fingere
necesse est: in qua deliberauit & fecit filium: ut uos dicitis: aut si
altera non est: sed solus filius sapientia patris est: ipse quoq; uolū
tas eius est. In sapientia .n. dei uelle ipsius est. preterea non est
uoluntas dei in creaturis concreta: sed alia est preter illa que per
ipsam fiunt. Voluntate nāq; dei facti sunt celi. sed non sunt ipsi
uoluntas dei. Quare si deus in sapientia sua deliberat: idq; quādo
filium etiam gignere uoluit ut uos dicitis: cum sapientia patris
filius sit. Alteram inesse patri sapientiam oportet: in qua cum de
liberasset: genuit filium. Id quoniam uel dictu impium est:
unus enim est filius dei & non duo: cum ipse sit sapientia pa
tris: ipse quoq; uoluntas eius est: per quam omnia fiunt. Nam
si ipse quoq; per uoluntatem natus est: precessit certe uoluntas
generationem ipsius. quare aliquando non fuit: & mentietur
iohannes dicens. In principio erat uerbum. Hos aūt non illum
sed uos mentiri credimus. Erat igitur ut ille dicit filius: & qui
aliquando ipsum non fuisse aiunt: a se ipsis falsa confingunt.
Sed si filius dei non est natus: quia pater ita uoluit: necessario pa
ter inuitus genuit inquiunt. Que uero preter uoluntatem
fiunt: a coactis fiunt. Quare necesse erit maiorem patre cōfigere

necessitatem: & que ad ipsum ad generandum compulit: quod absurdissimum est. Relinquitur ergo ut uolens filium genuerit. Ad hec autem quid prohibet nos quoque ipsos interrogare utrum bonus: misericors: sanctus uolens pater sit an preter uoluntatem? Nam si uolens huiusmodi deus est: uoluntas autem precedit semper ad omnia que uoluntate eliguntur. Erat ergo tempus uel aliquod spatium & duratio quando hec deus non erat: sed de istis deliberabat. Quod si preter uoluntatem bonus ceteraque huiusmodi est: quis eum ad hec coegit. Ita interrogatio uestra leuitatis referta esse inuenitur. In naturalibus enim. nulla precedit uoluntas que locum in illis solummodo habet: que sunt extra deliberantis substantiam. Arbores quispiam plantat: aut naues fabricat: cum antea uoluntatem ad hec deliberando induxerit. que uero natura fiunt: ad ea nulla precedit deliberatio: nulla electio. Quare nec uoluntas ulla. Nam etiam in hominibus multi generare uolunt & non possunt. Nihil ergo uoluntas ad naturalia confert. Sed interrogandi quoque heretici sunt: utrum ipse pater uolens sit deus: an preter uoluntatem. Nam si uolens est: precedit uoluntas essentiam eius quod nec fingere quidem possumus. Sin uero preter uoluntatem est: quis eum coegit ut sit. Quod si est: nec ex uoluntate nec preter uoluntatem eadem ratione filium quoque genuit. Non ignoro hec non inuestigari absque periculo. Sed coacti hoc facimus: tenere enim semper oportet esse deum: qui est qui nullum essendi habuit initium: cum ipse ceteris omnibus principium sit. preterea dictum est iam uoluntatem ad creaturas precedere. Faciamus enim inquit hominem: & fiat firmamentum: & fiat hoc & illud. Qui sermo cum quasi consilii significatiuus sit: uoluntatem dei in faciundis singulis ostendit. Si ergo uoluntas creaturas precedit: quamuis opus statim ad uoluntatem dei sequatur: non est filius creatura: per quem omnia facta sunt. Quare nec uoluntas generationi eius preintelligitur: sicut in creatione creaturarum. Ipse enim est uiuens patris consilium: per quod uniuersa fecit. In consilio enim tuo psalmista canit: deduxisti me. quare

si consilium patris est: quomodo generationem suam uoluntas pre cedet? Videbitur .n. ipse se ipsum fecisse: & qui nondum factus erat: secundum hereticos de se ipso deliberasse uidebitur. quod absurdissimum est. Non ergo uoluntate ut creature factus est: sed erat & est consilium patris in patre: ut proprium paterne essentie germen.
Ad hec ego inquit saluator in patre & pater in me est. Solum .n. patrem & solum se ipsum significauit. Si ergo aliud aliquid preter filium uoluntas in patre est: non uere ista dicuntur. Sed uera hec sunt. Vbi ergo uoluntas erit: si nullum medium inter patrē & filium intelligitur? Non ergo uoluntate natus est: sed ipse uoluntas patris est. Nam si uoluntas patris generationem filii sicut & creaturas precessit. quam ob rem que idem principium productionis sue habent: & per eandem uoluntatem facta sunt: adeo secundum naturam distant: ut alter dominus deus sit: altere seruientes creature. Manifestum igitur est qđ filius ideo dominus dicitur & est: quia patri in deitatis essentia coniungitur. Creatura uero quelibet ideo serua quia extra substantiam creatoris est.
Necesse .n. est ut que tantam inter se differentiam habent: non idem habeant principium. Ita creature qdem ex uoluntate dei sunt. filius aūt ut uoluntas patris eternaliter erat in patre. Cur autem cum interrogent utrum uolens pater filium genuerit: sic quoq; non interrogant utrum in prudentia genuerit. Idem .n. uidetur consilium & prudentia. Recte nāq; uult que uult qui prudens est. quare quasi equipolentia in saluatore coniunguntur.
Meum inquit consilium & tutela mea est prudentia & potentia. Nam sicut tutela & prudentia ad idem reducuntur: sic cōsilium & prudentia. quare igitur non interrogant si pater in ipā prudentia hoc est prudenter genuit filium. Quod si horrent solummodo audientes: quomodo non impii sunt interrogantes: utrum uolens genuerit: cum hoc ad illud reducatur. Preterea incommutabilem paulus filii ad patrem ostendens similitudinē splendorem glorie ipsius & caracterem substantie appellat. Si ergo

precedenti secundum uos natus uoluntate est: quoniam necesse
est non dissimilem secundum essentiam esse patrem imagini
& splendori suo. Erit etiam ipse pater precedente uoluntate: quod
omnino absurdissimum est. non .n. ex precedente uoluntate patris
hypostasis esse ullo modo potest. Quare nec filii similiter. Sed quo
modo inquiunt non erit impium ab inuito patre fateri na
tum esse filium. Vereantur oro ipsum saluatorem dicentem:
quia pater diligit filium. Nam sicut bonus & omnipotens est:
que quamuis non habeat precedente uoluntate ac electione consi
lii: non tamen inuitus hec habet. Vult .n. id esse quod est: sic
licet non ex uoluntate genuerit filium: non tamen inuitus
habet eum: sed diligit ut scriptum est. Et sicut hypostasis patris
est: non quia ipsam esse uoluit: sed quia est: nec ipsam esse non
uult: sic & filius ex patre non inuito nascitur. nec tamen uolun
tas generationem eius precedit. Ad hec si splendor & caracter
filius uoluntate ac consilio factus est: secundum uos erat certe
aliquando pater sine splendore: caractereque suo & ita sequetur
non fuisse patris hypostasim semper generatiuam sed mutatam
consilio ad id tandem peruenisse. quod si uel cogitare impium
est: credant ita patrem secundum naturam esse generatiuum:
sicut naturaliter bonus est. preterea si uoluntas non absque interio
re uerbo est: uoluntas .n. est uerbum occultum in corde insi
tum: cum filius patris uerbum eius sit: ipse quoque uoluntas eius
erit. quomodo ergo uoluntas ex uoluntate gignitur: aut quo
modo uerbum ex uerbo? Omnia .n. hec filius patri est: consilium:
uoluntas: uerbum: sapientia. Quare nihil est in patre ante ip
sum. Ad hec secundum naturam insitum hominibus est: ut fi
lios possint procreare: neque ut ex uoluntate probi aut improbi
sunt. Sic & patres sunt: sed hoc natura: illud uoluntate habent.
& alterius nos sumus domini: alterius natura. Sicut igitur nos
non ex uoluntate habemus ut filiorum nostrorum patres simus:
sed a natura. Sic & deus pater non ex uoluntate pater est: sed na

turaliter & sicut nostri filii similes nobis secundum substantiam
sunt: Sic & filius dei quoniam non deforis patri accessit sed ex ip
sius essentia prodiit: similis in omnibus genitori est: Et sicut pater
non est ex uoluntate pater: sic & filius non est uoluntatis filius:
sed ex patre secundum naturam cum sit splendor & caracter ge
nitoris sui. Sed interrogandi sunt inquit eunomius isti qui recte
credere opinantur utrum pater uolens genuerit filium aut no
lens. nam si filius in patris substantia inerat: quis alius preter eum
esset: non uoluntate natus est necesse .n. erat parere ac emittere
ipsum qui natura intus erat. quod si non erat in patre: natus autem
est patre uolente: necessario patris uoluntas preerat. Non est
ergo filius patri coeternus. Non possum satis mirari quomodo
incaute in omnem isti blasfemiam incurrunt tamquam indocti. non
.n. erubescunt ipsum quoque deum necessitati subicere: & sicut
in humanis corporibus contineri aliquid in essentia patris dicere:
aut quasi uasculum in uasculo filium esse in patre. Nos uero qui
recte credere studemus essentiam dei supra omnem necessitatem
esse fatemur: & filium in patre non ut corpus in corpore: uel
quasi a corpore contentum esse credimus. Sed ut inseparabilem
a patre & ex ipso emanantem secundum nature legem. quod si
putant acutum quiddam afferre: cum dicant uoluntate aut
non uoluntate necessario ipsum natum esse: respondeant nobis
siquis fingeret uoluntatem esse in igne: utrum uoluntate ipius
calor ex eo flueret: an contra. Sed nihil poterunt respondere.
Nam que natura prodeunt: neutrum istorum suscipiunt: que
uero extra producuntur: utrumque. In potestate namque nostra sunt:
si possumus. Sicut ergo etiam nos operamur uolentes: parimus
autem ex nobis ipsis: nec ullum habet in pariendo locum uelle aut
nolle: Similiter etiam deus exteriora quidem producit. quia uult.
filium uero eternaliter ex se ipso generat. Nec ullum habet in
hac generatione locum uelle aut nolle. quia non est inuito patre
genitus filius. pater .n. ait saluator diligit filium. Sed si pater

inquit eunomius non uoluntate atq; iudicio genuit filium: sed
ex natura ipsum habet: patet quia cognitionem etiam qua filium
cognouit non habuit ipse considerando sed a natura. Didicit ergo
quia sibi filius erit: per quem omnia creabit: & sic cognitio patris
de filio patri accessit. A natura .n. sua id didicit: quod absurdum
est. quare uoluntate ipsum produxit: presciuitq; ipsum futurum:
& sic uoluntas generationem antecedit quasi nos concederemus
per prius patrem doctum fuisse qđ filius sibi nasceretur q̄ eum pe-
pererit. Sic uersutissimus homo argumentatur. Ignorat .n. nul
lum esse spatium inter patrem & filium atq; ideo nullum pre
cognitioni huiusmodi esse locum. Nam si per prius consilio usus
est: & per prius didicit filium sibi futurum: spatia certe aliqua
filium precedent. sed ipse & temporis & omnis spatii creator est.
Cur ergo sic in diuinam blasfemat naturam discentem ipsam in
ducens a natura sua ut inquit filium sibi futurum. Nec plus q̄
homini deo concedere patitur. preterea si pater scit semper se
patrem esse: semper in se ipso cognitionem de filio suo habet. Co
gnoscendo .n. quid ipse sit: filium quoq; cognoscit. pater .n. ad
filium & est & dicitur: & conuersim filius patrem nouit. quia scit
quid ipse sit. A filiatione nāq; paternitas intelligitur & a paterni
tate filiatio. Erat autem deus semper pater: erat igitur semper
etiam filius. Illud etiam absurdum qđ pater non noscat filium
ex se ipso sed a natura doceatur. Cum uterq; ab eo quod ipse est al-
terum cognoscat. Ad hec non est aliud natura dei: aliud ipse deus.
Simplex .n. atq; incompositus est. Sed necesse est inquit eunomius
aut uoluntate atq; iudicio patrem genuisse: aut secundum na
turam alterum esse non potest. Nam si secundum naturam so
lum genuit: non autem uoluntate atq; iudicio absq; conside
ratione inuito sibi natus est filius. quod quoniam inconueniēs
est: relinquitur uoluntate atq; iudicio nisi utroq; modo dicatis.
Sed sic deus simplex non erit. Nos uero dicimus nec iudicium
nec uoluntatem generationem filii precessisse. Sed si putatis

compositionem

compositionem esse in deo: quia naturam & iudicium: uel si ita dicendum est: uoluntatem habet. Id quoq; diligentius cõsiderate. Generandi uim naturaliter pater habet. Creandi etiam per filium uim habet. nec idcirco compositus est. Hec .n. omnia in una natura sunt. Eadem ratio erit de bono & immortali & omnipotẽte & inuisibili. Sed dicatis nobis eunomius inquit uos qui splendorẽ patris filium esse dicitis: quomodo splendorem intelligitis. Nos .n. aliter intelligere non possumus q̃ ut lumen uel ignem potius in lucerna positum: ex quo exteriora illuminantur. Non .n. omĩa ignis uel lux replet: sed uno in loco sita ad exteriora lumen suum emittit. Si ergo tale quid de patre & de filio intelligitis: necessario dicetis non posse patris essentiam omnia replere: ut splendori suo etiam locus relinquatur. Nam si omnia pater replebit: ubi erit filii hypostasis. Si patrem in loco putas quasi corpus contineri o eunomi: filio etiam suo locum queras necesse est. Sin uero diuina essentia in loco non continetur: quare interrogas ubi nobis filius erit: cum pater omnia repleat? pater igitur in filio est & filius in patre: non tamen ut idem numero. pater .n. in sua & filius in sua proprietate est. Hec .n. solum differentia inter ipsos est. nã pater in se est: filiusq; similiter in se: nec pater filius est: nec filius pater. & hec sola distinctio in eis est. Est aũt in patre filius: sicut & solis splendor in sole: & prodit ex ipso. Alius q̃dem ab ipso: sed unum natura. Sigillum .n. & imago perfectissima nature ipsius est.

Aduersus eos qui dicunt non patri sed uoluntati eius similẽ esse filium. C. VII.

MAgnus profecto furor mentes eorum occupasse uidetur: qui non ipsi patri sed uoluntati eius similem esse filium contendunt: presertim cum scriptura de ipso non ita diffiniat. Non .n. dicit saluator: qui uidet me uidet & uoluntatem patris. Atqui oporteret cum ipse sit ueritas non patri se sed uoluntati eius similem affirmare: si res ita se haberet: ut isti clamitant. Non autem uoluntati se contulit: sed patri cuius imago

est. Quare apertissime opinionem hanc radicitus extirpauit. Sed dicant queso utrum hec uoluntas patris cui similem filium faciunt: substantia sit & per se ipsum consistat an non. Nam si substantia sit & per se subsistat: quomodo filius unigenitus erit: cum sit tertius a patre: precedet .n. eum talis uoluntas secundum uos. Quod si non subsistere in se uoluntatem huiusmodi putatis: indoctetissimi non duarum hypostasium similitudinem queritis: sed hypostasin ad non hypostasin conferre studetis. Quomodo enim quod per se non subsistit: per se subsistenti assimilabitur. Nam heterogenea cum nulla natura coniungantur comparari inter se nequeunt. Nec alterum alteri simile dici potest. Animal .n. animali confertur. Animali autem aut homini scientia sapientia uoluntas. Cetera queque que per se non subsistunt sed in aliis sunt: nullo modo conferri possunt. Cum igitur filius dei per se subsistat: uoluntati que per se non subsistat similis esse non potest. Quare aut manifeste similem esse patri filium negent: aut non uoluntati: sed ipsi patri similem confiteantur. Preterea si filius uoluntati similis est & patri dissimilis ut dicitis necesse est ut etiam uoluntas patris ipsi patri dissimilis sit. Hec .n. impietas a positione sequitur uestra. Et si uoluntas hec patris per se subsistat: erit in essentia dei dissimilis ei substantia. Quero igitur dissimilitudinis huius modum: quam subsistens per se uoluntas habet ad patrem. nam si ideo dissimilis est: quia patre minor erit peius sed ex ipso patre est. Non .n. extra sed ex ipso & in ipso uoluntas sua est. Sed nec creaturas uidemus peiora ex se ipsis naturaliter producere. Sin autem maius quid & melius patre uoluntatem dicetis: patet etiam hinc non minor impietas. Quod si neutrum dabitis: sed uoluntatem non per se subsistere sicut in hominibus putatis: quomodo uoluntatem huiusmodi patri conferetis. Ita undique ad impietatem positio hec uos manifeste deducit. Quare necessario similitudinem filio ad patrem dabitis. Nam quoniam si dissimilem uoluntatem patri dicamus: impietas undique erum-

pit. Relinquitur ut similem concedamus. Si ergo uoluntas pa
tri similis est: & filius uoluntati erit necessario tertius quoq; pri
mo similis: & sic patri similis etiam ratione filius inuenitur. Ve
rum quoniam nihil est inter patrem & filium: cesset oro hec
de uoluntate oratio: & nullo mediante similis patri filius predi
cetur. Scriptum est. n. uirtutem & sapientiam dei filium esse:
Si ergo uoluntas patris uirtutem & sapientiam ipsius ut caractere
ostendit: necesse est similem esse patri ne uirtus & sapientia dei
dissimilis ei sit. aliter magnitudinem impietatis sue oro conside
rent. Nam cum patri unum filium dicere similem recusent:
duos inducent: si uoluntatem quoq; per se subsistere opinetur.
Nam si uoluntas per se non subsistat: nec patri similis erit: & qua
litatem ponent in deo. Ad hec quorumcunq; est una operatio &
eadem naturalis uirtus: ea eiusdem essentie necessario sunt. Di
uersa. n. natura sunt: quorum uirtutes & operationes diuerse.
Quorum aūt una substantia est: ea inter se similia quoq; sunt. Sed
patris & filii una operatio est eadem uirtus. Consubstantialis er
go filius patri est & ei similis. idcirco non uoluntatis sed ipsius
patris imago est. Ad hec si que pater uult: eadem filius q̄q; uult.
Nulla. n. est uoluntatis diuersitas in trinitate sancta. Quid erit
opus uoluntate per se subsistente: que tertium filium esse oste
dat: qui immediate patri coniungitur: cum ipse sit uiuens
genitoris uoluntas. Preterea si uoluntatis paterne & nō ipsius
patris caracter & similitudo filius est: interrogabimus rursum
si uoluntas patris similis sibi ipsi sit an dissimilis. Sed dissimilem
dicere impium est. Similis ergo. Sed filius caracter ipsius est uo
luntatis: & ipse igitur similis patri est. quomodo. n. dissimilis
erit: qui per similitudinem uoluntatis patri assimilatur: & ca
racter eius est: nisi compositum ex simili atq; dissimili putetis:
ut partim similis patri sit: partim dissimilis. Sed quis mentis
compos concedet esse unam secundum essentiam: & unam nu
mero paulum uerbi gratia uel petrum duas secundū naturā

oppositas naturas habere. Non .n. est unus & idem rationalis simul
atque irrationalis nec ignis calidus & frigidus est. Alterum .n. istorum
alterum perimit. Non potest igitur similitudo & dissimilitudo
in filio esse. Quare nullo modo dissimilis est presertim cum scrip
tura testetur similem patri omnino esse filium. nam qui uidet me
inquit: uidet & patrem meum. Non dicit uidet uoluntatem pa
tris. Ipsius ergo patris non uoluntatis sue imaginem esse filium
merito pieque predicamus. Accedit quod omnia quorum alterum
alteri dissimile est: & alterum ab altero separatum aut loco aut
ratione hoc est diffinitione id habent: loco corpus a corpore dista
re potest: & eo quo distat dissimile est. Ratione dissimilia sunt
que per substantialem differentiam differunt: & que dissimiles
effectus operantur: ut homo: equus: sanitas: egrotatio. Hec ulti
ma contraria immediata uel mediata exteriores philosophi ap
pellant: immediata ut diximus: sanitas & egrotatio. Nihil enim
inter hec intercedit: sed alterum ipsorum in susceptibili semper
inerit: mediata ut timor: temeritas. Virtus .n. semper inter con
traria uitia est. Cum igitur istis modis dissimilitudo in omnibus
inuestigetur: dicant quomodo filius a patre disseperatur: loco
non potest. quoniam corpus non est: sed nec ratione. Nam primum
nulla ratio ac diffinitio naturam filii a natura patris distinguere
potest. Cum uterque natura deus sit. Deinde neque contrarium quasi
filius a patre disiungetur. Non .n. medium quid ex immediatis
contrariis sit: nec simul hec contraria esse possunt. pater autem
& filius simul sunt. Veniemus inquit saluator ego & pater & in ipso
manebimus. Sed neque dissimilitudo quasi mediatorum erit contra
riorum. ad medium .n. alterius intentione contrarii alterius
remissione peruenitur. Sed pater numquam minus uel magis pater
nec filius magis aut minus suscipit. Quare fit ut cum nullus dissi
militudinis modus inter patrem & filium inueniatur: uecordia
sit uoluntati paterne magis quam ipsi patri similem esse filium arbi
trari. Ad hec quorum eadem ratio est: ea eiusdem nature ac

similia inter se sunt. Nam de quibus hec ratio dicitur animal rationale mortale mentis & discipline capax omnes eiusdem substantie esse demonstrat. Homines .n. omnes sunt. Si ergo deus dominus immortalis rex omnipotens & cetera omnia que de patre predicantur: ea de filio quoque uere dicuntur. Nec nudis nominibus sed re ipsa que ratio a naturali similitudine patris filium separabit. Quod si quis audebit dicere non uere filium appellari deum neque natura sed gratia patris filium uocari ut paulum samosateum imitatus contemnetur a nobis dicentibus: nisi credetis non intelligetis. Non .n. possibile est: si quis natura deum esse filium negat naturalem similitudinem eius & patris intelligere.

Liber secundus: Quod patri consubstantialis filius est. cap. primum.

SI pater generare filium cepit: & a generando postea cessauit: ut heretici predicare audent: ante quam filius nasceretur unica in diuinis erat persona. Nato autem filio dualitas facta est: & sic additio ad priscam unitatem persone facta est. Qua ex opinione multa impia consequuntur: que si quis fugere uelit: eum credere oportet non fuisse patrem ante filium sed esse ipsi coeternum. Nam sicut si prefuisset: non esset consubstantialis. Sic quoniam non prefuit consubstantialis omnino est.

Nec quoniam differentia quedam inter patrem & filium inuenitur: quoniam alius est pater alius est filius: & aliud est principium aliud ex principio: idcirco ab identitate substantie patris filius repelletur. Non potest .n. coeternus esse patri qui ex ipso naturaliter non est. Creatura .n. coeterna non est. Quamuis ergo principium filii pater sit: tamen quia ex ipso naturaliter filius est: & coeternus & consubstantialis ipsi necessario est. Nam qui ex principio naturaliter est: eiusdem cum principio substantie est: sed non suscipit eunomius clamat patris substantia generationem. filius uero genitus est. Quomodo igitur consubstantialis erit qui natus est ei qui generari non potest. Doceant nos oro qui hec indocte proferunt: si generatio consubstantialitatem interimit.

Quomodo seruabitur? Nam si genitum genitori consubstantiale
non est: quid erit consubstantiale? an quod natum non est & alie
num a substantia? uel quod ab aliquo sumptum. Sed hoc in diui
nis penitus impossibile. Sed ingenitum ingenito & genitum ge
nito consubstantiale est inquit. Ingenitum autem genito mini
me. Erit ergo secundum ipsum adam non eiusdem substantie
cum abel. hic .n. natus ex muliere est: ille minime. Quod si abel & adaz
eiusdem substantie natureq; sunt: quid prohibebit filium etiam
ex patre genitum ingenito patri esse consubstantialem? Illud mi
rum uidetur quod uel nolentes concedunt: non sicut creaturas
ita uerbum quoq; extra diuinam substantiam fuisse productum:
sed natum ex patre. Si ergo ex patre nascitur: quare consubstan
tialis non est? Utrum quia talem generare non potuit: an quia
noluit? Nam si non potuisse dixerint impudenter impotentiaz
patri attribuent. Si noluisse turpissimam illi pigritiam impo
nent propter quam peiorem genuerit: cum potuerit meliorem.
Melius .n. est consubstantialem sibi quam contra gignere. Quia igitur &
omnia pater potest & meliora semper uult: consubstantialis sibi
ex eo nascitur filius. Sed quod ex principio est & natum ex aliquo
eunomius inquit secundum est ab illo a quo esse habet. Secundus
ergo erit filius a patre: & idcirco non consubstantialis. Nam si co
substantialis erit: deitas una in dualitatem diuisa erit. Aliter .n.
consubstantialis esse non potest. Ad incisiones rursum diuisioneq;
corporum uenit: cum diuina substantia incorporea sit: nec di
uisionem aut incisionem ullam possit suscipere: nec loco descri
batur. Sed ineffabili quadam supremaq; natura constituta fili
um ex patris hypostasi genuerit: non .n. potest esse perfecta dei
tas nisi filium habeat: & fructum ex se pariat. nec potest esse crea
tor deus absq; filio per quem omnia sunt. Ex patre igitur na
scitur filius: non incisione aut defluxu aliquo sicut heretici ad
naturam corporum deum deducentes imaginantur. Sed sicut
ex igni calor inseparabiliter ex substantia patris prodit. Sed si

consubstantialis est filius patri eunomius inquit: cur non est etiã ipse ita bonus ut pater? Cur .n. dicis me bonum? Saluator aũt Nemo bonus nisi unus deus. Vnum dixit: ut omnia & se ipsum exciperet. Nam & si bonus ipse quoq; sit: pater tamen solus ipsa bonitas est. Dominum o eunomi diuina scriptura filium appellat: & uere dominum. Vtrum igitur contra scripturas tu & spiritum sanctum a quo edite sunt uere atq; natura ipsum dominum negabis: an concedes auctoritatem scripturarum formidans? Sed si primum in idolatriam incides. Cum dominũ uere non fatearis adoresq; illum quem deo patri consubstantialem esse non credas: sed potius creaturam. Quicquid .n. uero deo consubstantiale non est: id natura deus esse non potest. Dominus inquit deus uester dominus unus est. Vna .n. natura deitatis est: quam solummodo adorare oportet. Dominum inquit deum tuum adorabis: & ipsi soli seruies: seruitute uidelicet qua deus colendus est. Si ergo quoniam deus pater solus dicitur bonus: idcirco filius non erit ita bonus sicut pater. Similiter profecto quoniam dominus & deus dicitur unus pater non erit filius nec dominus nec deus: cur ergo ipsum adoras? Sin autem cum dominus & deus pater sit: filius q̃; ut ex ipso prodiens secundum naturam proprietatemq; diuine nature naturaliter habens atq; ideo & dominus & deus cum patre sit: habebit necessario etiam bonitatem nõ aliter q̃ pater. Multa .n. de patre & filio diuine scripture predicat. nec tamen diuersitas nominum diuersitatem substantie ostẽdit. Nec ulla dissimilitudo essentie inter patrem & filium intelligitur. Vna .n. utriusq; deitas est: etiam si uarietate appellationum differenter significentur. Nihil .n. proprium uni est quod alteri non sit excepta solummodo patris & filii appellatione ac re. pater .n. pater semper est: & filius filius: nec filius unq̃ pater: nec pater unq̃ filius erit. Quare uehementer errat qui preter patris & filii nomina & res aliud quippiam non

equaliter dici de utrisq; opinatur: nec dicentem paulum audit. Vn̄
deus pater: ex quo omnia & unus dominus ihesus per quem omnia
aperte patri & deum esse & unum esse attribuit. filio autem & do
minum esse & unum. Num propter hec igitur filius non erit de⁹.
quoniam pater unus deus appellatus est. Sed si sic nec pater domi
nus erit: quoniam filius unus dominus appellatur. Absit hec im
pietas. nam cum pater deus sit: filius quoq; deus est. Et cum fili⁹
dominus sit: pater quoq; dominus est. Qd si differentia inesset
aliqua que ipsos eiusdem esse nature non pateretur: nunq̄ appel
latio unius in alterum recurreret. Quare quoniam omnia pa
tris in filio sunt & omnia filii rursum in patre. quoniam iden
titas nature nulla ratione distinguitur: ita erit filius bonus si
cuti pater. Idcirco etiam consubstantialis. Nam que naturaliter
diuersa sunt: ea omnia proprietatibus quibusdam naturalib̄
inter se differunt. Equus & homo diuersa natura sunt: & diuer
se ipsis proprietates insunt naturales. quomodo igitur patri fili⁹
consubstantialis non erit? qui omnes naturales patris proprieta
tes habet? Non. n. mentitur saluator dicens ad patrem: quia
omnia mea tua sunt: & omnia tua mea. Si ergo patris omnia
sua sunt: unum autem omnium naturalis bonitas est. hec etiā
nature paterne proprietas erit profecto in eo qui ex ipso patre
naturaliter prodit. Quare consubstantialis etiam erit. Preterea quo
niam formam hominis uerbum dei assumpsit: & propter salutē
nostram cum esset in forma dei humiliauit se ipsum homo fact⁹.
Idcirco & sicut homo nonnunq̄ loquitur: neq; hac ratione diuinā
gloriam suam minuit: uerus. n. homo factus est. Nec idcirco ue
rus deus non est. Merito igitur modo ut homo modo ut deus lo
quitur. Qd aūt hec uera sunt: ipsum audias ad sammaritanam
quasi iudeum loquentem. Vos inquit adoratis quod nescitis. nos
autem adoramus quod scimus. Vt homo loquitur. non. n. ex ado
rantibus uerbum est: sed cum patre atq; spiritu sancto simul
adoratur. Adorent ipsum inquit omnes angeli dei. Nemo autē

ignorat nulli prorsus nature preter quam dei adorationem a scriptura
contribui. Scriptum est enim. dominum deum tuum adorabis: et
ipsi soli servies. Sicut igitur filius quamvis vere adorabilis sit: tamen
ut homo adorat. Sic quamvis deus secundum naturam sit: tamen pa-
trem ut homo deum suum appellat. Neque idcirco dicent heretici
filium deum non esse: immo ut naturaliter filius et deus: erit etiam
patri consubstantialis. Si enim quispiam dicere audeat quod filius quamvis
sit in forma equalitateque dei: ut paulus ait: deum tamen habet se-
cundum naturam ipsum patrem: poterit certe hoc dato divina
natura deo alio subici: poterit ergo etiam deus pater deum ha-
bere. Quod impium dictu stultissimumque est. Filius ergo deum
habet: non ut deus sed ut homo. Omnia ergo servo convenientia
verba ipsi ut homini attribuemus. Et sicut celsitudinem deita-
tis sue in humilitate hominis cognoscimus: sic humilitatem ho-
minis in deitate sua cognoscere non recusabimus. Nam siquis hu-
militer humanoque more dicta deitati attribuere audebit: et rur-
sus que excelse sicut a deo dicuntur homini accommodabit. is
naturam rerum confundet: et dispensationem qua factus est
homo interimet. Non nunquam enim ut deus loquitur: Amen amen
dico vobis: ante quam abraam fieret ego sum. Et rursus. Ego descen-
di de celo. Non erat enim homo ante quam abraam fieret: neque ut ho-
mo de celo descendit. Quod si ut homini hec quispiam sibi attri-
buet: non erit homo factus in extremitate temporum. Et rursus
Siquis homini convenientia verba et res sicut deo ipsi attribuet: non
poterit impietatem effugere. Quomodo enim de deo dici potest. Tur-
bata est anima mea et tristis est: an dolorem et metum mortis deo
attribuet? Quid porro faciet suspensum in cruce videns utrum
deitatem filii putabit: an hanc impietatem vitabit? Utrique igitur
nature sua conserventur: et deitas sua non ex iis que ut homo
loquitur cognoscatur. Que autem deo ipsi per se non convenie-
unt filio dei ut homini attribuantur. Si ergo patrem solum
per se bonum dicit ut homini non ut deo id sibi accommodet.

Sed uniuersam huius testus sententiam breuiter aperiamus: ut cognoscamus cur dominus noster ihesus christus huiusmodi uerbis fuerit usus: legis quidam peritus sic . n . scribitur accessit ad dominum querens quomodo poterit salutem eternam cõsequi. Dixit ad eum magister bone quid faciens eternam salutem cõsequar. Ad hec dominus cur me inquit bonum appellas? Nullus bonus nisi unus deus. Vade deinde inquit: & uende omnia bona tua & da pauperibus: & habebis thesaurum in celis. Cuius precepti pondus ille non tulit. Recessit . n . mestus. Que igitur occasio sublimis theologie hic erat. cum ille non quid credendum sed quid faciundum interrogaret: aut quare dominus nõ quid ille petebat sed aliud respondisset: presertim cum non esset possibile illum qui unius euangelice uirtutis pondus non tulit: supreme theologie dogmata intelligere. Verum quoniam uir in lege peritus ut ad hominem nudum accedebat: redarguere illius imperitiam qui sapientiam legis uniuersam consecutum se putabat uolens respondit dicens. Cur ut ad hominem solummodo uenis: & quod deo naturaliter est . nam ipse solus uere bonus est mihi attribuis? Vnus . n . est natura bonus deus uidelicet. Si ergo credis me deum esse atque ideo bonum: quare quasi ut ad hoīem uenis. Sin autem deum esse non putas sed hominem solummodo: quare quod deo soli attribuitur: homini accommodas? Non igitur iis uerbis sublimis theologie ut diximus dogmata exponit: sed illum reprehendendo emendare conatur. Sed contentiosi nimium heretici sunt. Sufficit . n . inquiunt nobis quod pater solus bonus appellatus est: non erit ergo ita bonus ut pater filius. & ideo nec consubstantialis: sed hoc modo scripturas intelligunt. quid dicent cum & si pater lux & filius lux appelletur. Solus tamen filius uera lux in euangelio scribitur: Erat inquit lux uera que illuminat omnem hominem: an patrem non esse ueram lucē ideo putandum. quoniam soli filio hanc appellationem iohānes attribuit. Neminem puto adeo insanum esse: ut ad id impieta-

tis deueniat. Sicut ergo quamuis solus filius uera lux sit appellatus: ueram tamen lucem ipsum quoque patrem esse negandum non est. ita siquis dixerit solum patrem esse bonum: non priuabit eadem naturali bonitate filium qui ex ipso est. Vbi autem nature identitas est: ibi & consubstantialitas. Nam sicut si differentia quedam inter patrem & filium nature daretur: non esset consubstantialis. Sic si nulla huiusmodi differentia inuenitur: consubstantialis necessario est. Si ergo lux uterque & uera lux est: identitas substantie hinc demonstratur. Nam si diuerse substantie sunt: quomodo pater in filio & filius in patre uidetur? Qui uidet me inquit: uidet & patrem meum. Numquam certe hominis formam in asino speculabimur: nec asini in hominis forma. Simile. n. in simili uidetur. Que uero natura differunt: in alterutris numquam uidebuntur. quare si filius in patre & pater in filio uidetur: quod negare non potestis: consubstantialis patri filius erit.

Quod filius consubstantialis patri est: proposito testu Vado ad patrem meum & patrem uestrum & deum meum & deum uestrum. c. II.

Sed eadem sepius ad decipiendos simpliciores eunomius clamat. Quomodo. n. inquit consubstantialis erit filius patri: quem deum suum appellat? Ecce uado ad patrem meum inquit & patrem uestrum & deum meum & deum uestrum. Et rursus: Deus meus deus meus cur me dereliquisti. Si uero deus ipsius est: quomodo erit consubstantialis? Nam que nature sunt eiusdem non erunt alterutra alterutris Dii sicut nec anima anime deus est: nec angelus angelo. O impietatis magnitudinem. Creaturam non filium dei uerbum putat: seruum non dominum. Nam si uere ac secundum naturam deum esse filii patrem opinatur: nec per dispensationem qua homo factus est: hominem loqui credit: ut nec consubstantialis patri erit: sed nec dominus neque deus. Cur ergo non aperte inter creaturas filium dei enumerat? ne uidelicet patefacta impietate

ipsius clamare omnes faciat: decepti estis ignorantes scripturas. Scrutari .n. non uultis sermonis uirtutem: ac ideo non deum sed templum dei quasi unum ex numero sanctorum filium facitis. De sanctis .n. dicitur habitabo in ipsis. & ita erit non natura deus filius dei: sed per gratiam sicut scribitur. Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes: a quibus natura se disseparari aperte ipse docet saluator dicens: Vos deorsum estis: ego desuperius sum. Sed quomodo inquit consubstantialis erit patri filius qui ex ipso ut ex principio est cum pater non sit ex principio? filium o uos uerbum dei conceditis esse. Si ergo uere filius est: erit necessario genitori suo consubstantialis. Sin autem uere filius non est: hanc impietatem aperte dicatis ut omnes uos fugiant tamquam scripturarum euersores: a quibus uerbum dei uere filius & non creatura nominatur. Deinde cum filii principium patrem esse dicitis: quo pacto id intelligitis. Nam si principium filii pater est: quasi creator: creatura erit: non filius. & repugnabit opinio uestra ipsi quoque patri dicenti: Ex utero ante luciferum genui te. Sin uero non ut creator principium filii pater est: sed ut genitor: necesse est quoniam quod ex aliquo naturaliter prodit eiusdem est cum illo substantie. quamuis alterum principium sit: alterum ex principio. ut consubstantialis patri filius sit. quod si propterea consubstantialis non erit: quoniam pater ex nullo principio est. filius uero patrem habet principium. Quid prohibet dicere non fuisse abel & adam eiusdem substantie. quoniam adam a nullo natus est. primus .n. homo a deo fuit creatus. Abel uero ex ipso adam genitus: quod penitus falsum est. Eiusdem .n. substantie adam & abel fuerunt. Quare pater quoque ac filius qui ex ipso eternaliter prodit & semper cum ipso est: eiusdem substantie sunt. Sed quomodo inquit eunomius genitum & ingenitum cum inter ipsa maxime differentia sit: eiusdem erunt substantie? Si quoniam genitus & ingenitus differant ea de causa: eiusdem nature non erunt. Quare petrus & paulus cum multum inter se

differant: eiusdem substantie sunt. Alter. n. niger est uerbi gratia: alter candidus: & alter magnus: alter paruus. Sed non omnis differentia substantias disseparat: sed sola que naturas diffinit. Quid igitur prohibet consubstantialem patri filium esse. quoniam eadem in utrisque natura est. Differunt autem quia pater quidem ingenitus filius uero genitus est. Ita. n. eadem deitas in patre atque filio naturaliter erit. Sed qui essendi principium habuit eunomius infert: non potest eiusdem esse cum illo substantie qui huiusmodi principium numquam habuit. Si ergo perfecte pater filium genuit: generandi finem iam habuit. Is finis essendi principium filio est. quomodo igitur consubstantialis patri erit? Sed si finem generandi pater fecit o uos: principium etiam generandi habuit. Accessit ergo patri filius postea & recens ut ita dicam deus erit: quod est contra scripturam. Non erit. n. inquit in te deus recens. deus autem a scriptura filius appellatur. non est ergo recens. Sicut igitur si recens esset: non esset eiusdem substantie: ita cum non recens deus sit: eiusdem substantie est. preterea soli deo adoratio a creaturis debetur. Hominibus. n. scribitur: Dominum deum tuum adorabis. Angeli uero iubentur filium adorare. Quando. n. primogenitum in orbem terrarum introduxit: adorent eum inquit omnes angeli dei. Deus ergo est filius qui adoratur. Is si non est consubstantialis patri: alius deus filius erit: alius pater. & necesse erit in duos credere deos. quod quoniam nullus christianus audire patietur: consubstantialis erit ut unus deus in trinitate non plures adorentur. Preterea si pater & generare cepit: & finem generandi habuit: mutatus necessario est. Aliter. n. se habebat antequam generasset: aliter in generando: aliter postea. Sin uero nulla mutatio deo potest accidere: nec generare cepit: nec generandi finem habiturus est: ut heretici contendunt. Eternaliter ergo creator temporum seculorumque filius est in patre. & quoniam coeternus. Idcirco etiam consubstantialis: quia alioquin si principium & finis generandi dabitur: aliquid patri acce

ssisse necessarium est. Cui autem aliquid accessit: id non erat ante accessionem illius rei perfectum. sed pater semper perfectus est. Nihil ergo accessit nec generare cepit secum semper filium suum. Quare sicut si principium temporis filius habuisset: consubstantialis patri non esset: ita quoniam huiusmodi principium nō habuit consubstantialis patri est. Nam sicut qui principium & finem generationi diuine attribuunt: a consubstantialitate patris filium repellunt. Ita nos huiusmodi principium & finem in generatione filii recusantes consubstantialitatem necessario predicamus. Sed non potest fieri eunomius inquit ut identitas substantie in patre & filio conseruetur. Cum pater ingenitus sit filius autem genitus. Nam si erant consubstantiales: in nullo differret quod genitum est ab ingenito. Quod si dabitur: quid prohibebit patrem quoque genitum esse? & filium similiter ingenitū? hec inquit confusio eos sequitur qui substantie identitatem in patre & filio predicant. Nos autem dicimus non posse non seruari identitatem substantie in patre & filio. imago .n. patris filius est: & in se ipso patrem ostendit. nec ullus poterit in alia natura aliam inspicere. Non .n. asinus in homine uidetur: sed homo in homine. Quare si querenti philippo uidere patrem se ipsum christus ostendit dicens: Qui uidet me: uidet & patrem meum: necesse est eiusdem esse substantie patri filium: sicut īcommutabilem eius imaginem & caracterem substantie sue. Preterea cum ubique dominus eundem se natura cum patre doceat: cumque non posse id fieri heretici contendant: quoniam alter genitus alter ingenitus sit: quis erit adeo stultus ut putet hominibus magis esse credendum quam deo? Vel quis non compos mentis illam apostolorum uocem non exclamabit? Deo magis quam hominibus esse obtemperandum? presertim cum ipsi etiam genitum ex patre filium concedere uideantur. Quomodo ergo quasi creatura extra substantiam genitoris neque ipsi consubstantialis erit: si uere genitus ex ipso est & quasi naturalis fructus ipsius? Quod si sola uoce

genitum ex patre dicunt: dicant aperte creaturam esse: nec mu-
ta simulantes multaq; dissimulantes simpliciores christianorum
conentur decipere. Sed si deus inquit aetius indiuisibilis secū-
dum substantiam est: non est genitus ex eo filius: cum per disse-
parationem substantie generatio fiat. nam productus ab eo secun-
dum uoluntatem est. Quomodo igitur eiusdem erit substantie
natura per uoluntatem producta cum eo qui eam produxit?
Indiuisibilis uere est deus o aeti. nec idcirco generandi uirtute
priuabitur: potest .n. & indiuisibilis & generans simul esse. Tu
autem honorare deum uolens indiuisibilitatem ei attribuis. Sed
cum generandi uirtute priues: & filium eius creaturam putes:
non honoras certe. pulcherrima .n. atq; prestantissima res est
naturalis actio siue operatio: si ita dicere uis: & ea quam gene-
randi uirtutem appellamus. Vere igitur deum honorabis: si in-
diuisibiliter ex se ipso generare consubstantialem sibi filium in-
effabili incomprehensibiliq; modo fateri predicareq; uolueris.
Sed cum uoluntate patris productum filium dicas: non uideo
cur filium appelles. quomodo .n. uere filius erit: qui non ex
substantia patris emanat? Sed uere filius est. Consubstantialis
ergo etiam est. eadem .n. natura geniti & genitoris inuenitur.
preterea si quemadmodum uos dicitis decepti & decipientes: nō
ex substantia patris filius emanat: sed productus est. quia patē
uoluit. quoniam ipse & sapientia & uirtus patris est. Non erit
natura pater sapiens & uirtute pollens. extra .n. substantiam
suam sapientia & uirtus sua producta non erit sibi connatu-
ralis: quod absurdissimum est. Natura .n. sapiens est: & natura-
liter uirtute pollet deus pater. Quare ex substantia eius filius
emanat: & eiusdem cum ipso substantie est. Sed dic queso quid
impulit patrem ut extra substantiam suam filium produceret
ut ais. Vtrum necessitas aliqua an quia gratiam & bonitatem
in eo suam sicut & in aliis creaturis ostendere uoluit. Si necessi-
tate impulsum dices: erit necessitati pater subiectus. Sin quia

gratiam suam in filium uoluit ostendere sibi magis quam filio gratificatus inuenitur. per filium enim & creator & sapiens & uirtute pollens inuenitur. omnia enim per ipsum facta esse scriptura clamat. Et rursum. Christus dei uirtus & dei sapientia. Sed stultitia est gratificatum sibi patrem in his dicere: nec credere ipsum naturaliter sapientem ceteraque huiusmodi esse. Non ergo quia uoluit filium produxit ut uos contenditis: sed ex se ipso naturaliter emittit. & ideo consubstantialitas in eis necessario conseruatur. Ad hec consubstantialem filium hominibus ut hominem credimus. quia formam nostram accepit. Est autem etiam in forma dei patris. Est igitur deo quoque patri consubstantialis. Preterea si splendor huius lucis connaturalis eiusdemque essentie cum luce sua est: filius etiam cum sit lucis eterne splendor consubstantialis illi erit. In omnibus autem huiusmodi exemplis debilem quandam similitudinem ad supremam illam naturam adducimus. quoniam omnis creatura in infinitum a creatore suo distat. Accedit quod equalitas ut in corporibus secundum quantitatem dicitur sic in intellectualibus incorporalibusque ubi nullum habet quantitas locum secundum identitatem substantie dicitur. Sed filius equalis secundum scripturas patri predicatur. Est ergo ei necessario consubstantialis. nam que uere nata ex aliquo sunt: eiusdem substantie cum genitore sunt. Et qui omnia genitoris naturalia bona possidet: ex eo uere natus est. filius autem omnia que sunt patris habet. Preterea qui ex nihilo res creatas producit: non potest esse de natura productorum sed de natura producentis: necessario est. producit autem filius & facit creaturas ex nihilo etiam secundum uos eiusdem ergo substantie inuenitur: non cum creaturis sed cum producente & creante patre. Nam que eandem actionem operationemque habent: eiusdem essentie esse comprobantur. Natura uero pater deus est. igitur natura filius quoque deus est. aliter erit participatione deus. sicut & creature. Nec erit differentia inter ipsum & creaturas. sed creaturarum ipse dominus & creator est. Non ergo cum

creatura ulla substantialiter sed cum patre conuenit. Ad hec omnis rationalis creatura non uoluntate sola sed agendo & patiendo operatur. Deus autem solus sola uoluntate operatur: sed filius sola uoluntate operatur. Deo ergo patri non creature alicui consubstantialis est. Accedit quod non ut nos sed nobiliore modo unigenitum filium deus generat. Sunt autem nobis nostri filii consubstantiales. Erit ergo etiam deo patri filius suus. & nos quidem ante natos sumus nostros. filius uero dei coeternus patri est: & ab eo non ut nostri separabilis. Ad hec omnium que sunt aliud deus est aliud creatura. Quare filius aut creature aut deo consubstantialis erit: non est autem creature substantialis. Virtutem enim creaturam suscipere creatura non potest. Deo patri ergo creatori omnium ipse quoque creator omnium similiter consubstantialis erit.

De consubstantialitate patris & filii illo testu proposito quod pater meus maior me est. C. III.

Que nature eiusdem eiusdemque substantie sunt eunomius inquit non suscipiunt magis & minus. Nec enim homo homine secundum rationem substantie: neque asinus asino maior est. Si ergo in consubstantialibus nullus maiori & minori locus datur: & filius patrem maiorem se esse aperte docuit non est ei consubstantialis. probe facerent heretici omnes si undique studerent uerum scripturarum sensum uenari: nec ad uoluptatem suam omnia uertere: Atque inde falsos syllogismos connectere. Si enim offendit eos quod pater maior filio scribitur: uiuet illud quod de filio dicitur. qui cum esset in forma dei: non rapina arbitratus est se esse equalem deo. & iohannes apertissime patrem inquit suum deum dicebat: equalem se ipsum faciens deo. Quomodo ergo aliene substantie est qui equalis est? Nam que naturaliter equalia sunt: eiusdem penitus substantie sunt: ut homines: equi. preterea in corporalibus maius & minus non secundum magnitudinem sicut in corporibus sed secundum uirtutem perspicitur. quod paulus ostendit. Alii enim inquit sermo sapientie a spiritu datur: alii gre-

curationum: multisq; huiusmodi connumeratis infert. Omnia uero hec operatur unus & idem spiritus. Deinde rursum hortatur ut maiores gratias zelo petere debeamus. Nun igitur spiritum in se ipso differre dicent: aut dissimilis cuiusdam esse substantie: quoniam paruus est in paruis & maior in maioribus inspicitur/secundum suscipientium capacitatem. Nemo ita insanus est: ut hoc audeat cogitare. Cum igitur incorporea natura maius & minus non suscipiat: quando maior pater domino dicitur: humanitati sue non deitati sermo attribuendus est. Nam cum dicat christus pater qui me misit maior me est. & apostolus de ipso. Non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. Querendum est diligenter quomodo & equalis patri & minor filius erit: ita ut nec equalitatem contemnamus: quia minor patre dicitur: nec maiorem esse patrem negemus: quia equalis ei filius scribitur. Sed utraq; pie intelligamus. Cum igitur non composita sed simplex natura deitatis sit: nunquam in plures personas distingueretur: nisi quedam inueniretur differentia non secundum essentiam sed secundum relationem: & quasi extrinsecus intellecta per quam utriusq; persona in propria hypostasi constituunt: nec ab unitate deitatis propter identitatem naturalem potest excludi: & sic nulla confusio: nulla quasi mixtio patris & filii excogitari potest. Nam cum tanta similitudo & perfecta identitas sit: ut non nulli eundem patrem & filium suspicati fuerint. nec in dualitatem personarum distinxerint ut hipostasin que generat & que generatur diuina scriptura notionibus distingueret: patris & filii nominibus usa est: ut lumen ex lumine. In propria utrumq; hypostasi recte intelligeretur seruata identitate substantie. Consuetudinem uero nostram secuta maiorem appellat patrem. ut undiq; & ea persona ex qua significetur & ea que est ex illa perspiciatur: equalitatem etiam attestatur: ne ulla in essentia patris & filii dissimilitudo & differentia reperiatur. Qui ergo secundum rationem substantie patri equalis & penitus

similis sit: maior tamen ipso pater est qui eum generat: in hoc so
lummodo quia ex eo filius est: & sic principium filii secundum
originem pater est. Et certe que nature eiusdem sunt: huius -
modi comparationem suscipiunt. Diuersarum autem natura
rum res hoc modo non conferuntur. Nemo .n. recte dicet bo -
uem maiorem esse q̄ hominem: nec hominem q̄ bouem. Si er -
go secundum hereticos pater maior sit filio: neq; id secundum
essentiam dici possit: homo .n. homine secundum essentiam: &
inquantum homo maior non dicitur: nec diuerse substantie ma
ius & minus suscipiant ut diximus: relinquitur ut uel quia ex
patre filius est: uel quod magis nos credimus propter incarna -
tionis dispensationem maiorem patrem filio a scriptura esse appel
latum. Preterea que inter se conferuntur & comparantur: ei
dem omnino nature sunt: neq; ab essentia comparationem suscipi -
unt. Non est .n. homo homine maior ut homo: sed ab accidenti
bus quibus differunt que ut plurimum ex passione aliqua fiūt
uel omnino ex causa exteriore que uidelicet in ratione ac diffini -
tione insita non est. Ut uerbi gratia maior est homine homo ma -
gnitudine corporis: fortitudine animi: mentis acumine: Sed
in omnibus hominibus una eademq; ratio substantie est equali -
ter de singulis dicta. Accidentia uero ex passione quasi ex radice
fluxerunt. Tarditas .n. mentis & timor animi ex passione pro -
fluunt. Si ergo comparatio quelibet in accidentibus fundatur:
& accidentia ex passione uel extrinseca fiunt causa. Si nulla pa
ssio deo inesse potest: nec causa extrinseca ipsi accidat relinquit̄
necessario ut pater filio maior sit uel originis modo quia princi -
pium eius dicitur: uel propter dispensationem incarnationis ut
diximus. At non ambigue sed aperte inquit eunomius filius
patre minorem se predicat. Quid ergo pluribus opus est. nam
uera dicere ueritatem concedetis. Veritas .n. christus est. ma -
ior igitur pater filio erit. & ideo dissimilis & non consubstan -
tialis. primum interrogabimus ipsum quando pater filio ma

ior fuerit. In tempore .n. determinato maior fuisse non potest. Te
mporum .n. omnium seculorumq; creator filius est. Semper igi
tur ac eternaliter patrem filio esse maiorem sequitur. Et quoniā
maior ad minorem dicitur simulq; sunt maius & minus: si patē
maior filio est: coeterni sunt pater & filius. Quomodo igitur eternū
num eterno erit dissimile: aut quomodo maius? Deinde mira
bimur qđ & si a sapientia huius mundi profecti aristotelicas dis
ciplinas sequantur: & eas nobis incutiant: indocti tamen etiam
secundum ipsas inueniuntur. Non consequenter .n. cum de ma
iore atq; minore sermonem facerent ad similitudinis dissimili
tudinisq; sermonem exciderūt. Nam etiam secundum aristotelez
quo ipsi plurimum iactant: simile & dissimile non ponuntur in
eodem genere in quo maius & minus. Hec .n. ille ad aliquid appel
lat. Quo in genere simile atq; dissimile non uidemus poni. Quare
igitur a maiore minoreq; tu orationem contexens conclusionez
alterius generis induxisti dicens minor est filius patre: dissimi
lis igitur. Melius dixisses. Inequalis ergo aut non tantus. Quamquam &
ita non recte. Nam & si maius & minus propter quantitatem pro
prie dicuntur: non tamen in eo genere collocantur. Indocte igi
tur a maiore atq; minore ad simile & dissimile eunomius declina
uit dicens minor est filius patre: dissimilis ergo. nec minus indo
cte dicet minor est ergo inequalis aut non tantus. Nam maius
& minus quoniam alterum ad alterum dicitur. Sic ab aristotele
diffiniuntur. Ad aliquid dicuntur inquit que ipsa que sunt alio
rum esse dicuntur. Vel quomodolibet aliter ad aliud ut maius id
ipsum quod est alterius esse dicitur. Aliquo .n. maius dicitur: &
duplum id ipsum quod duplum est alicuius duplum est. Hec
cum ita se habeant: dicant nobis qui magis aristotelicis q̄ scriptu
re diuine disciplinis gloriantur. Si etiam simile id ipsum quod
est dissimilis esse dicatur: sicut maius & minus. opponitur .n. simi
le dissimili: sicut & minus maiori: sed non eodem modo. Nam ma
ius quia oppositum suum excedit: maius illo est. Simile autem

non ita

non ita. Hetherogenea igitur penitus sunt maius & dissimile: & eandez
diffinitionem non suscipiunt. Ad hec que ad aliquid sunt & natu
ra & ratione simul sunt: & alterum ad alterum infertur. Nam siquis
maius aut duplum dixerit: statim minus aut dimidium intelle
xit. simile autem non inducit dissimile. sicut nec iustum inducit
iniustum: nec uirtus uitium. priuationes .n. iste magis sunt &
habituum interemptiones. Non ergo alterum ab altero inducit:
sicut & relatiua: quamuis opposita sint. priuatio .n. similitudinis di
ssimilitudo est: sicut & iustitie iniustitia. Et quoniam priuatio
nes posteriores quam habitus sunt: non intelligentur simul simile &
dissimile. Preterea que ad aliquid sunt sicut uno posito alterum
ponitur sic & uno interempto alterum interimitur. Idque ideo
quoniam esse alterius in altero est. Non .n. est maius aliquid nisi
minus sit. Simile autem positum non ponit dissimile: nec inte
remptum interimit. Non dicuntur ergo ad inuicem simile &
dissimile: presertim cum simile & dissimile magis & minus susci
piant. Maius uero & minus & duplum & dimidium non suscipi
ant. preterea simile & dissimile secundum habitum & priuatio
nem opponuntur. maius uero & minus secundum intentionem
& remissionem. Non ergo eiusdem generis sunt maius & dissimi
le. Verum quoniam maiore posito minus necessario ponitur: ut
iam dictum est: quoniam pater maior filio scribitur: necesse
est ut filius ad quem quasi minorem pater refertur: coeternus
patri sit. Cum ergo id ita se habeat: inuestigemus quomodo pa
ter maior filio est: Nam & filius natura deus est: natura bonus:
natura creator: natura rex: sicut & pater. perfecte igitur omnia
hec habet. nam si perfecte non haberet: non esset natura deus. Na
tura .n. deus est: qui perfecte & per se omnia bona habet. Quoniam
igitur filius perfectus in omnibus est: minor patre erit non ali
ter quam aut secundum formam serui quam assumpsit: aut secun
dum quod ex patre est. cuius imago integra inuiolataque est. Non
ergo natura sed ut filius patre minor dicitur. Sed pater inquit

semper erit filius: non semper. quomodo igitur non erit maior: qui semper erat eo qui non semper fuit? Aut quomodo nō erit minor eterno qui eternus non est? Cum igitur ita pater maiō filio sit: non erit ei filius consubstantialis. ve contentio hec est qua fit ut omnino quoniam maior pater filio scribitur: diūe se quoq; substantie q̄ filius sit demonstrare ipsum conentur: q̄si necessarium sit diuersam esse naturam eorum que maius susci piunt ab iis de quibus minus predicatur. Nos uero oculis ipsis uidemus lignum ligno maius & lapidem lapide minorem & ho minem homine similiter. De quibus q̄uis maius & minus dicatur: eadem tamen ratio substantie predicatur: Frustra igitur & falso quoniam pater maior filio scribitur diuersitatem essentie de monstratis. Quare filius q̄uis sit equalis patri: minorem tamen rationibus quas diximus se ipsum appellat. Preterea que naturali similitudine non coniunguntur & ratione substantie differunt simili potius atq; dissimili non maiore & minore discernuntur. Si ergo pater & filius unum natura sunt: quomodo maius & min9 de ipsis dicetur: de quibus similitudo summa predicatur? Sin uero diuerse nature sunt: dissimiles dicentur non maior & minor. Ridi culus certe uidebitur quicunq; diuersa naturaliter comparat. Ve lut si solem ligno fulgentiorem esse contenderet. Indoctissime igitur hetherogeneis ut ipsi putant maius & minus accommodat: & diuerse nature filium esse q̄ pater sit inde putant demōstrari. Nos quoniam natura suprema nulla ex parte maius & minus susci pit. Nihil .n. imperfectum in deo est: equalem patri filium nu gis istorum reiectis predicamus. Illi non intelligentes forsan quid dicunt minorem esse contendunt. Quare rursum interrogādi sunt utrū maior semper filio pater esset: an postea factus sit. Nā si tempore aliquo factus est maior: cum antea non fuerit: accessit hoc deo patri quod sibi prius non erat. Quomodo igitur erat per fectus qui hoc non habebat? Sin uero semper maior erat: quoniā maius ad minus dicitur necessario minor quoq; filius semper erat.

Sed minorem dicitis filium. quoniam patri coeternus non sit secundum uos. Ratio autem si semper pater filio maior fuit: totam rem in contrarium reducit. Necesse est .n. semper esse minorem filium si semper pater maior est: & ita cum sit coeternus erit etiam equalis. Nam sicut si coeternus non esset: inequalis esset: ita & contra. quoniam coeternus est equalis omnino est & simillimus naturaliter. Quare nullum ibi locum maius & minus secundum naturam habet. Quomodo .n. si minor patre filius esset: equalitas rursum sibi conceditur: qui non rapinam arbitratus est se esse equalem deo paulus ait. Sed se ipsum euacuauit formam serui accipiens & figura inuentus ut homo humiliauit se ipsum. Si ergo incarnatio humilitatē habet & euacuationem ut hic dicitur necesse est ut incarnatione per intellectum separata equalis patri semper ut etiam ante incarnationem inueniatur: & hinc nobis humilitas & euacuatio illa perspicietur. Nam si per se ipsum etiam ante humiliationem incarnationis patre minor erat quo descendisse uidebitur: aut quis erit humiliationis modus? Certe hic ipse paulus & equalem deo filium apertissime dixit & minorem esse propter mortis passionem enuntiauit. Cum igitur equalis & minor simul esse nō possit: queramus quomodo equalis quomodo minor est. In quantū ergo natura deus est equalis genitori filius est. in quantum autē homo factus est & ut homo crucifixus & mortuus minor.

Quod equalis filius patri est: euangelico testu proposito: Non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. c. IIII.

Sed quomodo inquit eunomius similis aut equalis erit filius patri: cum aperte in euangelio dicat: Neminem inter natos mulierum iohanne baptista maiorem surrexisse: & statim addat. Minor autem in regno celorum maior ipso est. Ipse namque minor est propter tempus quo a sancta uirgine natus est. faceturque se propter precipuas uirtutes tunc peruenturum in maiora quando regnum celorum aduenerit: quasi hanc mercedem propter administrationem salutis humane accepturus

sit. Quomodo ergo qui huiusmodi nature est equalis aut similis deo patri erit. [S]eruertunt sensum uerborum christi qui sic exponunt. quomodo .n. quasi rem magnam sibi attribueret: qd iohannem excederet: qui dei patris gaudet dignitatibus omnia naturaliter possides que patris sunt. Omnia inquit que pater habet mea sunt. perfectus autem pater est. perfectus ergo etiam filius reiq; nullius indiges. Qui uero ita natura se habet: quomodo non erit equalis & similis genitori suo? Preterea si minor christus iohanne magnitudine temporis dicitur quo fuit cum hominibus conuersatus. Et ad hec nō surrexisse maior quispiam iohanne additur uite spatio id quoq; intelligetur. quod uerum non est. Adam .n. ut scriptura testatur noningentos & quinquaginta uixit annos. & alii nati mulierum illius temporis omnes pene totidem. precursor uero iohannes iuuenis admodum uitam cum morte commutauit. Non ergo maiō inter natos mulierum tempore dicitur: sed uirtutis sublimitate qua ad eos peruenit terminos quo natura humana peruenire potest. Quare similiter etiam christus non tempore minor dicitur. Ridiculum .n. esset magnitudini temporis uirtutis celsitudinem attribuere. Necessario igitur sequi uidetur in uirtute & sanctitate cōparationem fieri. & sic minor iohanne christus in sanctitate uidebitur. quod absurdissimum est. Cum igitur hec expositio ad absurda deueniat: reicienda omnino est. [S]ed nos inquiunt ueram & simplicem nec magna cura scrutatam uerborum saluatoris expositionem inducimus. Minorem iohanne christum secundum magnitudinem temporis qd ab incarnatione sua cepit maiorem in regno celorum futurum etiam ipso qui ad humane uirtutis perfectionem attingit. Minor igitur hic personam domini signat. Qd uero maior inter natos mulierum iohanne baptista non surrexisse dicitur: perfectionem humane uirtutis attigisse illum significat. Christus tamen etiam ipsum adeo magnum in tempore illo excedet: Quid igitur absurdi hec expositio habet? Non ita simpliciter ut putatis sed magna diligentia & cura exponende scripture

sunt. primum .n. leue omnio est credere spatio temporis: ex quo īcar-
natum fuerat uerbum : minorem iohanne dominum appellare. Ap
te namq; ille qui maior in regno celorum dicitur sanctitate sublim
or significatur. quomodo .n. aliter maior hic aliquis poterit intel
ligi? Si ergo in regni celorum tempore maior baptista saluator
uidebitur minor: modo aut equalis est minorem dicere magis
impium est: sed equalem etiam putare non pium. Baptistā enī
audimus dicentem: mihi opus est abs te baptizari. Baptizatur
autem atq; sanctificatur deterius a meliore: & ad iudeos. Ego uos
baptizo in aqua. Sed uenit post me cuius calceamentorum cōri
giam non sum sufficiens soluere. Ille uos baptizabit in spiritu san
cto & igne cuius uentilabrum in manu eius: & purgabit aream su
am & congregabit triticum in orreis suis: paleam uero inextigui
bili cremabit igni. Quomodo ergo equalis aut minor iohanne do
minus secundum ipsos fuit? Aut cuius gratia aqua se solummodo
baptizare predicabat: & christum spiritus datorem affirmabat?
Nonne uides quia ut seruus nec calceamentorum qdem corrigiam
tangere audet? nec perspicis christum aree dominum esse. hoc .n.
significatur quando dicitur & purgabit aream suam. Iudicem etiā
esse ostendit qui iustos & bonos tanq; triticum in celestia inducet
orrea: iniustos uero quasi paleam igni tradet. Si uero maior aut
equalis tunc christo iohannes fuit: cur & ipse non baptizabat in
spiritu sancto? Sed nec isayam isti audiunt apud quem de chri
sto scribitur. Ego sum qui deleo iniquitates tuas: & non recordabor
peccatorum tuorum. Cumq; natus a uirgine cum hominibus cō
uersatus est: monstrabat eum baptista iohannes dicens. Ecce agnus
dei qui tollit peccata mundi. Quomodo igitur secundum istos in
spe solum habebat christus: ut futurus maior esset iohanne ī regno
celorum? Aut quomodo tunc equalis uel maior iohannes: qui bap
tizari a christo desiderabat ipso christo fuit qui peccatum mūdi
poterat tollere: & id tanq; dominus uerus. Sicut .n. deus peccata
christus dimittit quod iohannes nullo modo poterat. Ad hec si in

nor christus aut equalis iohanni tunc fuit: cur ipse non audiuit
a patre filius meus es tu. ego hodie genui te. & sede a dextris meis.
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Aut cur
sapientia & uirtus patris & imago & caracter & splendor substan
tie ipsius uocatus non est? portet iam omnia etiam ipse uerbo
uirtutis sue & introducatur in orbem terrarum quasi primo
genitus & adoretur ab angelis: dicat de se ipso sine culpa. Ego &
pater unum sumus. qui uidet me uidet & patrem meum. dicat
ego sum resurrectio & uita. dicat ego sum panis uiuus qui de ce
lo descendi. Quod si de se hec iohannes dicere non poterit. Dicit autem
uere christus: quomodo non erit impium putare maiorem ali
quando futurum christo iohannem? qui natura ut deus semper
ipso maior est? Quid autem magni attribuere christo arbitrantur,
maiorem iohanne futurum contendentes: quo etiam angeli &
natura & caritate in deum maiores sunt? quibus tantum christus
prestat: quantum creaturas creator excedit. Cui enim ait paulus an
gelorum umquam dixit sede a dextris meis? Nonne omnes spiritus
sunt ministrantes? Quomodo ergo qui etiam angelos excedit: qui
in sede dei patris collocatur: quasi rem magnam sibi attribuit quod
iohanne maior in regno celorum futurus sit? Cum semper atque
simpliciter omni creatura maior sit qui deo patri equalis est. Pre
terea lucerna erat baptista: lux autem christus. quomodo ergo
lux cuius natura est illuminare lucerne que lumine indiget equa
lis uel minor erit? Et certe non potest amicus sponsi qui stat &
audit sponsum habenti sponsam sponso equalis aut maior dignita
te atque honore inueniri. Ad hec ipse iohannes de saluatore ait qui
desuper uenit super omnes est. Mensuram suam deinde ostendens
terrena loquitur inquit qui ex terra est. Quod si extra celorum re
gnum maior est christo iohannes secundum uos: intelligatis desu
per baptistam uenire & dominum terrena loqui exque terra esse.
quod absurdissimum est. Alter enim natura deus & super omnes. al
ter creatura ac ideo ex terra. Non equalis ergo immo incompa

rabiliter christus excedit. Quomodo ergo spe solum in regno celorum
dignitatem excessus expectat? Preterea post resurrectionem sal-
uator cum priscam spiritus gratiam in nobis renouaret suffla-
uit discipulis dicens: Accipite spiritum sanctum: & ipse spiritus
sanctus christi spiritus appellatur. Et cum transissent asiam & re-
gionem gallaticam in actibus scribitur tentabant recedere in bi-
thiniam & non dimisit eos spiritus ihesus. Renouet igitur etiam
in nobis iohannes gratiam spiritus si equalis christo est: & spiri-
tus dei patris ipsius quoque uocetur. & si uultis dicat ipse quoque de
spiritu quia de meo accipiet. Sed hec omnia uel cogitare solum
impium est. Non est ergo equalis christo nec aliquando futurus
est minor. sed semper ueluti homo minor deo est. Ad hec euange-
lista iohannes naturalem christi dignitatem ostendens & iohan-
nis mensuram sicut serui aperiens fuit homo inquit missus a
deo cui nomen erat iohannes. hic uenit in testimonium ut te-
stimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum.
non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine:
erat lux uera que illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum. Quomodo ergo lux illuminans ministro suo
quem ad testimonium adhibuit minor aut equalis erit? pre-
sertim cum ipse christus dicat ad iudeos. Vos ad iohannem misi-
stis. & ille testimonium ueritati perhibuit. Ego uero iohannis
testimonio non egeo. Quomodo ergo minor uel equalis iohanni
qui testimonio ipsius non eget. quoniam attestantem habeat
patrem. postremo beatus zacharias pater baptiste secundum
carnem gratias agens deo & futura spiritu predicens clamabat:
Et tu puer propheta altissimi uocaberis. preibis. n. ante faciem
domini parare plebem perfectam. Ipse quoque iohannes interro-
gatus a iudeis quis esset: ego inquit uox clamantis in deserto. pa-
rate uiam domini. Dicant igitur nobis qui non semper sed ali-
quando maiorem iohanne futurum christum arbitrantur:
quando altissimi propheta ipso altissimo minor non fuit? aut

quando minister & precursor ad equalitatem naturalis domini con
scendit. Ex iis omnibus patet nunquam iohannem christo maiorem
fuisse: nec de christo ipso dici quod modo minor iohanne sit & in re
gno celorum maior futurus sit. Verum quoniam aduersariorum
sensum redarguimus ipsorum euangelii uerborum uerum mo
do sensum scrutemur: ut uere expositionis appositione non uera
ipsorum iterum redarguatur. Quod ut recte fiat: totam rem alte
rius repetamus. Cum iohannes in carcere miracula christi audie
rit: misit duos ex discipulis eius dicturos christo. Tu es qui uenturus
est: an alium expectamus? Ad hec christus Ite inquit & renuntia
te iohanni que audistis & uidistis. & deinde miracula multa enu
merat. Cum ergo illi abissent: dixit ad circumfusam iudeorum tur
bam saluator quid existis in desertum uidere? harundinem uento
agitatam: sed prophetam. ita dico uobis & plusquam prophetam. hic
enim est de quo scribitur. Ecce ego mitto angelum meum ante faci
em tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Deinde addit id de
quo queritur. Amen dico uobis non surrexit inter natos mulie
rum maior iohanne baptista. sed minor in regno celorum ma
ior ipso est: neque finem uerborum hic fecit: sed statim intulit. A
diebus autem iohannis baptiste usque modo regnum celorum uim
patitur: & uiolenti rapiunt illud. Sed textus quidem ipse sic se ha
bet. Oportet autem ad rectam expositionem singula breuiter dice
re. que causa baptistam in carcerem coniecit: cuius gratia chri
stum per discipulos interrogauit utrum ipse uenturus esset: an alius
expectaretur. Et quare conuersus christus turbam circumfusam sic
allocutus fuit. Et cur illud addidit non surrexisse in natis mulierum
iohanne baptista maiorem: & tamen qui minor est in regno celorum:
eum ipso quoque iohanne esse maiorem. Hec igitur breuiter prose
quamur. Mirabilem atque inauditam uitam beatus baptista duce
bat: quam homines adeo mirabantur: ut merito ipsum magnum
quendam esse uirum arbitrarentur. Is christo attestabatur immo
digito ipsum ostendebat presentem dicens: Ecce agnus dei qui tollit

peccata mundi. Verum dominus cui attestabatur mosayce legis cultui officere uidebatur: euangelicam uitam pro illo inducens: immo uero figuras & umbras ad ueritatem educens. Conquerebantur iudei de baptista quod auctoritate sua illi faueret qui legalem doctrinam euerterit: ut ipsi putabant. Quid igitur ad hec iohannes legi propugnat: ne mosaycam doctrinam contemnere uideretur. Idque uel ad repellendam uel ad mitigandam suspitionem de se iudeorum facit: non quia magni hoc ipse existimaret: sed ut testimonium suum de christo credibilius apud eos fieret. Quamuis igitur multi tunc multis uariisque modis preuaricarentur: Herodem tamen solum qui princeps erat redarguit: ut periculo suo ad beniuolentiam sui iudeos reuocaret: & credibilior apud eos fieret. Nam quasi pro lege pateretur: faciliores ad credendum ei fiebant: ita morte sua ceteris prodesse studebat. Sed quando prophetico spiritu quo repletus ex utero matris erat: nudum iam imminere sibi gladium uidit: uoluit discipulos suos in fide christi confirmare: aperteque docere ut scirent ipsum esse qui ad omnium salutem expectabatur. Dispensatiue igitur ignorare dissimulat ut a se ipsis inducti discipuli firmius crederent. Multum enim ut homines sibi ipsis attribuebant: nec magistro magis quam excogitationibus suis credebant. Dispensationis igitur modo ignorare se ostendit quis uenturus esset: & duos ex discipulis mittit qui uiua ipsius uoce audiant si ipse uenturus est. Iohannes autem cum ipsi uenissent: quoniam rem totam ut uerus deus sciebat: multo magis tunc quam antea miraculis effulsit: illaque dispensando faciebat que prophete scribunt: tunc futura: quando christus ueniet. Ideo interrogatus an ipse esset uenturus: non statim respondet: neque dicit. ego uenturus sum: sed miraculorum magnitudine simul & multitudine ostendit se ipsum esse. Ite igitur inquit & renuntiate iohanni que audistis & uidistis. Audistis a prophetis hec & hec consumata modo uidistis per me. Ita cum illi abissent: ad turbam conuersus dicebat: quid existis uidere. & cetera

que sequuntur: necessario postea de iohanne locutus est christus.
Nam quoniam discipulos iohannis turba uidit: interrogantesque audiuit non quod illi sed quod iohannes discere uelle uideretur: ne de iohanne turbarentur putarentque leuiorem hominem: quod primo ecce agnus dei qui tollit peccata mundi de christo dixisset.
Deinde an ipse uenturus esset dubitaret. Ne igitur uel hec uel alioquin leuiorem hominem arbitrarentur: et propter hanc turbationem minus proficerent: dixit ad eos quid existis in desertum uidere? harundinem a uento agitatam? Mirati fuistis baptistam ait ac ideo longa itinera in desertum ad ipsum fecistis. Cur ergo modo leuioris mentis hominem et quasi harundinem putatis: et ex inconstantia leui causa huc et illuc impelli? sed hominem mollibus indutum uidistis? ecce qui talibus ornantur cum regibus sunt: qui sicut mollibus induuntur: ita et animo leuiores sunt. Iohannes uero qui heremum semper coluit: qui robore animi carnem rationi subiecit. quare sicut harundo leuis erit?
Si ergo mirati estis iohannem propter asperrimam uitam quam constantissime egit: concedere etiam ei debetis firmitatem animi uite conuenientem. Sin uero heremus et amictus humillimus et cibus abiectissimus nihil plus uobis afferre uidetur ad constantiam quam mollis amictus. Quare iis omissis baptistam in deserto querebatis? Nun quia prophetam putatis? ita dico uobis et plus quam propheta iohannes est. Nam prophete uenturum predicarunt christum: nec ipsum uidere potuerunt. Iohannes autem et uenturum predicauit et uidit. ita ipse primo iohannem extulit: deinde quoque patris testimonium attulit. hic enim est inquit de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum ante faciem tuam qui parabit uiam tuam ante te: et addidit. Amen dico uobis Non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista: minor autem in regno celorum maior ipso est. Cum ita multa magnaque de iohanne dixisset: et summum inter natos mulierum esse ipsum affirmasset: quod ad extremum humane uirtutis per

uenisset: maius bonum postea ponit: melioremq; dicit atq; maio-
rem eum qui iam celorum regnum tetigerit: & filius dei factus
sit per spiritum sanctum renatus: ut ostenderet mirabilem esse io-
hannem propter uirtutes suas precipuas: sed mirabiliores ipso re-
gni celorum participes. hortareturq; hac ratione ut magno ani-
mo rapere id conarentur quod iohanne quoq; maiores faciet.
regnum .n. celorum dono spiritus esse modo dicimus secūdum
illud christi dictum. Regnum celorum inter uos est. Maior igi-
tur omnib; natis mulierum inuenitur qui per spiritum renat'
est. Illi .n. filii carnis adhuc appellantur: isti filii dei sunt: quem
orantes appellant Abba pater. quare & si inter natos mulierum
secundum humanam uirtutem mirabilis iohannes sit: q tamē
ipso minores uidentur in regno celorum: hoc est renati per spi-
ritum sanctum maiores sunt: quia non mulierum nati sed deo
participes filii dei ideo appellantur: etiam si minimi perfectiori-
bus uirtute & quasi infantes uideantur: quia modo renati. Qd
autem iohannem & omnes natos mulierum regeneratio que per
spiritum sanctum fit magno interuallo excedit: non longe no-
bis querendus est testis: cum ipse iohannes ad ihesum dixerit opus
esse sibi ab eo baptizari. Nam & si perfectus esset: uirtute renascē-
di tamen per spiritus gratiam patebat ut & maiorem ascende-
ret gradum: nec mulieris deinde natus esset: sed ad diuinam
nobilitatem reformatus: quod saluator maxime affirmauit.
Non .n. dixit perfectum ipsum esse: q̄uis sanctificationem spiri-
tualis baptismatis non haberet: sed necessarium sibi baptismum
per dispensationem in aliud tempus differendum asseruit. Ni-
hil .n. aliud mea qdem sententia illa uerba saluatoris significāt:
dimitte modo. Qd uero regnum celorum dono spiritus & rege-
nerationem fidelium appellat: ex ipsis saluatoris uerbis sciemus.
A diebus .n. iohannis & usq; modo inquit regnum celorum uim
patitur: & uiolenti rapiunt illud. Nam cum iohannes predicaret
parate uiam domini: rectas facite semitas eius: multi magna

ni magnoq; studio a uitiis ad uirtutem uertebantur. & filii dei per gratiam spiritus sancti fiebant per baptismum regenerati. Id siquis non ex poni recte arbitretur: doceat queso quamobrem a diebus iohannis rapi cepit regnum celorum: quasi nemo ante tempora illa illud rapuerit. Num ergo dices uana prophetarum spes fuerit? num tanta multitudo patrum sanctorum regnum celorum non possidebit? Si tunc primum rapi cepit: quando baptista clamabat penitentiam agite. regnum. n. celorum appropinquauit. Sed facile intellectu est ipsum regnum celorum priscis etiam paratum fuisse sicuti conformibus imaginis filii dei. Atq; ideo prescitis a deo patre. A tempore uero iohannis donum spiritus sancti & regeneratio per baptismum fide rapitur. hec quoniam ita intelligenda sunt: patet nunq̄ iohannem maiorem fuisse christo neq; unq̄ futurum.

Explicit secundus. Incipit tertius. in quo initium est a refutatione expositionis heretice & expositio sensus ueri euangelici testus: Ego in patre & pater in me est. c. p^m.



On est mirum heretici aiunt si pater est in filio & filius in patre: cum etiam de nobis diuina scriptura dicat: quia in ipso uiuimus & mouemur & sumus. quomodo .n. filius aliter maiorem se ipso patrem capere poterit? Aut quomodo filius minor maiorem patrem replere poterit. Quasi de corporeis loquimini uasibus in qb; recte dicitur non posse a minore maius capi: nec a minore posse maius repleri. In rebus uero incorporeis que sine ulla materia sunt: quem ista locum habent? Hec diximus quasi concederemus maiorē patrem filio esse. Veritas autem non ita se habet. Equalis. n. patri filius in omnibus est. Sed nec uos huiusmodi rationibus uteremini si sciretis quid uerus pater sit & quid uerus filius: & quid lumen inuisibile simul atq; eternum & quid splendor eius & quid hypostasis incorporea & caracter eius similiter incorporeus. Nam si hec memoriter teneretis intelligeretisq; non quasi de corporibus disputaretis. sed consequenter atq; congrue scrutandum arbitraremini. Quo

modo filius in patre & pater in filio est. Sicut caracter sicut imago si-
cut splendor atq; similitudo patris. Verum quoniam non esse mirum
illud dicitis: quoniam & nos in ipso uiuimus & mouemur & sumus.
Considerate queso quam multum a ueritate receditis. Non .n. sicut in
sanctis deus est sanctificans ipsos: sic & in christo. sed ipse filius uir-
tus & sapientia patris est. Ipse sanctificat omnia participantia ip-
so in spiritu. ipse uero nulla participatione sanctus est ueluti nos.
non .n. per gratiam filius est: sed eternaliter ex patre genitus. Nec
rursus filius sic in patre est: sicuti nos. Nos .n. in deo uiuimus & mo-
uemur & sumus. filius uero secundum naturam quasi a fonte
semper uiuo ex substantia patris emanans uita secundum natu-
ram est: omnia uiuificans: nec participatione uite ipse uiuens est:
sicuti nos. Nam si sicuti nos ipse uiueret: non esset naturaliter uita.
Quod .n. de foris alicui aduenit: id secundum naturam ipsi non in-
est. filius autem de se dicit. Ego sum uita. Non ergo ut nos in deo
uiuit & est: sed naturaliter ipse uita est. & in patre naturaliter est,
unum cum ipso secundum identitatem essentie. Sed in patre in-
quit se ipsum esse dicit: & patrem in eo. quoniam nec sermo quem
ad omnes predicabat nec opera que faciebat sua erant: sed patris
qui precepit loqui & dedit uirtutem ad facienda miracula. Lice-
bit ergo secundum uos unicuiq; etiam sanctorum uocem similem
edere. Miracula .n. accepta uirtute desuper ipsi quoq; fecere. Au-
diam inquit psalmista quid loquetur in me dominus deus. Et sa-
pientissimus salomon Mea inquit uerba a deo dicta sunt. Et bea-
tus ille moyses fidus preceptorum minister extitit dei: & uniuer-
saliter uniuersi prophete non suis uerbis utebantur: sed domini.
hac de causa omnes hec dicit dominus clamabant. & saluatoris
discipuli ad admirantes magnalia que faciebant: uiri fratres clama-
bant: quid nobis attenditis: quasi propria uirtute ista faciebamus.
Cur ergo nemini unquam istorum licuit dicere Ego in patre sum &
pater in me? Non uidetis nihil precipuum tribui a uobis filio?
frustraq; appellatum filium esse? si ueluti sanctorum aliquis externa

uirtute operabatur. Non autem frustra neq; sicuti nos per gratiaz sed uere & naturaliter filius est. propria ergo uirtute non de foris sibi donata miracula operabatur. Preterea si sanctis licuisset dicē ego in patre & pater in me est: dixisset certe saluator & ego in patre sum: & pater etiam in me est: ut ostenderet ceteris quoq; id dicere licere: nunc uero sibi soli hoc attribuit. quia solus ex patre uere generatur. Ita ergo propositus euangelii testus intelligendus est: ex substantia patris emanat filius non sicuti creature ex nihilo ad esse producuntur: aut de foris substitutus sed ex genitoris substantia prius fructus sicuti ex lumine splendor aut ex fonte fluuius. Quare qui uident filium ipsum patrem uident: & a filio genitorem intelligunt. Nam quoniam ipsum esse filii ex substantia patris prodit: idcirco filius est in patre. Et quoniam quod pater natura est id ipsum uerbum suum est. ideo pater in filio est sicut sol in suo splendore: & sicut mens siue intellectus in uerbo suo: & sicut in fluuio fons. Natura .n. paterne substantie ac ut ita dicam species tota in filio est: & ostendit ipsum in se ipsa. Illud etiam attendendum est: qd necessarie dispensationis gratia hanc uocem dominus emisit. Nam quoniam ad ostendendam identitatem nature qua idem est cum patre dixerat: Ego & pater unum sumus. ne quis patrem filium & filium patrem esse putaret: & dualitatez nominum solummodo faceret: ut unam non duas arbitraretur personas. Necessario illud exposuit dicens: Ego in patre & pater in me est. Vt quemadmodum ex illis uerbis identitatem substãtie ostendit: sic ex istis dualitatem personarum & uere subsistentem patrem & uere subsistentem filium significaret. Nam pater & filius natura unum sunt: numero personarum duo. Non sicut si unũ in duas diuideretur partes: ut alterum in altero non sit: nec ut idem unum duobus nominibus appelletur: ut dualitatis uirtus in solis nominibus reperiatur: nec ut eadem persona modo pater modo filius uocetur: sic sabellius blasfemabat. Sed sunt ut diximus numero personarum duo. pater .n. semper pater est: nec unq̃ in

filium conuertitur: & filius semper filius neq; unq̄ in patrem mu-
tatur. Cumq; ita in dualitate uera personarum sint una ĩ utrisq;
natura & una deitas est. Similis .n. naturaliter genitori filius est:
ut imago. ut splendor: ut caracter substantie ipsius. Et ita propter
identitatem substantie unum deum patrem & filium esse crede-
mus. Nam sicut splendorem solis non aliud dicet quispiam esse
lumen natura preter ipsum solem nec participatione aut habi-
tudine quadam lumen appellari credet. Sed quia natura ex ip-
so emanat: & ita duo lumina esse ratione percipiet: unum uō
natura esse non negabit: Sic q̄q̄ pater & filius in dualitate per-
sonarum inueniantur: nemo tamen aliud dicet esse patrem q̄
filium quantum ad deitatem & identitatem essentie pertinet:
& sicut sol in splendore suo est & splendor solis in sole: sic pater in
filio & filius in patre personarum numero duo: nature identi-
tate unum. Quare siquis diligenter scripturam scrutetur: in-
ueniet omnia dici de filio que de patre dicuntur: & omnia de
patre que de filio absq; hoc solum qđ alter pater est alter filius.
pater deus est: & uerbum deus est. Omnipotens pater: omnipo-
tens & filius. Hec dicit qui erat & qui uenturus est omnipotēs.
Dominus pater & unus dominus ihesus christus. lux pater: sed
filius quoq; lux. Ego sum lux mundi. pater peccata dimittit:
sed & filius similiter: ut sciatis inquit quia potestatem habet fi-
lius hominis peccata dimittere. Vere igitur ipse dicit ad patrē
quia omnia mea tua sunt: & tua mea. & quia omnia patris fi-
lii sunt: conuersim quoq; uere dicit: Ego in patre & pater ĩ me.
Identitas .n. horum omnium in dualitate incommutabiliter lu-
cet. Quare filius uere filius est. Non .n. omnia patris secundū
naturam sua essent: nisi ex ipso esset. Nec omnia filii patris
essent: nisi filius consubstantialis esset genitori. quemadmodū
siquis depictam regis imaginem uideat: & miratus pulchritudi-
nem imaginis ipsum regem uidere desideret. Iure nanq; imago
ad eum diceret: Qui me uidet: regem uidet. Et rursus. Ego & rex

unum sumus: quantum ad exactam similitudinem. Et rursus. Ego in rege et rex in me est: quantum ad figuram et formam. figura .n. et forma et species imaginis species forma et figura regis est. Sic et filius dicit: Qui me uidet: uidet et patrem. Ego et pater unum sumus. et ego in patre et pater in me est. Naturales .n. dignitates patris incommutabiliter habet filius. et ideo exquisita patris imago est ipsum genitorem in se monstrans. Ita et apostolicum illud intelliges. Qui cum esset in forma dei: non rapina arbitratus est se esse equalem deo. Equalis .n. deo est: quia et ipse totus deus est: non aliter quam pater. Sic erat in christo deus ad reconciliandum sibi mundum. Sic quecumque filius operatur: patris opera sunt. Nam cum nulla differentia deitatis et nature inter eos sit: nihil prohibet opera unius opera esse alterius. Nam si omnia que patri attribuuntur ipsi quoque filio non gratia neque participatione: sed ita naturaliter insunt ut et ipsi patri. Nec medium ullum est inter patrem et filium: quod in dissimilitudinem distrahat. perspicuum est totum patrem esse in toto filio: et totum filium in toto patre. Probe igitur consequenterque dicitur: Ego in patre et pater in me est: et ego et pater unum sumus. nihil habet alter quod alteri non insit: nisi quod hic pater ille filius est. Talis ergo penitus filius est qualis omnino pater est. Interea deus pater uocatur: et simul cum eo intelligitur necessario filius. non .n. esset pater nisi ex se ipso filium generet. Et rursus quando filius appellatur: patrem simul intelligere necesse est. filius .n. ad patrem dicitur. Si ergo alter in altero necessario est: et alter in altero intelligitur uere dicit saluator: Ego in patre et pater in me est. Ad hec qui credit in filium: credit in patrem. Et qui uere colit patrem: is etiam filium colit. Cur ergo hic in illo et ille in hoc non erit? aut cur identitas essentie hinc non demonstratur. Ideo .n. et unus deus in filio et patre et spiritu sancto adoratur: et unus deus ab omnibus predicatur et est. quia nulla differentia essentie naturalisque similitudinis alterum ab altero disiungit. Sed patrem heretici esse in filio et filium in patre ideo dicunt. quoniam que pater uult eadem

filius uult: & que filius eadem pater propter identitatem uolunta-
tum ergo alterum in altero esse contendunt. Hunc igitur angelis ali-
isq; rationalibus uirtutibus licebit de quibus psalmista scribit: Bene-
dicite domino omnes angeli eius ministri eius facientes uolunta-
tem eius. Hunc inquam singulis istorum licebit hac saluatoris uoce uti
& dicere: Ego in patre & pater in me est? & qui me uidet: patrem ui-
det? Nemo .n. ambigit que deus uult: eadem angelos archangelos
dominationes potestatesq; uelle. Non .n. manerent in ordine suo ni-
si eadem uellent que deus. Certe qui non permansit in uolun-
tate dei: sed aliud quam deus uellet quesiuit: statim audiuit nunc
ad inferos descendes & ad fundamenta terre. Si ergo uniuersi
ordines superiorum potestatum eadem uolunt que deus: & ta-
men uocibus filii uti nequeunt: non idem uelle & idem nolle
filium in patre & patrem in filio monstrat. Sed essentie incom-
mutabilis similitudo atq; identitas. Preterea si idem uelle facit
ut alter in altero sit: hoc ipsum faciet quod non nulli hereticorum
audent dicere. ut uerbum & sapientia & imago dei filius appelle-
tur. Cur ergo etiam angeli sapientia & imago dei & uerbum dei
& lumen de lumine & splendor & in forma dei non dicuntur
cum & ipsi uoluntatem suam ad uoluntatem dei conforment?
quia uidelicet non propter hoc neq; propter uoluntatum con-
uenientiam filius est in patre & pater in filio: neq; propter hoc
filius uerbum & imago dei est nec sapientia & lumen de lumi-
ne ideo appellatur. Sed quia ex ipso patre uere ac proprie geni-
tus est. Si quoniam inquiunt imago patris filius est: idcirco
unius substantie cum eo est. quid prohibebit nos quoq; homines
qui similiter filii dei uocamur & ad imaginem dei facti sumus:
eiusdem cum deo esse substantie? Sed nos o contentionis cu-
pidi nos per gratiam filii dei sumus. uerbum uero dei filius
ipsius secundum naturam est. De illo .n. dicitur: quis similis
tibi in diis domine. Non .n. deforis sed naturaliter filius est.
de nobis autem Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. & rursus

Vos uero tanq̄ homines moriemur: & sicut unus principum caditis. facile .n. nisi in fide & caritate uixerimus: gratiam amittimus. Imago autem dei sumus. quoniam ueram imaginem ei hoc est uerbum eius suscepimus: & habitauit in nobis homo factus propter nostram salutem. Immensa igitur differentia est inter nos per gratiam filios & uerbum dei hoc est filium uerū dei. Friuola ergo est hec uestra ratio: qua sola similem patri filium similem patri putastis. quoniam uidelicet ea uelit que pater etiam uelit. Unde sequitur potius uoluntatem uoluntati similem esse non filium patri. pater etiam secundum uos nomine solum pater erit. filius uero nec filius nec incommutabilis genitoris imago sed solum imitator & ut ita dicam secutor uoluntatis eius: ut etiam paulus christi cui similis erat: quoniam que christus uolebat ea & docebat & faciebat. Quare imago uolūtatis christi doctrina eius est: sed ipse non est idem filio dei secundum naturam. Hec omnia cum ita se habeant: absurdum & impium est similitudinem & identitatem filii dei cum patre in alia magis re q̄ in substantia esse putare. Ita .n. solum filius uera imago patris erit: uereq; poterit dicere: Ego in patre & pater in me est. & rursus: qui uidet me: uidet & patrem. Ita .n. pater & filius similes in omnibus sunt. sicut in hominibus patres filiis & filii patribus secundum naturam similes sunt: Et ueluti si quis ad solem & splendorem eius aspexerit: hac de causa cum filius operetur pater operatur: & cum filius ad sanctos ueniat pater quoq; uenit ut ipse dicit: Veniemus ego & pater & mansionem apud ipsum faciem᷒.

Omnia .n. ut sepius dictum est ex patre per filium fiunt: & gratia que sanctis datur ex patre per filium prebetur. gratia paulus inquit uobis a deo sit & domino ihesu christo. & alibi ipse deus pater & dominus noster ihesus christus dirigat uiam nostram ad uos.

Non .n. dirigant pluraliter dixit: quod greci sermonis cōsuetudo flagitat: quando de duobus diuisis dicitur: sed dirigat in singulari numero dixit: ut ineffabilem unitatem patris & filii ostēderet:

significaretque non seorsum aliquid dari aut fieri a patre & seorsum a filio: sed ex patre per filium in spiritu sancto ut ex uno deo. Nam si non eiusdem essentie filius esset cum patre: & si non esset in ipsis unitas inseparabilis sicut in splendore & sole solus pater operari & spiritum dare diceretur: nec in omnibus mentio filii fieret. Cur enim si creatura est filius ipse solus & nulla creaturarum alia cum patre operari & spiritum dare dicitur? Nemo certe audire patietur dicentem aliquem utinam deus pater & angelus uerbi gratia quispiam dirigat uiam tuam. gratiam enim dare deo soli conuenit.
Cum igitur una cum filio & per filium omnia in sancto spiritu pater faciat: patet filium non esse creaturam sed uere genitum ex patre: & patrem in ipso esse: & ipsum in patre: & ita uniuersa fieri & gratiam sanctis dari ex patre per filium: ut paulus testatur. Gratias ago deo meo semper de uobis propter gratiam dei: que data uobis est in christo ihesu. Sed si nulla inquiunt creatura cum deo simul in faciundo dandoue aliquid accipitur. Quamobrem patriarcha iacob nepotes ioseph filios benedicens ait. Deus qui me alit ex infantia mea usque ad hanc diem: & angelus qui liberat me ex omnibus malis benedicat pueros istos. Ecce deus nominatur & angelus una cum eo & quidem in singulari numero benedicere dicitur. Si prophetico spiritu decoratum heretici fatentur & sanctum iacob fuisse uirum non negant: cuius gratia ita ipsum errasse contendunt: ut angelum deo coniunxerit: & una cum deo posse benedicere putauerit? Nolint queso ita sanctum illum uirum uituperare: sed uerum suorum uerborum sensum inquirant: si sanctorum fuisse illum arbitrantur. Sin uero minime id putant: cur auctoritate ipsius ad confirmanda dogmata utuntur? Sed nos nugis hereticorum contemptis patriarce uerba breuiter exponamus. Spiritu ergo ille sancto ad ueritatem dogmatum ductus primo deum orat ut pueros benedicat & simul etiam angelum qui liberabat eum ex omnibus malis: ut per deum patrem ipsum significaret. per angelum autem uerbum patris. Non enim.

ignorabat quia nomen eius magni consilii angelus est. Quod autem non angelum ut intelligunt heretici sed filium dei significarit inde patet quod cum dixisset angelus: statim addidit: qui me liberat ex omnibus malis. A uerbis igitur ipsius consideremus deus ne ipsum a malis omnibus liberarit: an aliquis angelorum qui creati sunt. Luctatus dicitur angelus cum patriarca illo fuisse. Idque scriptura diuina testatur: quem patriarca tenuisse dixisseque ad ipsum dicitur: Non te dimittam nisi me benedicas. erat autem ille deus in spetie creature cum patriarca luctatus: sicut ipsius patriarce uoce apparet. Vidi faciem dei. Hunc igitur angelum quem tunc uidit orabat ut pueros benediceret. Preterea uisus est ut scriptura dicit dominus deus patriarce iacob: & dixit ipsi: Ecce ego tecum sum: & custodiam te in uia omni quocunque ieris. Deus igitur erat qui liberabat ipsum non angelus. Et rursus. quando laban persecutus deprehendit eum: tunc quoque deus ipsum liberauit: ut ipse uxoribus dicens testatur. Et non dedit inquit deus laban potestatem malefaciendi mihi. Et quando rursum frater hesau insidiabatur ei: non angeli sed dei auxilium implorabat dicens: Libera me domine de manu fratris mei hesau: quia timeo ipsum. deus uerum ipse hoc est filius dei nomine angeli a iacob in benedictione filiorum ioseph nominatur sed spetiesque patris filius dicitur saluatoris enim uerba ad iudeos hec sunt: Qui me misit pater: ille testimonium perhibuit de me: cuius uos nec uocem umquam audistis: nec spetiem ipsius uidistis & uerbum eius non habetis manens in uobis. quia quem ille misit: huic uos non creditis. Si ergo quoniam non crediderunt uerbo ex patre misso: nec uocem dei audisse dicuntur: nec spetiem ipsius uidisse: nec uerbum ipsius habere manens habitansque in ipsis: perspicuum est quod si missum ad eos filium dei suscepissent: uocemque ipsius dei audissent & spetiem eius uidissent: & uerbum eius habitans in eis habuissent: Omnia ergo hec filius esse ostenditur: uox: spetiesque & uerbum patris: & si spetiés est: patet quia etiam imago & caracter substantie genitoris habens in se ipso naturaliter illum cuius caracter

est. Vere

est. Vere igitur dicitur: Ego in patre & pater in me est: & ego & pater
unum sumus. Idcirco quando patriarca iacob cognominatus fue-
rat: israhel tunc ut scriptura dicit: Sol ipsi ortus fuerat: quando trā-
siuit species dei. Nihil certe aliud speciem dei scriptura ibi nomina
uit nisi eum qui libere ueręq; clamat: qui uidet me uidet & patrē.
& ego in patre & pater in me est: & ego & pater unum sumus. Sed sal
uator inquiunt patrem suum & pro discipulis & pro uniuersis in se
credentibus rogat dicens: pater sancte custodi eos in nomine tuo:
quos mihi dedisti: ut sint unum sicut & nos. & rursus: Nec de istis
solis rogo sed etiam de credentibus per sermonem istorum in me:
ut omnes unum sint: sicut tu pater in me & ego in te: ut ipsi unū
in nobis sint. Ut mundus credat quia tu me misisti: & ego gloriam
quam mihi dedisti dedi eis ut sint unum sicut & nos unum sumus
ego in ipsis & tu in me: ut sint perfecti in unum: & mundus cogno
scat quia tu me misisti. Quemadmodum igitur nos q̄uis homines
secundum naturam simus: in patre tamen unum sumus: sic &
ipse filius unum est cum patre: & ipse pater unum cum filio sicut
etiam nobiscum. & quemadmodum nulla ratio coget similes pa
tri nos secundum naturam esse. quia unum cum ipso fieri dici-
mur: sic non est necesse filium ex substantia patris esse. quoniā
ait: Ego in patre & pater in me est: cum ita sit in patre ut dixi-
mus quemadmodum & nos ipsi. Aut ergo nos etiam ex substantia
patris sumus. quoniam ad unum cum deo reducimur: aut si homi
nes tunc quoq; sumus quando unum facti sumus cum patre: hoc ip
sum etiam de filio credendum est. Remanet .n. in natura sua nec
in substantia patris conuertitur: q̄uis unum fiat cum ipso. Hec
hereticorum quoq; pater diabolus dixit: ac ideo audiunt nūc ad
inferos descendes & in fundamenta terre. Ausus .n. fuerat dicere:
Ascendam super nubes: & ero similis altissimo. Quare sicut uere fi
lius dicit: ego & pater unum sumus. Id quoq; propter identita
tem substantie sic & heretici uere dicerent. Nos & pater noster dia
bolus unum sumus. quoniam unum & idem uolumus. Adeo .n.

insaniunt: ut cum per gratiam ipsi quoque dii uocentur: similes se esse putent ei secundum naturam qui gratiam dedit. Et qui uocati sunt ad similitudinem filii secundum naturam equales esse se credant illi qui uocauit & qui naturalem sibi dignitatem ex misericordia per gratiam eis concessit. Nam si pater & filius sic unum sunt: sicut nos cum patre & pater nobiscum: nulla differentia erit inter uerbum dei & nos: sed erit idem nobiscum secundum naturam tempore forsan solummodo differens. quoniam ante omnes fuit. Sicut adam uerbi gratia similis secundum naturam paulo & petro fuit quamuis longo tempore ipsos precesserit. Quare igitur ipse creator noster uocatur: cum nos creatores non simus: & nos quidem per ipsum facti sumus: Ipse autem creator omnium est. Consequens uero est si eiusdem nature cum ipso sumus: eundem apud patrem nos quoque locum obtinere quem ille obtinet: & singulos nostrum unigenitos appellari & uerba & sapientiam patris. Nam quorum natura una est: eorum nomen quoque commune est: & quod uni secundum naturam inest: id ceteris quoque inest: qui eiusdem nature sunt. Que omnia si absurdissima sunt: nec creatores ipsi uocamur: nec sapientia patris: nec lumen de lumine: sed solus hec filius possidet: non eiusdem nature nobiscum. Ineffabiliter igitur ipse ex patre est & naturaliter unum cum ipso non sicuti nos gratia & participatione ueluti ferrum cum ignitum fuerit: ignis participatione dicitur. Non enim omnia que similia sunt alicui unum cum ipso sunt secundum naturam. Nam que multotiens naturaliter aliis insunt: ea sicut imagines motionum uoluntatis nostre fiunt: ueluti quod scriptum apud psalmistam est. Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Et rursum. Homo cum esset in honore: non intellexit: sed comparatus beluis & brutis similis factus est eis. & alibi: Equi furentes in equas facti sunt. Hec saluator ad discipulos suos apertiora fecit dicens. Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbe. Et rursus. Estote misericordes sicut & pater uester celestis misericors est. Si ergo similes secundum naturam facti sunt:

beluis & brutis: qui carentiam rationis ipsorum secuti sunt. Et rur-
sum. Si discipuli serpentis prudentiam columbe simplicitatem &
celestis patris misericordiam imitati serpentes columbe & dii secun-
dum naturam facti sunt. Nihil prohibet quando unum fieri cum
domino dicimur: aut cum ipso deo patre unum cum deo essen-
tialiter nos factos esse arbitrari. Sin autem operationis alicuius si-
militudo facit ut serpentes uel columbe & cetera dicamur: non eri-
mus secundum substantiam idem cum deo: quia unum cum ipso
facti esse dicimur. Sed sicut ipse unum est natura cum uerbo suo:
sic & nos ad unum inter nos reducimur uoluntatis coniunctione
atq; concordia. quando nullo modo dissentimus: sed uno carita-
tis uinculo in unitate coniungimur. Preterea solet saluator & do-
minus noster bona que naturaliter insunt sibi proponere & ad
similitudinem nos hortari ut ad diuinam sic imaginem ad quam
facti sumus nos reformet. Quando igitur mites nos esse hortatur:
discite a me inquit quoniam humilis sum & mitis corde. Nec ta-
men si eum imitati mites erimus natura quoq; ideo sibi similes
erimus: sed in sola mansuetudine inquantum fieri potest assimi-
labimur. Sic igitur quando de nobis dicit ut sint unum sicut
& nos unum sumus ad exemplar nos hortatur. Nec quia natura
unum cum deo fieri possemus id dicit: sed ut quemadmodum
naturaliter ipse unum cum patre est: sic nos concordia & con-
sensu unum simus: naturalemq; identitatem patris & filii quasi
exemplar secuti uoluntatis coniunctione ipsam imitemur. que
nos quasi corpus unum & animam unam efficiat. Sic .n. de his
qui crediderunt scribitur. quia multitudinis ipsorum cor unum
& unus animus erat. Nam que aliquibus natura insunt: fir me
quasi fiunt imagines. Si qui uoluerint suam ad eas uoluntatem
conformare: quale illud est estote sicut serpentes. estote sicut
columbe. identitatem igitur naturalem quam habet cum patre
ut imaginem & similitudinem & exemplar quod intuentes uo-
luntates uniamus: nobis proponit. Quando igitur de nobis dicit

ut & ipsi unum sint sicut & nos unum sumus: non ut omissa natura
nostra ad naturam filii commutemur id dicit: sed ut ueluti dictū
est id uoluntate nos efficiamur: quod ipse natura cum patre est.
Quare siquis naturalem coniunctionem nobis cum filio dei futurā
arbitratur: uehementer errat impossibilia fingens. Nam si dicere
uoluisset natura nos unum cum filio fore: dixisset profecto ut
unum ipsi mecum sint: quemadmodum ego tecum. Nunc uero
non ita dicit: sed plurali numero utitur: ut sicut ego & tu unū
sumus: sic & ipsi unum in nobis sint. Ita clare docet non natura
cum deo nos coniungi: quod impossibile est: sed posse fide atq; cari
tate cum ad exemplar naturalis unitatis filii & patris nitemur u
num unitate uoluntatum fieri: quod ipsi & patri nature inest
unitate. Preterea quod in deo fieri dicitur non nature mutationē
sed ab eo uel per eum fieri significat. In te inquit psalmista inimi
cos nostros cornu petemus. Et rursum. In deo meo transgrediar mu
rum. Perspicuum .n. est quod non in deo naturaliter factus murū
se transgressurum & cornu petiturum dicit: sed in nomine dei &
in uirtute ipsius id se facturum ostendit. Quando igitur dicit ut ip
si quoq; in nobis unum sint: non quia natura humana conuertat̄
ad dei naturam id dicit: sed quia in nomine uirtuteq; patris & fi
lii unam habebunt uoluntatem atq; consensum. Addidit autem si
cut & nos unum sumus ut exemplar uniendarum uoluntatum
naturalem suam unitatem cum patre credentibus proponeret.
Similitudinis .n. aduerbia sicut quasi ueluti ceteraq; huiusmodi non
totam rem eandem toti significant: sed similitudinem aliquam oste
dunt. ideo addidit ut sint perfecti in unum: ut totius textus hic
sensus sit. Nam quia magnam immo immensam generi hominū
filius dei conferre gratiam uoluit. ideo uniuersos ad coniunctionē
attrahit sui factus est .n. in nobis. quia hominem induit is q patrē
habet in se sicuti uerbum & splendor eius. Sicut igitur ego inquit
in ipsis sum. quoniam homo factus idem cum ipsis sum: & tu pater
in me. quoniam eiusdem substantie tecum sum: sic uolo ut & ipsi

in unitatem inter se coniuncti & quasi unum facti corpus in me omnes sint: qui omnibus propter assumptionem unius templi coniunctus sum. & sic erunt unum & erunt perfecti sicut ego perfectus sum etiam post hominem assumptum. Non igitur natura nostra omissa ad dei naturam mutamur: sed unum esse cum deo dicimur. quia participes eius sumus. In hoc inquit iohannes cognoscimus quia in ipso manemus & ipse in nobis. quia ex spiritu sancto dedit nobis. Si ergo quia participamus spiritu sancto unum sumus cum deo & nos in ipso & ipse in nobis manere dicitur: & filius dei non est de numero participantium spiritu sancto: sed ipse dator ipsius spiritus est. patet quia non ut ipse in deo patre est: sic & nos sumus. Sed ipse quidem in ipsa genitoris natura sicut uerbum sicut splendor sicut caracter ipsius est. Nos uero quia spiritu sancto per ipsum filium participamus unum esse cum deo dicimur. Idem iohannes alibi scribit. Quicumque confitebitur: quia ihesus est filius dei: deus in ipso manet & ipse in deo. Si ergo propter huiusmodi confessionem in deo sumus & ipse in nobis filius uero non ea de causa sit in patre: nec enim pro merito confessionis in dono accepit ut sit in deo: non est ambiguum homines gratia & dono unum esse cum deo: & propter fidem & confessionem huiusmodi donum hoc diuinitus accipere. Dei autem uerbum naturaliter est in patre non dono & gratia patrem similiter habet in se. Quod ut apertius intelligatur: ponamus aliquem fide & caritate confiteri nunc quia ihesus est filius dei. Is ergo secundum iohannis dicta spiritum sanctum propter huiusmodi confessionem accepit: & quoniam deum in se accepit: & deus in ipso & ipse in deo est: ponamus etiam quod postea ex suggestione diaboli mutet homo huiusmodi sententiam: & neget ihesum esse filium dei. Amisit ergo gratiam: & a spiritu sancto desertus nec ipse in deo erit nec deus in ipso. Hic certe sicut ante confessionem homo erat: sic & in confessione & in negatione homo erit. Non ergo naturaliter deo coniungimur: nec natura unum cum ipso fideles sumus: sed ut gratia & caritas nos illi coniungit: sic uitium ab illo nos remouet. Si ergo

confitentes in caritate quia ihesus est filius dei in deo sumus: & negãtes alienamur ab ipso: filius autem non dono nec propter confessionem huiusmodi cum deo est. Non erit certe ita ipse in patre sicut nos: sed ipse qdem naturaliter & incommutabiliter sicut ex ipso natus: nos uero gratia & participatione. Quare sicut ipse naturaliter & filius & deus est: sic nos gratia & participatione filii dei & dii efficimur.

De similitudine filii ad patrem: & qd filius non est nature mutabilis neq; deforis subsistens sed ex ipsa substantia patris ingenitus sicut uere filius. c. ii.

SI filius incommutabilis inquiunt patris imago est: similisq; est in omnibus & per omnia genitori: cur ipse quoq; non generat? & cur filii alicuius non dicitur pater. Sic .n. exacte similis per omnia ipsi erit. Sin autem ipse non generat: quomodo in non generante generatis erit? Dissimilis .n. alienusq; a patre in hoc erit. Si deus omnio quemadmodum homines generat nec ulla differentia inter hec est: iure generandi potestatem etiam a filio peteret. Sin uero longe sublimior est natura dei: erit certe a legibus quoq; nostris libera. Non igitur ut homo genuit deus. Quare qui natus est humanis legibus non subiicitur. Ineffabilis .n. sua ex patre generatio est. Qd si putent necesse esse a filio dei alios nasci: quia ipse natus ex patre est: cur patri etiam patrem non querunt secundum humani generis consuetudinem? Sin autem pater a nullo est: & nostras leges omnio etiam in hoc superat: nulla ratio coget ut a filio filium nasci oporteat. erit .n. etiam in hoc patri similis: ut sicut hanc animalium naturam pater excedit: quoniam a nullo est sic filius quoq; excedat. quoniam nullum generat. nam propter hoc etiam mirabilis imago patris imago patris in filio est. Sicut .n. pater immutabilis est: quia semper pater & nunq̃ filius sic & uerbum suum ex ipso prodiens immutabile permanet patris uerbum & semper filius & nunq̃ pater. Similis igitur in hoc quoq; genitori est. Sed interrogare nos solent utrum liberi arbitrii filius sit an minime. Nam si liberi est inquiunt: electione non natura bonus est. Quare poterit incon-

trarium immutari. hec .n. liberi arbitrii uis est: ut ad utramuis partem tendere possit. Id autem mutatio & passio est. quam qui potest pati: quomodo immutabilis dei atq; impassibilis erit imago? Sin autem minime liberi arbitrii filius est atq; ideo non potest diuersa eligere: sed necessario semper manet quod est quasi lignum uel lapis in se ipso subsistet nature uinculis non libertate arbitrii munitus.

Oporteret certe non respondere ad hec interrogata que ita inconsiderate proferuntur. nam melior tunc taciturnitas est: quando ita uersute contexte interrogationes sunt: ut sine blasfemia respondere non possis. Si .n. liberi arbitrii filium esse dixeris: sequitur statim ex libertate mutatio. liberum .n. est quod mutari etiam in contrarium potest: quamuis nunquam id passum sit. Sin uero alterum dixero: statim quasi lapidem propter immutabilitatem filium dei esse conclamant. hec nec sine suo periculo cogitant: nec sine aliorum periculo predicant. Sed quid ipsi facient: si nos quoq; de patre similiter interrogabimus? An sicuti nos formidabunt: & tacere melius quam hec proferre arbitrabuntur. Sed si tamen nos quoq; coacti similiter ut dixi de patre interrogaremus: quomodo responderent? Hic ergo uideant oro quam periculosissime sint interrogationes huiusmodi: & simile patri esse uerbum suum in omnibus preter quam quod pater solum pater est: & filius solum filius. Constantissime pieq; credant. Nam si patris incommutabilis imago est: uere quoq; dicit ego & pater unum sumus: & qui me uidet: is patrem quoq; uidet: Immutabilis certe sicuti pater est. Quomodo .n. uera imago immutabilis patris mutabilis filius erit? Aut quomodo uere dicet unum sumus: si mutabilitate & immutabilitate disseperantur: & tam magna dissimilitudine distrahuntur? Quare quoniam impossibile est falsa dici a ueritate: unum ipsa ueritas: hoc est filius & pater erunt. & ita necessario quod pater est: id ipsum filius quoq; erit: sed immutabilis pater est: immutabilis igitur etiam filius: & per omnia patri similis. Preterea si liberi arbitrii secundum hereticos & mutabilis naturaliter filius est: sed electione

boni ad eam conditionem peruenit: ut iam nullam ad patrem habeat differentiam sed possit dicere: qui me uidet: & is patrem etiam uidet. Nihil in deo magnum est: quippe cuius naturalem bonitatem etiam mutabiles creature possint assequi si uoluerint. Id quoniam impie dicitur: necesse est ut ad naturalia deitatis bona nulla naturalis creatura possit peruenire. Sed omnia naturalia bona deitatis in filio esse a scriptura predicantur. Natura igitur similis patri est: non studio aut quia mutatus ad similitudinem patris est. perfectus. n. est ex perfecto: & immutabilis ex immutabili. quomodo. n. non erit perfectus qui non rapina arbitratus est se esse equalem deo? Aut quomodo non est immutabilis qui unum & idem cum patre ipso est? Ad hec arbor ex fructu suo cognoscitur. fructus autem patris uerbum suum hoc est filius suus est. Quare aut arborem etiam mutabilem esse ostendant: aut si arbor immutabilis est. itaque ab ipsis creditur: filium quoque immutabilem esse credant: presertim cum multa sint scripture testimonia: quibus immutabilis esse filius demonstratur. Nam dicenti philippo ostende nobis patrem: tanto respondit tempore uobiscum sum: & non cognouistis me. philippe qui uidet me uidet & patrem meum. Si ergo filii cognitio patris cognitio est: necesse est talem esse filium qualis sit pater. Sed pater immutabilis est: immutabilis ergo filius est. Et paulus: Ihesus christus heri & hodie ipse quoque in secula. Et psalmista. Tu ab initio domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt celi. ipsi peribunt. tu autem permanes. & omnes quasi uestimentum ueterascent. & sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Et saluator ipse de se. Videte me. uidete quia ego sum & non mutor. Et iheremias. Quia tu sedens es in secula: & nos perimus in secula. Hic. n. stabilitatem atque immutabilitatem diuine nature per sessionem propheta significauit. Mutationem uero creaturarum continuam significauit: cum dicit. Et nos perimus in secula. Si ergo scriptura in creaturis solum mutationem

& interitum nouit: & ab his filium excipit: cum dicat. Tu uero idem
ipse es. Non est certe mutabilis nature filius. non est .n. idem q mu
tari possit. Accedit qđ si non sit naturaliter immutabilis sed per acci
dens id assecutus sit patriq; factus sit postea propter uirtutes suas
similis: fuisset aliquando dissimilis patri. Et quomodo erit filius qui
aliquando dissimilis nature fuit? Aut quomodo substantialis in eo
erit beatitudo bonitas & cetera huiusmodi: si per accidens hec sibi con
tigerunt. Nam que acciderunt desinere quoq; potuerunt. Impi
um ergo est cogitare mutabilem esse filium: de quo ut scriptura
tu autem idem ipse es: & in quo omnes deitatis dignitates inesse
perhibentur. Ad hec quod mutari potest: non potest uere de se ip
so dicere: Ego sum ueritas. Nam quod modo sic est: & deinde non
sic: ipsum in se ipso mentitur. filius autem uere de se ipso dicit. ego
sum ueritas. Non est ergo mutabilis sed similis patri atq; ĩcom
mutabilis. Mutabilem esse filium ostendere student heretici: ut
ex hoc creatura & dissimilis patri esse uideatur. multaq; ad com
probandum furorem suum ex scripturis proferunt ut simpli
ciores auctoritate ipsarum seducant & inter alia illud apostoli.
propterea & deus ipsum exaltauit & donauit illi nomen quod
est super omne nomen: ut in nomine ihesu omne genu flecta
tur. & illud psalmiste. Propterea unxit te deus deus tuus oleo
exultationis pre participibus tuis. Deinde cauillantur dicentes:
propterea ideo ceteraq; huiusmodi uerba causam significare pro
pter quam exaltatus est: & propter quam donatum est sibi no
men super omne nomen: & propter quam unctus est deo exul
tationis. Si ergo inquiunt aliqua de causa hec habuit mutatus
est necessario & factus talis qualis non erat antea q̄ hec sibi donata
essent. Deinde omnis data dignitas potest etiam auferri. qui au
tem eius conditionis est: ut possit sibi dignitas aliqua dari & au
ferri: quomodo similis omnino erit immutabili patri? & quo
modo uera eius imago erit qui semper idem est? Si secundum
nos aliqua dei filius de causa exaltatus & oleo exaltationis unct⁹

est: si causa illa non fuisset: non esset quod est. & ita non esset natura deus sed per gratiam: nec natura filius sed per gratiam & merces sibi data esset ut & deus & filius dei uocetur. Nulla igitur esset inter ipsum & nos differentia. liceret .n. etiam nobis per fidem & caritatem similia consequi. quippe qui & dii & filii dei per gratiam uocamur: & oleo exultationis inungimur. Est autem absurdissimum filium dei uerum propter quem deus pater est uerus: & quia ita est deus ex deo ut homo ex homine. Absurdissimum inquam est equalem nobis ipsum filium dei putare: qui non uere filii & dii sumus sed per gratiam propter misericordiam dantis. preterea apostolus paulus de ipso dixit: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est se esse equalem deo: sed se ipsum exinaniuit formam serui accipiens post pauca. propterea deus ipsum exaltauit: & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Quando igitur fuit factus homo: tunc sibi nomen fuisse donatum scribitur. & tunc exaltatus dicitur. Num igitur ante incarnationem huiusmodi non fuit? Nam si fuit huiusmodi: superfluum est dicere postea ipsum accepisse. Si uero non fuit talis neque habebat hec: mutatus profecto cum acceperit est. quid igitur erat secundum uos ante quam hec accepisset? Sed si hec factus homo accepit ut homo: sapientia certe & uirtus patris & ueritas & lumen de lumine & uita & imago patris semper fuit & semper erit. Nam si hec quoque ante humiliationem non habuit: uideat queso quomodo rerum omnium ordo per summam impietatem conuertatur. Scripture namque diuine incarnationem filii hominis factam predicant ad restitutionem totius humani generis. Sin uero ut ipsi dicunt exaltatus post incarnationem est filius dei: & factus sublimis: quod antea non habebat: pro se magis incarnatus esset quam pro hominibus. Sibi .n. magis secundum uos profuit quam hominibus. ita non pro nostra salute magis quam ut ipse exaltaretur nomenque magnum assequeretur: homo factus esset. Quomodo igitur prophete atque apostoli saluatorem appellant

nostrum: si sibi magis q̄ nobis profuerit. Vel quomodo pro no-
bis mortuus est: si ea pro morte deus ipse ac filius dei appellatus
est. Hec impia siquis uoluerit effugere: firmiter credat necesse
est nihil mutationis filio dei accidisse: sed naturaliter similem
patri ut filium uere confitebitur. Ad hec si non fuerit secundum
uos semper filius: aut si erat quidem sed melior postea factus est:
quando humiliatus formam serui accepit: quomodo per ipsum
omnia facta sunt. Aut quomodo dilectus erat patri filius qui per-
fectus non erat. Imperfectus. n. erat secundum uos. quoniam mul-
to melior factus postea sit. Aut quomodo adorabilis postea factus
est qui a principio id habuisse uidetur. Adorauit. n. ipsum abra-
am in illyce mambre. & moyses in rubro dicentem: Ego sum qui
sum. Quomodo aūt sicut daniel ait: Milies centena milia ipsi ad-
ministrabant. quomodo in excelsa elataq; sede sedere uidebatur.
ita ut seraphin ei gloriam redderent. Aut quomodo rursus celo-
rum uirtutes cum audissent Tollite portas principes uestras in-
terrogassentq; quis esset iste rex glorie: audierunt rursum: domi-
nus uirtutum ipse est rex glorie: non dixit factus est dominus
uirtutum & rex glorie: sed hic est qui & nunc & olim uidelicet
est dominus glorie. Si ergo id erat olim & ante incarnationem
quod modo est: non absq; impietate mutationis dicitur suscep-
tiuus. Nec ut heretici aiunt quoniam recte egit filius & sapiētia
& uerbum dei appellatus est: sed erat semper inmutabilis: & ge-
nitori naturaliter in omnibus semper similis non a minore gra-
du ad maiorem mutatus. Contra potius quispiam diceret: ex-
inaniuit. n. se ipsum formam serui accipiens. & ita tanto sub-
missior est uisus: quantum inter deum & hominem interest.
Non. n. erat antea creatura & postea deus: sed cum deus eterna-
liter esset: factus est postea homo melior. ergo ipse per incarnatio-
nem factus non est. Exaltari aūt dicitur & in loco gratie nomē
super omne nomen accepisse. quoniam cum assumpta carne
illo reductus est: ubi semper est sine carne. Ipse quippe dicit ad

patrem. pater glorifica me illa gloria quam habebam apud te ante
q̄ mundus esset. Que aūt erat gloria filii ante q̄ mundus esset: illa
uidelicet qđ erat in forma dei. non ergo ad meliora mutatus est.
sed gloria & exaltatio que post incarnationem sibi donatur nihil
aliud est q̄ dedecoris ut ita dicam destructio: quod dedecus prop
ter humiliationem usq; ad assumendam carnem & formam serui
q̄uis carnis & serui proprium esset in ipsum tamen propter incar
nationem redundare uidebatur: presertim quoniam homo so
lum & non deus putabatur. Dicuntur aūt hec dari a patre: non
quoniam ab ipso etiam ut deo non concedantur: sed quoniā una
persona filius dei est cum homine qui hec recepit. Ad hec si secū
dum uos post humiliationem incarnationis exaltatus esset: & ideo
donatum sit illi nomen super omne nomen: ut uidelicet deus uo
cetur. & propterea etiam unctus sit filiusq; nominatus: necesse erit
dicere non fuisse ista prius in filio dei. Non .n. potest aliquis acci
pere quod etiam habet ante q̄ accipiat. Quomodo aūt uere scriberet̄
ego dixi dii estis & excelsi filii omnes. id .n. ante incarnationem di
ctum est: ante q̄ secundum hereticos non dicebatur filius dei. q̄
modo igitur ipse aliis misericordia sua dicebat dii estis & filii excel
si omnes. Non .n. possunt ad mutationem ueri filii per gratiam
filii fieri: nisi uerus antea filius fuerit. Nam si participatione filii
per ipsum adoptamur: quomodo participans ante participatum
erit? & quomodo quod factum est prius illo erit per quod factum
est? Hec absurda nimium atq; impossibilia sunt. Immutabilis ergo
filius est: nec per gratiam sed substantialiter ac naturaliter idem
cum patre est. Preterea si quasi uirtutis uel humiliationis uel obe
dientie mercedem habuit & sic factus est quod non erat filius dei:
quomodo ante incarnationem nonnulli patrem cognoscebant:
cum dicat filius: Nemo nouit patrem preter filium: & cui filius
reuelabit. Nam si non erat secundum uos filius: non erat certe re
uelator. Quomodo ergo pater reuelatus patribus fuit? Qđ si semp
pater cognoscitur: & reuelator certe semper filius est: nec permu

tatione factus est filius: sed erat & est semper naturaliter patri similis: rei nullius indigens: perfectus atq; incommutabilis.

Qd ex substantia patris filius est: nec extra productus: ut heretici aiunt. & quia nō extra product⁹ est: ideo similis pri ē. c. iij.

Non esset inquiunt deus excellentior homine: si sicut homo ex se ipso pariat hominem: sic deus ex se ipso pariat filium. Verum quoniam super omnem creaturam est: non pariet ex substantia sua ut homo filium: sed extra ipsum producet. Non erit ergo filius natura similis patri. Libenter interrogauerim utrum isti nulla in re uestigium similitudinis dei esse in nobis & in ceteris creaturis opinentur. Nam si aliquid inesse concesserint inane inuenitur quod nobis proposuerunt. Sin uero nullum similitudinis uestigium esse contendant: dicant nobis queso an homo substantia est: & si substantia est: cur non negant deum substantiam esse. & rursus. Verbum habet homo rationalis. n. est. Erit ergo deus secundum istos absq; uerbo: si nullum uestigium eius in homine est. Si autem quantum natura nostra patitur: similes in his deo erimus: cur etiam in generando aliquam similitudinem nobiscum deus non habebit? Oportet certe intelligere atq; credere quoniam ad imaginem diuine nature facti sumus. Id quoq; cum multis aliis habere: ut ex nobis possimus generare. quoniam & creator deus ex se ipso generat filium: nec extra se ipsum produxit. & ideo etiam similis illi natura in omnibus est. Sed nos inquiunt corporei alimenti abundantia quasi materia usi filios inde generamus. sicut quando etiam extra nos quicquid facimus: materia nobis opus est. Deus uero ut cuncta ex nihilo creat. nulla materia indigens: ita nulla in se ipso multiplicatur materia: ut ex ea possit filium parere. Sicut ergo non ex presubiecta materia creat: sed extra ex nihilo cuncta producit: sic ex se ipso generare filium non potest. Non erit ergo filius naturaliter patri similis. quoniam neq; ex ipso neq; in ipso sed extra ipsum ab ipso productus. Quomodo igitur o ingeniosissimi

uos unigenitus esse filius scribitur: si etiam ipse ueluti creatura creatus ad extra est? Aut quomodo uere filius qui ex substātia genitoris non effulsit? Nam si possibile esset que ex nihilo id est ad extra producta sunt: filios naturaliter appellari: non eēt unigenitus filius uerbum dei: cum in hoc cum omnibus creaturis conueniat. Sin autem possibile non est: sed solus unigenitus est filius dei non ut creatura a non esse ad esse uocatus est: sed sicut uere filius ex patre prodit: atq; ideo similis ipsi est: preterea si omnia ex nihilo producta sunt: & ipse similiter filius. Quamobrem ille natura dominus est. omnes autem creature natura serue? aut .n. domini nomine naturaliter cuncta honorari par est: aut ipsum quoq; filium seruum cum omnibus appellari: si similiter ceteris ex nihilo ad extra productus est. Id autem nusq̄ in diuina scriptura legitur. sed filius q̄dem natura dominus scribitur. creature uero natura serue. Ecce inquit omnia tibi seruiunt: & filium quidem una cum patre adorari & glorificari legimus. Creaturas uero adorare atq; glorificare. Non est ergo ut cetera productus ad extra. sed ut natura filius ex patre generatū. Similis ergo in omnibus genitori naturaliter est. Sed ignorare uidentur isti qui syllogismis inanibus & magno uerborum sonitu magis q̄ ueritate iactantur. quia quod uere est: quodq; ex sua substantia generare uere potest: deus est. Ipse .n. est qui est. Nam cetera omnia non sunt anteq̄ producantur. Quod igitur uere est: cui esse proprium non inest? ipsum solum ex sua substātia generat. Cetera .n. ut uerbi gratia homines non ita ex sua substātia generare uidentur. quia non ex se ipsis id habent sed a diuina uoluntate ad hoc uocati sunt: Diuina .n. lex que creatoris uoluntas est: facit ut homo generet. quod patet. quia non omnia generant: sed solum que ipse uoluit. Quod igitur proprie generat ex se ipso deus est. Cetera ad imitationem illius id faciunt. Quomodo igitur non absurdum est dicere creaturas que deum ī hoc imitantur filios ex se ipsis parere? & exemplar illud ad q̄d create

sunt non generare ex se ipso sed ad extra filium suum produxisse. Quoniam igitur id absurdum est: pater uere ex se ipso filium generat. & ideo similis sibi filius in omnibus erit: & eternitas atq; incommutabilitas patris in filio quoq; naturaliter erit.

De similitudine patris & filii: similiter proposito testu: Nemo bonus nisi deus. c. IIII.

SI nemo inquiunt bonus nisi deus ut ipse testatur filius: quomodo erit similis patri: qui natura bonus non est: presertim cum apertissime a naturali substantialiq; bonitate se ipsum excipiat. Cur .n. inquit ad scribam bonum me dicis? Nullus bonus preter deum. Aut non uident quantum ex iis uerbis sequitur periculum. aut si uident ludere uolunt in re in qua minime ludendum est. patrem .n. solum naturaliter bonum esse uolunt: filium uero minime. quomodo igitur erit filius: si naturaliter patris similis non erit. Sed in hoc inquiunt similem dicimus. quoniam pater talem uoluit ipsum facere: qualis ipse pater est. quemadmodum quando artifex domum edificat: similis est domus & imago exemplaris quod in mente artificis est. & tamen propter materiam alia est edificata domus quam illa que in mente artificis est & longe alia quam ipse artifex. Ut ergo domus imago & similitudo mentis est: sic & filius patris. non autem secundum naturam & substantiam imago & similitudo est ut nos predicatis. Ridicula hec sunt omnia: immo autem lacrimis digna. quis .n. non ingemiscet tantam hominum impietatem considerans? Nam si secundum essentiam dissimilis patri filius est: similis autem secundum simulacrum & imaginem mentis: necesse erit ut primum compositus sit ex diuersissimis rebus atq; contrariis: ex simili dico atq; dissimili. & ita non erit totus lux nec totus ueritas: nec totus imago patris. Deinde ad hec necesse est ut ad ipsum quoq; patrem hec impietas transeat. Compositus .n. etiam ipse necessario erit ex substantia & mente uel imagine illa quam in mente habet. quippe cum secundum istos filius substantialiter quidem

dissimilis patri sit: similis uero secundum illud mentis exemplar. quo modo igitur pater omnium rerum principium erit: si non simplex sed compositus erit: principium .n. simpliciter primū compositum esse non potest: quia nihil potest ipso preintelligi a quo componatur. Nec ulla diuersitas in primo simpliciter est. Composita uero congregationem diuersorum simplicium habent: que necessario ipsis preintelliguntur. Quoniam igitur hec omnia impia impossibiliaq; sunt: similis erit necessario secundum essentiam patri filius. Nam si non est substantialiter similis: nec perfecte similis erit. quomodo ergo non rapinam arbitratus est se ēē equalem deo. Nam qui equalis deo est: is substantialiter q̄q; similis est.

Liber quartus capm primū qd participatione ad imaginem dei formamur.



Non potuit homo ad imaginem esse creatoris nisi spiritu sancto participaret. Si quis .n. paulus ait spiritum christi non habet: hic ipsius christi non est. Sed si possemus absq; participatione spiritus ad imaginem dei esse: omnes profecto christi essemus: etiam si spiritu sancto non participaremus. Iohannes etiaz ait. Qui seruat mandata eius in ipso manet: & ipse in eo. & cognoscimus qd manet in nobis ex spiritu quem nobis dedit. Si ergo seruantes mandata spiritu sancto participant: quo participantes ad imaginem creatoris formantur: perspicuum est non posse hominem deo assimilari nisi modo quodam participet. Et rursus saluatō hominem renouans atq; restituens sufflauit discipulis dicens. Accipite spiritum sanctum. Quod igitur hominem renouauit: id homo ante lapsum quoq; habuit. Vt ergo ad imaginem dei modo perfectiore homo sit: spiritus sanctus sibi donatur. non .n. ita perfecte ad imaginem dei esse uidetur: nisi spiritum sanctum habeat. Si ergo spiritum filii accipientes ad imaginem reformamur: quo modo dissimilis erit patri uero deo qui alios per spiritum suum ad similitudinem dei renouat. Incommunicabilis inquiunt. qa

nemo

nemo participare ipso potest pater excessum est. Non .n. potest na
tura humana deitate patris que omnia excedit participare: & ta
men cum sit per se imparticipabilis nobis: per filium quasi per mino
rem in nobis habitat. Quomodo ergo similis est imparticipabili pa
tri filius qui a nobis participatur. Si ueluti uos dicitis qui taq̄ ui
nolenti omnia turbatis: magna & ineffabilis deitas patris est: certe
necesse est ut concedatis magnam & ineffabilem bonitatem ipsius
esse. Quomodo igitur erit adeo bonus: ut sit ipsum bonum qui crea
turas longe a bonitate sua disterminat: cum natura boni flagita
re uideatur ut omnibus se proponat & frui se omnes uelit prout
singuli possunt? quod certe facit. habitaturum .n. se in nobis pro
mittit & in filios adoptaturum. Ita ergo clemens & bonus deus
est: ut bonitas sua per filium in spiritu sancto ad omnes transeat:
& nemo a participatione sue bonitatis repellatur? patris uero par
ticipatio per filium in spiritu decenter & proprie fit. Nam & sole per
splendorem qui ex eo emittitur nec sine ratione participamus: qui
operationis spiritus sancti imaginem gerit. Sicut igitur splendor
solis per quem sol participabilis est soli non dissimilis est: sic & filius
non est dissimilis patri. Nam si participatio eius participatio pa
tris est: eadem omnino substantia patris & filii est. & ideo summa
similitudo immo eadem penitus essentia patris & filii est. Sed
quomodo inquiunt eiusdem cum patre filius erit substantie q̄
patre adeo minor est: ut ipsum non uideat? Id .n. ipse testatur
dicens. Deum nullus uidit umq̄. Unigenitus filius qui est in sinu
patris ille exposuit. Si ergo uniuersis pater inuisibilis est & filius
unus ex uniuersis est: quomodo essentialiter erit patri similis:
qui adeo minor est: ut ipsum non uideat. Immo quomodo non
aperte cum ueritate & cum omnibus scripturis sacris uos pu
gnatis: qui dicere audetis non uideri patrem a filio: cum ipse
clamet neminem uidere patrem nisi eum qui ex deo est: & ap
te dicat: qui uidet me: uidet & patrem. Quomodo autem & spi
ritus eius omnia que sunt & ipsa dei profunda sciet: sicut & spirit⁹

hominis ea que sunt in ipso? Aut quomodo filius patrem nō uidet
secundum nos cum etiam angeli scribantur faciem patris uidere?
Et quomodo filius uere dicet. Sicut nouit me pater & ego noui
patrem? Et rursus. Nullus cognoscit filium nisi pater: nec patrē
ullus cognoscit nisi filius & cui uoluerit filius reuelare? Qui ergo
non modo patrem cognoscit uerumetiam aliis reuelare potest: quo-
modo ipse non uidet? Aut quomodo non cognoscet eum: si se ipsū
cognoscit? Ac ideo dicat ad patrem omnia mea tua sunt & tua
mea. Sicut igitur si non uideret patrem: dissimilis ei secundū
essentiam esset: ita quoniam uere uidet & uere cognoscit: erit
ipsi uere & essentialiter similis. Concedimus inquiunt similem
patri filium esse: sed ideo quia cum patre ipse perfecte participet
conformatus ad eum per participationem maximam quodam
modo est: sicut & nos quantum possibile hominibus est diuina pā-
ticipantes natura celestis patris imaginem ut scribitur gerimus:
& quasi ad diuinos caracteres conformamur. Nescio quis diuina-
rum scripturarum peritus huiusmodi poterit nugas audire. Nam
ille quidem predicant deum recentem non esse nobis colendum.
Vos autem recentem & nuper factum deum non erubescitis fili-
um dicere. Quod .n. participatione dei reformatur ad ipsum:
acquisitam habet non naturalem deitatem. Quod porro acquisitū
est: prius non habebatur: sed postea contigit atque accessit. Quare
amitti etiam facile potest. Omne namque quod datur auferri etiam
potest & quod accessit non est inconueniens si abibit. Necesse est
ergo uel concedant filium dei & deum atque dominum posse ami-
ttere quod filius dei & deus & dominus sit. uel si hoc dicere formi-
dabunt: concedentque essentiam filii nullum beatitudinis sue casū
accipere posse. Necesse est ut etiam confiteantur non participatio-
ne aliqua ipsum conformari ad patrem: sed naturalem atque essen-
tialem similitudinem habere tanquam uerbum ex ipsa substantia pa-
tris prodiens. Preterea qui participatione sanctificantis dei sancti-
ficati sunt: donum quidem conseruant: si mandata etiā cōseruāt.

Alios autem sanctificare ipsi nequeunt. Nullus. n. hominum sancti spiritus participatione sanctus propria potestate ac uoluntate id ipsum poterit ceteris donare. fons. n. sanctitatis solummodo potest ex se ipso sanctitatem quibuscunq; largiri. Videmus. n. qđ angeli sancti qdem sunt participatione atq; gratia. & ideo nūq̄ inueniuntur dedisse ipsi sanctitatem hominibus. Et beatus moyses septuaginta senioribus propositis non dedit ipse spiritum: sed deus abstulit ut scribitur a spiritu qui erat in moyse: & donauit illis. Sancti ergo per gratiam atq; participationem ipsi quidem donum consecuti sunt: sed aliis pro uoluntate sua dare non possunt. filius uero non sic. Sed ut sanctitatis fons ex propria potestate discipulos sanctificat dicens: Accipite spiritum sanctum. Id ipsum quoq; pater facere inuenitur. Qui ergo sua potestate eq̄liter atq; ipse pater sanctificat quos uult: quomodo similis patri secundum essentiam non erit? Item de similitudine patris & filii essentiali euangelico testu proposito: Sicut. n. pater uitam habet in se ipso: sic dedit & filio uitam habere in se ipso. cap. 11.

Sed quomodo inquiunt filius essentialiter erit similis patri? aut quomodo non erit posterior ipso. quia ex ipso dante multa recipit? Sicut. n. inquit pater uitam habet in se ipso. sic & filio dedit uitam habere in se ipso. Nihil o uos prohibet: si aliquid pater dicitur dare filio: & filius a patre accipere. Non. n. esse prius ex patre habuit. deinde aliquid ex eo accipit: sed naturaliter natus ex patre omnia nascendo que patri naturalia sunt naturaliter consequitur. quemadmodum siqs lucem que prodit ex sole accipere aliquid ab eo ideo diceret. q̄niam omnia que sunt in luce & ipsa lux ex sole sunt. Neq; idcirco sol ante lucem esse uidebitur. quoniam lux que ab eo est omnia solis naturaliter habet. Non est igitur posterior filius patre. quia pater sibi uitam dedit. non. n. prius genuit. deinde uitam dedit: sed ut coeternus patri filius est: ita & eterna uita

est. Preterea si essentia rerum inde significari posset: quod aliquid accipe uideretur & tunc esse dicerentur solum quando accipiunt: quid prohiberet dicere tunc incepisse patrem esse quando aliquid ab hominibus incepit recipere? & quoniam psalmista dicit: Date gloriam deo: tunc incepisse pater uideretur quando primum ab hominibus gloriam recepit. sed hec omnia nuge sunt. filius enim eternaliter prodiens ex patre naturaliter omnia possidet que patri natura insunt. Sicut & filii hominum uniuersa que in patribus naturaliter sunt a patribus habent. Unde ipsum etiam esse habent: cum tamen ineffabilis illa generatio generationes creaturarum in infinitum excedat. Et propterea oportet semper exempla & similitudines prout creatorem decet intelligere. Sed necessarium inquiunt esse uidetur ut quod aliquid recipit: non habere aliud antea uideatur. Si ergo pater essentialiter uita est: & filio uitam dedit. non habebat ergo aliquando filius uitam: quomodo ergo similis erit patri qui ab eo recipiat quod ipse non habeat. Examinate oro singula euangelii uerba diligenterque ponderate: quoniam magnus latet in ipsis sensus. Scribitur enim quod pater uitam in se ipso habet. hoc autem in se ipso nihil aliud significat quam essentialiter. Sed filius quoque dante patre qui esse ipsum dat: uitam habet in se ipso. Substantialiter ergo non quasi additamentum ut uos putatis. Quare patri equalis & similis in omnibus est: cum non aliter quam uita sit ipse pater. Nam si non secundum naturam filius uita esset: quomodo uere diceret: Qui credit in me uitam habet eternam. Et rursus. Oues mee uocem meam audiunt: & ego do ipsis uitam eternam. Et rursus: qui credit in me non gustabit mortem in eternum. non dixit non dimittet pater eum gustare mortem: nec quod habebit uitam quam dedit mihi pater. sed ipse pollicetur se daturum uitam que in eo ipso est. quia naturaliter & essentialiter ipse uita est. Impium igitur est solummodo cogitare quasi additamentum sibi uitam a patre dari. Nam sicut diximus cum ex patre prodeat: omnia naturalia patris habet & ideo dicitur accipere ab ipso a quo habet. Ad hec

si filius dei uita naturaliter non est: sed ipsa participat: ut heretici contendunt: erit ipse substantialiter aliud quam illud quod ab eo participatur. Quomodo igitur ait Ego sum uita: ego sum panis qui de celo descendi. Siquis commederit ex hoc pane: uiuet in eternum.

Nam si panis ille secundum naturam uita non est: quomodo uiuet in eternum qui ipsum commedit? nisi forte dicant ideo uicturos in eternum qui commedunt. quoniam panis ille uita participat. sed si hoc uerum esset: angeli quoque quos uere credimus uite participes esse: uiuificare possent: quod falsum est. Solus. n. filius uiuificare potest. Solum autem filium ita dico ut similiter patrem & spiritum sanctum uiuificare nemo ambigere debeat. Non ergo deforis uita filio accessit: sed ipse uita naturaliter est. Accedit quod quando dicitur sicut. n. pater uitam habet in se ipso: sic dedit & filio uitam habere in se ipso. Incommutabilis manifeste similitudo & identitas essentialiter patris & filii significatur. Sic. n. habet uitam filius inquit in se ipso sicut & pater uidelicet ac naturalem ac essentialem. Scribitur autem dedit ut naturaliter & essentialiter ex patre filius esse significaretur. Non .n. pater aliquid dedit filio quasi a se ipso auferens & ipsi non habenti afferens: secundum locales & diuisibiles corporis incisiones. sed quemadmodum planta fructui qui est ex ipsa naturalem suam qualitatem dat: sic & filio pater omnia sua dat. Omnia. n. que pater est similiter filius est: preter quam quod pater non est filius & filius non est pater. Sed si filius etiam inquiunt uita secundum naturam est: quomodo uere de patre paulus dicet qui solus habet immortalitatem. Nam si filius quoque habet non solus pater habet. Sin uero solus pater habet: non habebit profecto etiam filius. Multa patri soli dicuntur inesse: nec tamen filius illis naturaliter priuatur. Solus uerus deus pater scribitur. an igitur ideo filius non erit uerus deus? & quomodo sicut naturaliter deus & a nobis & ab angelis adoratur presertim cum aperte lex diuina clamet: Dominum deum tuum adorabis

& ipsi soli seruies. Quomodo autem seruabimus illud: non erit de-
us recens inte? Nam si quia pater solus secundum naturam deus
dicitur: ideo filius natura deus non erit: recens erit certe & poste-
rior quam pater. Hec quoniam absurda sunt: non erit filius mortis
particeps quia solus pater dicitur immortalitatem habere. Sed
immortalitas patris naturaliter in filio etiam erit. Non est .n.
illis filius nudus que inesse patri dicuntur. An forte quoniam
apud eundem paulum scribitur: incorruptibili inuisibili solo
sapienti deo corruptibilis & uisibilis nec sapiens filius secundum
uos erit? Magne impietatis reus est qui sic intelligit. Quomodo
.n. erit corruptibilis largitor incorruptionis: aut quomodo na-
tura dei uidebitur? aut quomodo sapiens is non erit de quo scri-
bitur quia dei uirtus & sapientia est? Mirum certe est quomodo
sapientiam dei insipientem esse dicere audetis. Quare si etiam
solum patrem aliquid habere dixeris naturaliter: non priuabit
tamen filius eadem re naturaliter. Solus .n. ea pater habere di-
citur inquantum a nullo habet. Sed omnia que sibi naturali-
ter insunt: filius suus ex eo prodiens consequitur naturaliter.
Non .n. mentitur ueritas de se dicens: Omnia que habet pater
mea sunt. & rursus ad patrem: Omnia mea tua sunt. Preterea
si caracter incommutabilis paterne substantie filius est: quomo-
do ipse non erit naturaliter uita: cum pater id habeat? Esset .n.
magis deprauatus & falsus caracter quam uerus. Ad hec si qui uidet
filium uidet & patrem: cum pater essentialiter uita sit: erit etiam
filius essentialiter uita. Nam si non essentialiter sed participa-
tione uite uita erit: quoniam qui uidet filium: uidet patrem:
erit pater quoque uite participatione uita: quod impium dictu
est. Accedit quod que diuersa necessario sunt eandem habere
operationem non possunt. operatio .n. naturalis necessario diuer-
sa est in diuersis naturis. Nemo .n. aque atque igni eandem attri-
buet operationem. Si ergo pater uita est naturaliter: filius uero
non sic ut hereticis placet: quomodo eadem est operatio patris

& filii? Ipsa certe ueritas ait. Sicut pater uiuificat quos uult:
ita & filius quos uult uiuificat. Non .n. aliter inquit pater q̄
filius uiuificat. sed sicut pater ita & filius eandem semper sibi
& patri operationem attribuens. Non ergo dissimilis genitori
filius est. sed sicut pater naturaliter uita est: ita & filius. Prete-
rea si uere dixisse iohannem arbitrantur: omnia confitebunt
patrem per filium operari. Est aūt una etiam operatio patris:
ut quos uelit uiuificet. Quare ipsos per filium uiuificabit? Erit
ergo filius quoq; uita secundum naturam. aliter non poterit
per ipsum quicq̄ uiuificari. Ad hec si dei & hominum mediator
filius est. quia extrema in se uno copulauit: necesse est ut quem-
admodum hominem uere assumpsit uereq; homo est: ita uerus
quoq; ac secundum naturam deus sit. Et quoniam uerus deus
essentialiter uita est: erit ipse quoq; sicut & pater essentialiter
uita. Adde qđ diuine scripture ueritatem filium appellāt. quo-
modo ergo ueritas erit si falso dicit: Ego sum ueritas & uita? Nō
est .n. ille uita qui essentialiter uita non est. Verum quoniam men-
tiri ueritas non potest: impium .n. id dictu est: substantialiter
filius non participatione uita erit. Quomodo .n. non erit uita
essentialiter cuius cognitio ipsum sic cognoscentes uiuificat que-
admodum & cognitio patris? Hec inquit est uita eterna: ut co-
gnoscant te solum uerum deum & quem misisti ihesum christū.
sed multi quoniam humano more dicuntur: nec .n. aliter dici
possunt: & res ipse ineffabiles per se sunt: recte intelligere uerba
sequentes nolunt. & ita in magnam impietatem incidunt. Si .n.
pater uitam habet in se ipso: erit dicet quispiam aliud ipse qui
habet: aliud uita que habetur. Quomodo igitur simplex secūdū
essentiam deus est? Id absurdum fugiemus credentes filium
esse uitam quam pater habet: & patrem esse uitam quam ha-
bet filius. Non .n. mentitur ueritas dicens: Ego in patre & pa-
ter in me est. Et rursus: Ego sum ueritas & uita. Ipse igitur est
uita quam pater habet in se ipso. Cumq; pater ipse uita sit: dedit

se ipsum filio non ut corpus corpori: neq; ut propriam hypostasim fi
lio concesserit: ita ut filius pater sit. Hec .n. absurda & impia sunt.
Est .n. pater semper pater: & filius semper filius: sed identitate natu
re generans: & uerbum genitum ineffabiliter unum sunt. Accedit
quod dicere quoq; possumus omnia que patri naturaliter ac essen
tialiter insunt filium ipsum esse. Solus pater uerus est deus. quo-
niam solus habet filium qui ueritas est. Solus pater sapiens & po
tens est. quoniam christus dei uirtus & dei sapientia. Solus pater
inaccessibilem lucem habitat. quia filius est lux uera que illumi
nat omnem hominem. Solus uita est pater. quoniam habet fili
um uere dicentem: Ego sum uita. Quando igitur dicitur quod
pater habet uitam in se ipso: filium in se ipso habere significatur.
Est autem etiam ipse in filio & uita secundum naturam. Ideo &
filius uitam habet in se ipso. postremo quia uita secundum na
turam filius est: accipere uitam a patre dicitur non inquantum
uerbum aut imago patris: sic .n. ipse quoq; naturaliter uita est.
Sed inquantum homo factus est. Ita .n. pater & tota trinitas ui
tam filio ut homini prestat: hic sensus a sequentibus cofirmat.
in quibus causa dandi exponitur. potestatem .n. inquit dedit
ei iudicium facere. quia filius hominis est. Si ergo quia filius
hominis est: & inquantum homo iudicandi potestatem accepi
sse dicitur: eodem modo dicemus quia homo factus est: hoiesq;
a deo cuncta accipiunt. ideo & ipse ut homo uitam a deitate-
accepisse dicitur. que nulla re participat & ceteris omnia que
habent & ipsum esse largitur. Aduersus arrianos qui propo-
sito aduerbiorum testu: Dominus creauit me principium
uiarum suarum in opera sua: simpliciores deducebant quod
filius creatura esset. c. iij.

Qui furorem arrii susceperunt atq; amplificarunt: quia
in prouerbiis scribitur: Dominus creauit me suam im
pietatem auctoritate confirmatam credentes creatu
ram esse filium predicant: nec tamen ut unam creaturarum

genitum esse dicunt: nec tamen ut unum genitorum. Si filius crea
tura est: quomodo non erit sicut una creaturarum? Nam aut cum
creaturis non connumerabitur: & ita non erit creatura. aut si cum
creaturis connumeratur: quomodo non erit sicut una creatura
rum? Sed putatis fortasse precipuum quendam honorem fi
lio facere creaturam ipsam dicentes: sed non sicut unam creatura
rum. Id autem honorare filium non est. nam si creatus esset sicut
cetere creature: nihil quantum ad creatum esse ab illis differet: etiam
si diverse nature sit. potest enim profecto similiter de creaturis omni
bus dici: quarum altera alteram naturaliter excedit. Nam de spe
tiebus singulis recte dixeris creatura est: sed non sicut una creatu
rarum. Ut verbi gratia. Sol creatura est: sed non sicut una creatu
rarum. Nulla enim alia preter solem creatura huiusmodi est. homo quoque
creatura est: sed non sicut una creaturarum. Nulla enim alia spetie
preter hominem homo est. Quelibet igitur creaturarum speties cre
atura est: sed non sicut una creaturarum. Illud enim solum omnibus
creaturis commune est: quod a nihilo producte sunt. figura vero & na
tura singule speties inter se differunt. Quid igitur precipuum in
filio erit: si creatura est: sed non ut una creaturarum. Commune
namque ut diximus omnibus creaturis est factas esse a nihilo. Nec excel
lentiores creature ut celi & virtutes celorum. quia naturaliter cete
ris prestant minus quam cetera creature sunt. Preterea si creatura ut
vos dicitis filius esset: & tamen haberet ut posset creare. quia non ut
una creaturarum ceterarum est: cur cetere quoque creature quarum
quia diversa variaque natura est. quelibet speties non est ut una
creaturarum: creandi virtutem non habent? Atqui oporteret
quoniam universis commune equaliter est a nihilo esse produc
tas: & tamen in nulla creaturarum creandi virtutem inspicimus.
Omnia enim creatorem adorant: & gloriam eius extollunt. Celi autem
enarrant gloriam dei: & firmamentum enuntiat opera manuum
suarum. & ut esdras scribit. Omnis terra veritatem novit: & celum
ipsam adorat: & omnes creature ipsam tremiscunt: filius vero de

se ipso ait; Ego sum ueritas. Non ergo est creatura filius. neq; ideo
creare potest. quia non est ut una creaturarum: sed quia ex pa
tris substantia prodit: & omnia naturaliter habet que in patre
naturaliter sunt. Ad hec si creatura esset: & tamen adoraretur:
cur cetere quoq; creature a se inuicem non adorantur: sed omēs
creatorem adorant? Nam si creatura esset & tamen adoraretur:
esset aliquo modo in adorantium numero ille qui adoratur: quod
impossibile est. Maxima .n. inter hec differentia esset. Accedit qđ
si creatura esset: se ipsum ipse crearet. omnia .n. pater per ipsum
creat: quod dictu stultissimum est. Sequeretur .n. ut aliquid esse
quando ipsum non esset. Non ergo creatura filius est: sed dei pa
tris fructus creandi uim ueluti deus uerus naturaliter habens.
Adde qđ ipse solus reuelat patrem. quod cetere creature facere ne
queunt. Solus patrem nouit: quod de ceteris creaturis non dici
tur. Nullus .n. inquit patrem nouit nisi filius: & cui filius reue
lauerit. Et deum nullus uidit unq̄ ut iohannes ait: uidet autē
solus filius. Scriptum est .n. a nullo uideri patrem nisi ab eo qui
est ex patre. Si ergo filius solus omnibus exceptis creaturis & ui
det & cognoscit patrem & reuelat cui uult: quomodo ipse creatu
ra est: qui scribitur uerbum patris proprium esse? Cognoscit
igitur patrem & uidet eum. quia ex eo & in eo est: & reuelat eū.
quia in se ipso eum demōstrat: quod creature facere nequeunt.
Non .n. potest perfecta naturalisq; creatoris similitudo esse ī crea
turis. nec in iis que ex nihilo producta sunt qui eternus est per
fecte unq̄ inspici poterit. Inspicitur autem perfecte in filio. ima
go .n. eius incommutabilis est. Quare cum pater non sit creatu
ra nec filius creatura erit: in quo ut in uera naturaliq; imagine
atq; caractere pater ipse inspicitur. Et ideo ipse q̄dem adoratur
a creaturis. Creatura uero nulla patitur apud scripturam adora
ri: nisi que se ipsam ignorarit. Beatus .n. petrus cum uidisset ad
adorandum se cornelium parari: noli facere inquit. nam ego q̄;
homo sum. Similiter angelus in apocalypsi ad iohannem dixit

caue ne facias. conseruus .n. tuus sum & fratrum tuorum prophetarum & custodientium uerba libri huius. Manue quoque angelus prohibuit sibi sacrificium offerre dicens: Si sacrificabis eidem domino ipsi sacrificabis. & de creaturis quidem ita scribitur. de filio autem longe aliter. Adorent ipsum inquit omnes angeli eius: & apud isayam. In te adorabunt & in te uota facient. Tu .n. deus es & nesciuimus. Deus saluator ipsius israhel. Que uox gentibus accommodari potest: postea quam deum cognouerunt. Si ergo quia filium cognouerunt & filium adorant: deum cognouerunt & deum adorant: non est certe creatura filius. Aliter non deum uerum sed creature adhuc gentes seruirent. Christus etiam ad discipulos ait: Vos me uocatis dominus & magister: & bene dicitis sum & .n. Et quando thomas ad ipsum clamauit: Dominus meus & deus meus: non reppulit eum: sicut angeli sanctos adorantes repellebant. Sed si creatura esset: non fuisset passus audire. Tu es deus meus. Sed quoniam deus secundum naturam est: & naturaliter patris filius: non suscipit solum sed etiam exigit confessionem huiusmodi. Aduersus causam propter quam heretici putant creaturam esse filium dei. C. IIII.

CVm uoluisset inquiunt deus creaturas e nihilo euocare: quoniam non potuissent meram illius uirtutem sufferre: filium primo creauit: quem & uerbum appellauit talem ut uirtutem suam ei totam infuderit: ut per ipsum quasi per medium cetera fierent. erat .n. alioquin etiam indecens ineffabilem dei uirtutem ad hec minima peruenire: & caducarum rerum curam habere. Si capi non poterat dei uirtus a natura creaturarum: quomodo creatus a nihilo filius capax eius secundum uos est? & quomodo meram patris uirtutem cum creatura sit ut uos dicitis sustinuit? Necesse .n. est ut uel si filius hoc potuit quamuis sit creatura uniuersa id possit creatura. uel si alia id non possunt quoniam creata sunt: nec ipsum posse quoniam creatus secundum uos sit. Quod si putatis indecens ad minima

quoq; dei prouidentiam descendere erubescatis aliquantulum q̄so: audientes christum. Nonne duo passeres ueneunt asse. & unus ipsorum non cadet in terram absq; patre uestro qui in celis est. & rursus Respicite in uolatilia celi que non seminant neq; metunt: & pater uester celestis nutrit ipsa. & rursus Si autem fenū agri quod hodie est & cras in libanum mittitur deus sic uestit: quanto magis uos. Quid autem feno & passeribus quibus ex bonitate sua prouidet deiectius excogitari potest. Aut quomodo non erit creator omnium: de quibus prouidere dignatur. Superbie certe uitium deo iniurere conamini: cum dicatis non esse decens ut minimarum rerum creator sit. Ipse autem omnium creator est etiam minimorum: & omnibus prouidet. & omnibus se propter misericordiam suam participabilem prebet. Preterea si quia uirtutem patris ferre creature non possent: creatus est filius secundum uos. quoniam & ipse totius uirtutis paterne ut creatura capax nō erit. Necesse est ut aliud medium fingatis quod totam operationem paternam potuerit capere. Deinde aliud atq; aliud quo ad infinitum simul atq; impossibile exit. & totam creationem rerum euertit.

Aduersus obiecta hereticorum quibus dicere conabantur q̄nīā filius q̄uis creatura sit: creator tamen est: quod creaturarum proprium non est. c. v.

Creatura inquiunt filius est: & tamen creat. quia id a deo quasi a magistro atq; artifice didicit: ut esset minister ad opera sua. Si quod non natura insitum est sed modo quopiam per accidens acquisitum id amitti quoq; aliquando potest: poterit profecto secundum uos filius creandi uirtutem amittere. & sic dignitate ipsa qua creator est destituetur si dediscet quod didicit. Nam qui quod nesciebat per doctrinam assecutus est: is profecto poterit obliuione quoq; dediscere. Preterea non est officium artis ex nihilo creaturas producere: sed ineffabilis atq; creatiue uirtutis. Artis .n. est ea que sunt quasi per subiectam materiam solummodo immutare. Creandi autem uirtus ipsam rerum substātiam

a nihilo ad esse producit. Si ergo arte atq. doctrina filius creator factus sit: quid dicent si eadem quispiam patri accommodet? Nihil certe aliud ipsis relinquitur: nisi qd pater quidem natura filius uero doctrina creator est. Sequetur igitur qd possibile sit naturalem uirtutem dei qua creat discere & fieri per doctrinam quod ille secundum naturam est. Nihil ergo inter filium & creaturas aliud intererit nisi doctrina quedam superflua: & ita non nature prestantia sed doctrina solum nos filius superabit. quam si habuerimus: omnes erimus creatores. Hec quoniam stultissima sunt: relinquitur non doctrinam sed naturalem creandi uirtutem esse in filio. Ad hec aliud est sapientia & aliud sapiens. Sapientia .n. est qua quis sapiens fit. Sapiens autem qui sapientiam habet. Quomodo igitur sapiens per doctrinam filius fiebat: qui sapientia ipsa est? Si .n. doctrina indigebat: non erat ipsa sapientia: & si sapientiam didicit: dediscet quoq; propter obliuionem. sed non didicit qui semper sapientia est: ut scripture predicant. Accedit qd iniurie uitium inurunt patri ita dicentes. Siqdem poterat creandi artem docere: multos & non fecit: quid .n. prohibebat si doctrine creatio datur multos esse creatores sicut multos angelos atq; archangelos? Nunc autem filius solus creaturis omnibus exceptis una cum patre in spiritu sancto creat. Non igitur per doctrinam sed per naturalem uirtutem creat: nec pater ipsum docuit: sed ex se ipso consubstantialem sibi genuit filium: per quem omnia creat. Adde qd filium pater ad creandum produxerit ut uos predicatis creato filio ipse cessasset: quomodo igitur saluator dicit pater meus usq. nunc operatur: & ego operor? Qd si pater etiam nunc operatur: frustra secundum uos creatus erit filius. Hec absurdissima dictu sunt. Non ergo ad producendas creaturas factus est filius: sed ex patre natus cuncta cum patre sicuti filius operatur natura deus & natura creator. Preterea si nutu & sola uoluntate omnia deus operatur: qd erat opus medio? Nonne superuacaneus filius uidebitur? Qd si hoc impium uel solummodo cogitare inuenitur: ipse filius subsistens &

uiua patris uoluntas est: per quam a nihilo uniuersa producit.
Sed hec que sequuntur multo inconuenientiora sunt atque absurdi-
ora. Nam si ut nos ceterasque creaturas per filium deus produceret:
ipsum ut heretici dicunt a nihilo produxit: erit ipse propter nos
factus: non nos propter illum. & ita nos prestantior ipso erimus
creatura. Ipse uero instrumentum ad creandas ceteras creaturas.
Cur ergo gratias etiam nobis non aget qui propter nos est? Erit etiã
ipse sic gloria nostra: ut femina uiri. femina. n. inquit paulus
gloria uiri est. Non. n. uir creatus est propter feminam: sed fe-
mina propter uirum. Nam si propter nos factus est filius & non
propter filium nos: erimus nos ipso multo prestantiores: quod ab-
surdissimum est. Nec ergo creatura est: nec propter nos natus est.
Sed cum natura deus ut etiam pater sit: ad esse nos a nihilo cum pa-
tre & spiritu produxit. Preterea si propter nos filius factus est ut
dicere audent: primi nos erimus apud deum. Sic. n. deus nos pri-
mo deinde filium propter nos intendisse uidebitur. Adde qđ ne-
cessitate impulsus quoniam aliter nos creare non posset: filium pro-
duxit: quem secundum ipsos non produxisset: nisi creare nos uo-
luisset. Quare nobis creatis superuacaneus esse uidetur filius cũ
ipso pater creaturis productis iam non indigeat. Postremo sicuti
caducus atque imbecillis homo processisse in creando deus uidebit.
si ultimo nos per filium creauit: de quibus primo deliberauit: &
filium primo produxit: de quo ultimo tanq̃ de instrumẽto con-
siderauit. Quare igitur illum quidem filium & heredem: nos uõ
seruos & hereditatem illius appellat? cum contra oporteret nos q-
dem heredes esse: filium uero sicut instrumentum propter nos
factum & seruum & hereditatem esse nostram. Hec absurda ne
stultitie plena dicam: si quis effugere uult. oportet autem omẽs
uelle eum necesse est credere nullo modo creatum esse filium nec
propter nos natum. Nam & si nullam creaturam producere deus
uoluisset: uerbum tamen suum erat semper in ipso: & deus erat
uerbum ut scribitur. cum tamen creare deus creaturas uoluerit

per ipsum necessario creauit. Nam quemadmodum sol numquam sine splendore ac luce sua lucere poterit: sic nihil umquam operabitur pater nisi per uerbum suum. Omnia enim per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Ideo & dextra & brachium dei nominatur: quia quasi per manum omnia per ipsum deus operatur. Scriptum est enim. Dixit deus fiat lux. dixit fiat firmamentum. dixit fiant luminaria. & factum est sic. dixit faciamus hominem. & fecit hominem deus. Nec in iis omnibus uerba ad filium quasi indentem discere fiunt. nec eum docet pater quales debeat facere creaturas. sed cum ipsa uoce opus fit. Si autem uerbo secundum uoluntatem patris ipsa opera fiunt: uerbum profecto est uiuens subsistensque patris uoluntas que in patre est: & in qua pater est. Preterea ubi reperitur filius patrem interrogare quasi discere uolens: quod & angelos & prophetas factitare inuenimus. filium abrae promisit deus: & ipse interrogabat quo signo illud cognosceret. Mittebatur moyses ad filios israhel in egyptum & dicebat si interrogabunt me quod est nomen eius qui te misit: quid respondebo eis? Angelus etiam apud zachariam a deo querebat dicens Domine omnipotens usque quo non misereberis iherusalem? & expectabat quousque uerba consolatoria audiret. Et abachuc In custodia mea stabo inquit & ascendam in petram: & considerabo quid loquetur in me deus. hi enim omnes sicut serui & creature mediatione indigentes uerbi rogabant consilium patris ab eo discere. Filius uero cum ipse sit uerbum patris & uoluntas subsistens doceri non querit. Non ergo per doctrinam creator esse didicit: sed naturaliter atque substantialiter creator est. Quomodo intelligendum est Dominus creauit me initium uiarum suarum. C. VI.

AD intelligendum autem propositum prouerbiorum textum primo illud dicendum est quod omnia que prouerbialiter dicuntur: alium uerba sensum significare uidetur alium ex ipsis uerbis ueritas parturit. Ideo saluator ad discipulos ait hec in prouerbiis locutus sum uobis. sed ueniet hora quando

non in prouerbiis loquar uobis sed palam. Hinc patet quod per pro
uerbia non palam ostendimus quod uolumus. Sapientia igitur pro
uerbialiter dicit dominus creauit me: & rursum apertius sapien
tia edificauit sibi ipsi domum. Si ergo sapientia filius dei est &
sibi domum edificat: querendum est quis est qui dicit dominus
creauit me. Christus igitur iam homo factus id de se dicit ut
homo. ut homo enim sapientie domus edificatus est. Ille inquam
homo qui ex uirgine natus est: in quo plenitudo deitatis corpo
raliter secundum paulum habitauit. Quoniam ergo uerbum
caro factum est: de ipso dicitur: quia dominus creauit eum in quantum
factus est caro. Istud enim creauit me non originem semper apud
scripturas significat: sed plerumque a re aliqua in aliam translatio
nem. & certe cum dicitur dominus creauit me initio uiarum
suarum. Si quis diligeter consideret non ipsum esse sapientie si
gnificari potest. Nam que modo fiunt uel faciunda sunt creari
& fieri dicuntur: que uero iam sunt: quomodo fieri aut creari mo
do dicentur? Quando ergo non dum producta creari dicuntur:
necessario ex nihilo ad esse procedere intelliguntur. Quando autem
que iam sunt nec possunt dici a nihilo ad esse modo procedere si
creari ea dicuntur non potest significari a nihilo ad esse ipsorum
processio: sed aliud ab alio translatio. Sicut quando dauid dicit. Et
populus qui creabitur laudabit dominum. & rursum. Cor mundum
crea in me deus. Et paulus de christo legem mandatorum decre
tis euacuans ut duos condiat in semetipso in uno nouo homine qui
creatus in iustitia & sanctitate a deo est. Nec tamen psalmista popu
lum a nihilo creandum sed ab errore in cognitionem dei transferen
dum significauit. Nec aliud quam habebat in se ipso diuinitus creari pete
bat: sed ab immunditia ad munditiam cor suum transponi orabat.
Nec paulus duos homines ad naturalem unitatem creari dicit a chri
sto ita ut essendi principium tunc caperent: sed gentes & israhel
duos populos in nouam & unam sententiam mutatos affirmat a
seruitute legis istos ab erroribus illos liberatos. Et alibi omnibus mandat

nouum induere hominem qui secundum deum creatus est: nec
a nihilo ad esse productum nouum hominem induere nobis iubet:
sed nouum uirtute uoluntateq; meliori. Si ergo non semper crea
tio substantialem productionem a nihilo ad esse significat: sed ple
runq; a peioribus ad meliorem translationem: quomodo non erit
stultum quando creature creari dicuntur: recte id intelligere: &
quando sapientia dei creari se dicit. Vbi maxime cauendum est
non diligenter id considerare. Dominus .n. creauit me inquit. Et
statim addidit: Initio uiarum suarum in opera eius creauit inqt nō
q̄nia ad esse a nihilo produxit: sed initio uiarum suarum in opera
eius. Sic ergo ut latius dicamus intelligendum est legalis uita in
iudea colebatur: gentes autem nullo modo iustitia uitam cognosce
bant. Filius ergo dei factus est homo & creatus secundum carnem:
ut initium uiarum domini & operum suorum omnibus daret. In
christo .n. primo euangelica uita effulsit. Quid .n. aliud opera &
uie domini significant preter mandata eius: que custodientes rec
to itinere ad ipsum pergimus: Qđ autem opera domini precipuā
iustitie uitam significent: illud audi. Ve qui faciunt opera domini
negligenter. Vias autem domini mandata eius esse psalmista osten
dit dicens: Notas fac mihi domine uias tuas: & semitas tuas doce
me. Stultum igitur est & impium ipsum esse uerbi creari nunc di
cere: cum semper uerbum cum patre sit. Recte igitur etiam illo
modo intelligetur. Creauit me inquit initio uiarum suarum. Moy
sen & prophetas uias forsan appellauit: quarum initium christus est
transponens dicta illorum ad euangelice predicationis pulcherrimā
nouitatem: & id cum potestate absoluta. lex .n. non fornicabis ait.
Christus autem ego dico uobis inquit: Non concupisces & cetera. Vias
autem sanctos uiros appellauit. quia possunt monendo ad deum
ducere. Sic & illud ieremie recte intellexerim: State in uiis & que
rite semitas domini scripturas & cum didiceritis que sit uia eius am
bulate in ipsa & inuenietis munditiam animarum uestrarum. Nam
si quis sanctis prophetis mentem infiget non cursim legens sed sensū

ipsorum diligenter inquirens: is certe uiam inueniet optimam: illum uidelicet qui ait: Ego sum uia: per quam mundabitur dimissione peccatorum inuenta. Creauit igitur inquit me hoc est fecit super legem & prophetas initium hoc est potestatem ut non in uerbis illorum sistere faciam: sed ad opera meliora traducam. Vel etiam aliter. Dominus inquit creauit me: ut si diceret carnem mihi pater apposuit & ut hominem pro salute hominum creauit me. Nam quemadmodum cum iohannes dicat & uerbum caro factum est: & paulus de christo. Qđ maledictio pro nobis factus sit. & rursus. peccatum pro nobis ipse fecit. nec peccatum nouisse nec maledictionem aut peccatum fuisse christum dicimus: sed recte pro carne pro maledictione & pro peccato hominem intelligimus: sic quando de se ipsa dei sapientia dicit. Dominus creauit me hominem me fecit intelligendum est. Item qđ dei uerbum creatura non sit. c. VII.

SI filius dei uerbum dei a scriptura uocatur: quomodo etiā erit creatura. necesse. n. est si filius est ut non sit creatura uel si creatura secundum uos sit: ut non sit filius. Nullus. n. quod genuit hoc est filium suum fecisse se dicit. Est autem & filius dei & uerbum dei. Non est igitur creatura. Preterea unigenitus a scripturis appellatur. Quomodo igitur creari substātialiter in aliorum initium siue principium quos prouerbia uias appellarunt intelligetur. Nam si cum aliis connumeratur pars eorum erit & non erit unigenitus quem multi sequuntur similes: quorum initium & principium se creatum dicit. Non. n. quia a primo creatus est erit unigenitus. Nam & rubin principium factus est filiorum iacob. Nec tamen idcirco unigenitus aut alienus a natura fratrum suorum. Si ergo uerbum quoque initium & principium creationis aliorum factum est: nec alienus erit a natura illorum: & pater mentietur filium ipsum appellans. Mentietur etiam iohannes dicens: In principio erat uerbum. Quomodo enim erat si creatus est? aut quomodo dominus erit qui creaturis con-

numeratur. Ad hec quomodo creandi uirtutem habet si creatus est?
aut quomodo creator omnium est ipse creatus? Et si ipse creator
est: cum creatus sit: cur cetere quoque creature creandi uim non
habent? Non est ergo sapientia dei creatura cum sit unigenitus
filius. Postremo uidete queso quot quantaque sequuntur inconueni-
entia. Nam si quia primo creatus est: principium etiam aliarum
creaturarum factus secundum uos filius est: quomodo in opera
eius creatur. Non .n. dixit dominus creauit me ut faciam opera
eius: sed in opera eius. creatum .n. se dicit in opera domini iam
pridem creata. Quomodo ergo primo creatum dicitis qui post
illa se creatum dicit? Aut quomodo erit initium illorum qui po-
stea factus est? Et quomodo uniuersa per ipsum facta sunt: si ip-
se post illa creatus est? Hec nefaria dictu consequentur: si de ip-
sa natura uerbi textum illum intelligetis. Pie igitur a nobis ita
exponitur: ut ratione incarnationis initium uiarum domini in
opera eius creari ut homo dicatur. Sed dominum suum patrem
appellat inquiunt. quia scit se creatum esse. omnia .n. que creata
sunt deo creatori seruiunt. Certe sicut dominum sic et patrem
appellat. et si propter illud seruum se nouit etiam propter hoc fi-
lium se cognoscit. Filius igitur non est creatura: sed ab ipsa substan-
tia patris gignitur. filius .n. secundum naturam est. Sed propter
formam serui quam accepit homo propter nos factus dominum
patrem appellat. Vtrumque igitur uere quia mentiri ueritas non
potest: quam distinctionem ostendit dicens: Confiteor tibi pater
domine celi et terre. Ecce patrem suum deum appellat. Dominum
uero celi et omnium que in celo sunt et similiter terre. Sed si ipse
quoque ut celum et terra a nihilo productus esset: non ut precipuum
sibi nomen filii appellationem seruasset ita ut omnia creata iugo
seruitutis subiecerit. Nihil .n. creatum cum celum et terram no-
minauit a seruitute excepit: se ipsum autem excepit. Non est igitur
creatura sed filius. Sed ipsa inquiunt sapientia dominum suum
patrem appellat. quod non faceret si naturaliter filius esset. Iam

dictum est & dicetur etiam sepius propter simpliciores. Serui nos secundum naturam sumus: & tamen patrem nostrum deum appellamus. Neq; idcirco filii naturaliter sumus. Quid ergo mirum si dominum patrem appellauerit: cum sit naturaliter filius. Nam sicut non natura sed gratia nos facit patrem appellare deum qui dominus noster est naturaliter: sic & incarnatio filii facit ut decenter ac uere dominum suum patrem appellet: hominem .n. assumpsit: ut nature humane propria sine peccato uere sibi attribueret: & sua homini largiretur. quod ostendit dicens: Vado ad patrem meum & patrem uestrum & deum meum & deum uestrum. largitur .n. humano generi dignitatem suam: ut possint homines adoptati deum patrem suum appellare: Ipse uero humane nature seruitutem assumit: & patrem suum deum suum ut homo appellat. Velut ergo nos natura serui sumus etiam si deum patrem appellamus: ita & filius non amisit ut secundum naturam sit filius: quamuis homo factus deum suum patrem appellet. Non est ergo creatura nec cętere simpliciter dixit dominus creauit me. Sed addidit in opera & in principio uiarum suarum. causa igitur posita quare se creatum dicat: perspicuum est quod non significat productionem a non esse ad esse: sed quasi translationem ab alio ad aliud. Verbum .n. in principio erat: & caro secundum iohannem atq; homo factus: totius beate uite principium quoq; nobis factus est. Verbum igitur semper est & sapientia & imago & filius dei. Sed homo factus creari se ipsum ad opera patris dicit. obseruare namq; licet diligenter numquam in scripturis sacris ullam causam poni quando generatio filii ex patre significatur. Quando autem hominem factum dicunt scripture & natum ex uirgine narrant: causam illico subiungunt. Sicut .n. non querimus quot deus filius sit aut cur ex patre natus sit: ita scire uolumus qua de causa factus sit homo. Quod autem hec ita se habeant ipsa scriptura docebit. In principio erat uerbum nulla hic causa dicitur: & uerbum erat apud deum nulla affertur ratio. & deus erat uerbum nulla causa dicitur. Similiter ego in patre & pater in me est.

ego & pater

ego & pater unum sumus. Qui uidet me uidet & patrem. ego sum
lux. ego sum ueritas. & apud paulum. Qui cum sit splendor glorie
& caracter substantie eius: hec omnia cum de ipso filio dei dicantur:
& de natura eius non habent causam. Cum uero de incarnatione scri
bitur: causas connecti uidemus. Descendi saluator ait de celo: non
ut uoluntatem meam faciam: sed uoluntatem patris qui misit
me. & rursus. ego lux in hunc mundum ueni: ut omnis q cre
dit in me non maneat in tenebris. & alibi ego in hoc natus sum:
& ad hoc ueni in hunc mundum ut testimonium perhibeam
ueritati. & paulus. Quoniam igitur pueri sanguine & carne com-
municant & ipse similiter eisdem participauit: & rursus. Nam
quoniam per hominem mors etiam per hominem resurrectio
mortuorum. & rursus. Nam quod impossibile erat legi in quo
infirmabatur per carnem deus filium suum mittens in similitu-
dine carnis peccati & de peccato damnauit peccatum in carne:
ut iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnē
ambulamus: sed secundum spiritum. & alibi. Non. n. misit deus
filium suum in hunc mundum ut iudicet mundum: sed ut
mundus saluetur per ipsum. & saluator de se ipso. In iudicium
ego in hunc mundum ueni: ut qui non uident uideant: & qui
uident: ceci fiant. Quando igitur homo factus fuit ut hec opera
faceret & initium fieret harum uiarum: iure dixit de se ipso
dominus creauit me initio uiarum suarum in opera sua. Nam
& si ipse increatus eternusq; est propter causas tamen dictus as-
sumptus creatusq; homo in ipso est. Preterea paulus de saluatore
dixit. Ipse. n. est pax nostra. Medium parietem materie soluēs
in carne sua legem mandatorum in decretis euacuans ut duos
condat in se ipso in uno nouo homine. hoc est in euangelicam
uitam transponat: nos. n. sumus qui creamur in ipso. Quare
quoniam homines assumpsit: & quoniam in ipso primo initia
uite habuimus euangelice ad meliora recreati ut ita dicam nō
irrationabiliter cum pro nobis in unum creetur hominē nuc

etiam potest dicere dominus creauit me. Ad hec scriptum est de saluatore nostro: quia ipse infirmitates nostras accepit. & rursum factus est pro nobis maledictio. & rursus. Eum qui peccatum non nouit: pro nobis peccatum fecit. Quemadmodum ergo infirmitates habuisse dicitur qui nunquam infirmus fuit: Ipse .n. uirtus dei est. Infirmatus tamen dicitur: quia infirmitates nostras portauit. Maledictionem autem factum ait scriptura non quia in maledictionem mutatus sit: sed quia maledictionem nostram perpessus est. peccatum etiam factus dicitur: non quia mutatus a natura sua sit: sed quia peccata nostra tulit in ligno affixus: ita quando nos in unum hominem nouum in ipso creamur: ipse quoque creari dicitur. Idcirco dicit dominus creauit me. Nam si uerbum ipsum dei create substantie quod uos uultis esset: & de se ipso diceret: dominus creauit me: non esset postea homo factus: qui multo ante nostram incarnationem creatura esset. Quod si ita esset: nec nos creati denuo essemus in ipso: nec ipse in se ipso nos haberet: quomodo igitur denuo in nouum hominem creati sumus: nec erubescere facit uos paulus dicens. Ipsius .n. creatura sumus: creati in christo ihesu.

Si autem in christo creati sumus: non erit create substantie uerbum dei: sed quando homo factus est tunc in ipso creati sumus. & ita modo quodam nostri loco ipse dicit dominus creauit me: Nam hec uox nullo modo sibi prout uerbum est congruit sed factus creatura propter salutem nostram qui creator est: ut nos in se ipso denuo crearet: dicit dominus creauit me: & sicut eternitatem eius semper .n. cum patre est: narrans dicit. Ego eram qua gaudebat: & quotidie letabar in facie ipsius. & rursum. Ante omnes colles genuit me: sic quando pro salute omnium formam serui accepit: merito ut homo dicit dominus creauit me. Necesse .n. est ut sicut de ipso ut deo dicitur: In principio erat: sic de ipso quoque ut homine congruentia homini dicantur. Ideo scribitur: dominus creauit me: postremo si quia dicit dominus crea

uit me: creatus est: similiter quia dicit ante omnes colles genu
it me: creatus non est. Aliud .n. est genitum: aliud creatura.
Genitum .n. ex substantia generantis naturaliter exit: creatu
uero ad extra producitur. Quoniam igitur & deus & homo est:
ut homo qdem dominus creauit me dicit. Ut deus autem ex-
clamat: Ante omnes colles genuit me. Qd scriptura uerbis
abutitur non nunq. c. VIII.

SEd genuit uerbum inquiunt non demonstrat omnino
ex substantia patris natum esse filium. Indifferenter
.n. uerbis scriptura utitur. Nam etiam de creaturis de
quibus nulla dubitatio est: hoc ipsum uerbum dici reperies: Fi
lios inquit genui & exaltaui. & rursus. Deum qui te genuit dere
liquisti. Et quis est qui genuit glebas roris? nec roris certe patrē
naturaliter deum dicemus? quare in unum genuit & creauit:
uerba sensum reducuntur: Indifferenter uti uerbis nonnunq
scripturam hoc est abuti non negauerim: nec tamen potestates
ipsam singulorum ignorare concesserim. nam quando creaturas
que producte diuinitus a nihilo sunt ostendere uult: In principio
inquit fecit deus celum & terram: & fecit deus hominem: non
genuit: uerbi autem sui generationem ipse pater ostendens: eru
ctauit inquit cor meum uerbum bonum. Et creaturas in prin-
cipio temporis factas scriptura ostendens: In principio inquit
fecit. De uerbo autem ait: In principio erat uerbum: quia non
in principio temporis sed in principio idest in patre eternaliter
erat. Sicut igitur de uere creaturis non aliter sed abusiue uerbū
genuit dicitur: sic quando de filio creatio dicitur: abusiue ītelli
genda est: ut naturalis eius proprietas conseruetur. Creaturis
.n. gratia dei largitur ut generatio de ipsis predicetur. eterno
autem consubstantialiq; patris uerbo incarnatio creationē attri-
buit: & creature qdem rationales uerbo atq; uoluntate dei ad
adoptionem uocantur. ego .n. dixi dii estis inquit & filii excelsi
omnes. filius autem ineffabilem naturalemq; suam generationē

ex patre significans dicebat: Ego ex patre exiui & ueni. & rursus: ut
aliud esse creaturam: aliud se naturaliter ostenderet: uos inquit de
orsum estis. ego desuper uis sum. Non .n. mentis compos quispiaꝫ
dixerit: localibus spatiis dei filium gloriari: sed humilitatem crea
turarum naturalem ostendens inferiores eas appellat. celsitudineꝫ
uero deitatis sue significans desuper se esse dicit. Quantum igitur
intersit inter genitum & creatum recte primo teneatur. Deinde
non nunq̄ quando nullum inde sequitur fidei detrimentum:
indifferenter uerba capiantur.

De eodem prouerbiorum testu Dominus creauit me initium uiarum suarum & ante omnes colles genuit me. c. VIIII.

Si ante omnes creaturas id .n. colles significant genit⁹ est:
non erit unus ex omnibus: sed aliud preter omnia. Cetere
.n. in ipso ut in principio sunt: & omnia ut creature con
numerantur. filii autem generatio ante omnia est. Quapropter
necesse est ut create nature non sit. Natus igitur ex patre ut uer
bum est. creatus uero ut homo & factus initium uiarum. Sicut
igitur nos q̄uis naturaliter creature simus: tamen cum filium
dei suscepimus filii dei per eum appellamur: sic etiam ipse assump
ta natura nostra q̄uis naturaliter filius sit: creatura tamen appel
latur. Et sicut deus q̄uis creator noster sit: pater tamen etiam per
gratiam fit. Sic & uerbum dei q̄uis deus naturaliter sit: creatura
tamen etiam propter nos factus est. Si ergo non secundum na
turam sed adoptione & gratia nos filii sumus: erit etiam ipse ne
cessario non secundum naturam suam creatura sed dispensatiōe
ac misericordia propter nos naturali dignitate nullo modo im
minuta: sed latius id ipsum iterum exponamus. Ade primo ho
mini uia salutis data diuinitus est: quam preuaricatione diuini
mandati perdidit: ita cecidit in corruptionem & in mortem:
deductus est. Erat igitur opus alterius uie per quam immortali
tatem possemus recuperare: hanc quia nullus hominum poterat
dare: ipse dei filius increatus secundum naturam necessario ut

homo creatur propter nos bona uoluntate patris homine assumpto:
ut quemadmodum dicit paulus uiam nobis innouaret recentem:
simulatq; permanentem & opera patris ita perficeret corpore nostro
ad immortalitatem reformato & morte que per peccatum irru
pit destructa & ipso peccato damnato ceterisq; bonis generi huma
no per ipsum donatis. Si ergo factus homo uia etiam nobis bono
rum factus est: & opera perfecit ea que a patre per ipsum fiunt:
merito dicit: Dominus creauit me initio uiarum suarum ī opa
sua: eternam autem generationem suam significans rursus
ait: Ante omnes colles genuit me: & ante secula fundauit me. Si
ergo & genitus & creatus est: accommodandum est utrūq; decē
ter. Generatur .n. ut uerbum ex patre ante omnia secula. creat̄
uero ut homo. Verbum .n. caro factum est. psalmista .n. de uer
bo ipso ait & canit: qui est ante secula. Si ergo filius ante secula
est: creatur autem in opera patris: necesse est post producta opera
& creaturas patris ipsum qui fuit ante secula creari. In extremis
certe temporibus factus est homo. quare non deitatem eius crea
tio significat sed humanitatem. quando ad reparationem operū
patris hoc est hominum caro factus est: ac ideo dicit dominus
creauit me in opera sua & initio uiarum suarum: quarum por
ro uiarum? uirtutum profecto ac euangelice uite quam prim⁹
ille uixit & nos docuit. Estote inquit misericordes: & lex iubet:
non mechaberis. Ego uero dico uobis: Non concupisces. Ceteraq;
hui⁹modi: que primus ipse fecit & nobis exemplum tradidit ut
faciamus. ideo ait: Ego sum ianua: ego sum uia. Talium ergo ille
operum factus nobis initium merito ut homo dicit: Domin⁹ crea
uit me principio uiarum suarum in opera sua. Quod resurrectio
ni etiam mortuorum accommodabis: & mutationi carnis a cor
ruptione ad incorruptionem & ascensui in celos. Nam horum
etiam omnium factus initium est: creatus ut homo. Et sicut
mortuus pro nobis ut homo ipse dei filius id esse perpessus dici
tur: q̄uis immortalis secundum naturam sit: ita creatus ut homo

creari se ipsum dicit. quia increatus natura sit. Nam cum homo assumptus a filio dei sit: hoc est non alius sit nec aliam habeat hypostasin aut personam a filio dei: non irrationabiliter que hominis sunt sibi attribuit. Adde quod pulcherrima creaturarum sensibilium homo est: is preuaricatione perfectionem perdidit suam: & ex immortalitate ad mortem incidit. Quoniam igitur imperfectum semper esse opus dei non decuit: nec potuit aliter reparari quam incarnatione uerbi: necessario dei filius homo factus est. ideo in opera domini creari se dicit: ut ipsa in debitam sibi perfectionem restituat. Ideo ipse ad patrem ait: Ego te glorificaui in terra: opus perfeci quod dedisti mihi ut faciam. & rursus: Opera que dedit mihi pater ut ipsa perficiam: testimonium perhibent de me. Si ergo factus homo domini opera perficit: atque hominem in se creatum assumpsit: perspicuum est non ipsam naturam uerbi significari: sed hominem assumptum cum dicitur: Dominus creauit me. Opus enim patris homo factus absoluit: quia naturam hominis reparauit: & adduxit patri ecclesiam sine ruga & macula mundam & sanctam. ita facti sumus in ipso noua creatura per obedientiam christi a morte ad uitam restituti. Merito igitur factus homo dicit dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua. Nam si creatura esset filius: ut heretici dicunt: quomodo ei nos uniti deo unimur & dii efficimur? quomodo autem mediator dei & hominum erit christus nisi deus uere & homo uere sit. Nam si creatura esset filius: nullo modo deo naturaliter uniretur. Nec enim naturaliter uniri possunt que diuersa naturaliter sunt. Quomodo autem per creaturam saluati sumus: cum scriptura clamet: Quia non legatus non angelus: sed ipse dominus saluos nos fecit? Quomodo etiam a morte liberamur per ipsum: cum id opus super creaturam sit? Nec possit creatura datam a deo sententiam: Cinis es & in cinerem reuerteris reuocare? Quomodo etiam destruxit peccatum si creatura est? Hec igitur omnia non ut

creatura sed ut filius & uere deus efficere potuit. Ad hec si per imitationem naturalis filii dei nos etiam filii dei per gratiam appellamur: necesse est ut qui natura filius est: essentialiter aliud sit ab iis qui per gratiam filii sunt. Sed qui per gratiam filii sunt: creature sunt. Non est ergo creatura qui natura filius est. Nam si esset creatura secundum hereticos & non natura filius: quoniam scribitur: Omnia in sapientia fecisti: & ipse deus ait: Manus mea omnia fecit: non poterunt certe dicere in qua sapientia & per quam manum filium suum deus creauerit. Nam ipse & sapientia & manus & brachium patris est. Omnia .n. per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Non est ergo creatura dei filius. nec .n. inuenitur sapientia & manus dei per quam factus sit: cum ipse sit sapientia & manus dei per quam deus omnia facit. Quod autem ipse creator non creatura est patet diligenter obseruanti scripturas. Tres .n. illi adolescentes apud babylonios omnem generatim creatam naturam ad benedicendum deum uocantes numquam dixerunt: Benedicat uerbum aut sapientia aut manus dei dominum. nec .n. ignorabant dominum ipsum esse non creaturam.

Diuinus etiam beatus psalmista cum ad laudandum deum angelos potestates celos celorum & lunam & solem ceterasque creaturas ut seruas uocasset: non connumerauit cum laudantibus filium sed contra adorabilem ipsum esse clamat. Et adorent inquit ipsum omnes angeli dei. Si ergo creatura omnis adorat: filius uero adoratur: quomodo erit creatura? Vel quomodo non erit uere filius dei: qui cum patre simul adoratur? Ad hec omnia per ipsum facta esse scriptura clamitat. Omnia .n. inquit euangelista per ipsum facta sunt. Et paulus: Vnus dominus ihesus christus: per quem omnia. Et alibi apertissime a creaturis ipsum separat dicens: Vnum est .n. uerbum dei & efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti: & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Si ergo creator omnium est & omnia nuda sunt in oculis eius: non erit unus de

de creaturis creator: & cui omnia nuda & aperta sunt. non erit de nudis & apertis unus. Cum .n. omnia dixerit: nihil creaturarum extra reliquit. Sic .n. ipse paulus omnia exponit alibi dicens. Cum uero dicat omnia: nihil non subiectum ei dimisit. Si ergo quando dicimus omnia creaturas omnes complectimur: facit autem per filium omnia cui omnia nuda sunt. non erit unus omnium filius: sed aliud preter ipsa. presertim cum scriptum sit omne genu in nomine ihesu christi celestium terrestrium & infernorum flecti. Si ergo illi omnia genuflectunt: non erit ille unus genuflectentium: sed aliud preter ipsa. Scribitur etiam quod omnis creatura ingemiscit: & dolores partus patitur usque nunc liberationem filiorum expectans. Si ergo creatura quidem omnis sic. filius autem nec adoptionem nec liberationem expectat. sed ipse est qui hanc creaturarum spem adimplet: & ingemiscentes ad adoptionem uocat ut libertatis largitor. Non connumerabitur certe cum creaturis. quia ipse ingemiscunt auxilium expectantes. Ille autem ut uerus dei filius ingemiscentes a seruitute liberat. In testu prouerbiorum ante secula fundauit me. c.x.

Scriptum est deus sapientia terram fundauit. Si ergo sapientia terram fundat: per ipsam .n. stabilis permanet terra: diligenter scrutandum est quo pacto sapientia que terram fundat a deo fundatur. Dictum igitur etiam hoc est conuenienti modo prouerbiorum: in quibus uera sapientia occultatur. hoc .n. prouerbiorum proprium est. Sapientia ergo idest filius dei non incipit esse nec fundatur inquantum uerbum sed inquantum homo. Sic .n. ipsa principium & fundamentum edificationis nostre ad pietatem factus est per fidem qua credimus in ipsum & qua in nouam sumus creaturam reformati. ideo non dixit uerbum me aut filium fecit: ne quis hoc quod heretici dicunt suspicaretur. sed fundauit me: ut idem significaretur hic & quando dicit dominus creauit me: ut .n. ibi uiarum initium ad opera domini se factam sapientia esse affirmabat: ita hic fundamentum se iactum

esse ait omnium qui super edificabuntur. Eadem diuersimode di
cens. Ibi .n. initium siue principium uiarum dicitur: hic funda
mentum edificationis uidelicet future per fidem. Vnde paulus q̄q;
scribit. Nullus aliud fundamentum preter id quod iactum est ia
cere potest: quod est ihesus christus. Si ergo christus fundamētu̾
iactum est: oportetq; ut que superedificantur eiusdem nature cu̾
fundamento sint. hoc .n. pacto structura coherens in templum
edificabitur sanctum: patet quia non ut uerbum fundata est: hoc
est fundamentum facta est sapientia. Nulla .n. creatura cum hu
iusmodi naturaliter fundamento construi potest. Facta est igit̾
sapientia fundamentum ut homo in omnibus peccato solo excepto:
& in hoc homine fideles omnes superedificantur propter identita
tem nature. & sicut alibi uitem se ipsum appellat: nos aūt palmites.
ut ostendat eiusdem esse nature palmites & uitem. ita in hoc loco
fundamentum se ipsum esse ait ut naturalem coniunctionem
cum superedificandis aperiat. Edificamur .n. in nouam creaturā
ut habitantis in nobis spiritus templum efficiamur. Sed non erit
inconueniens exemplis etiam falsas hereticorum opiniones repelle
re. forsan .n. erubescentes uel conuerterentur uel saltem minore
impetu minores aggredientur. Quod igitur fundatur hoc est fun
damenti usum prebet: non incepit tunc certe primo esse: quādo
in fundamentum iactum est. lapides .n. uerbi gratia in terra de
fossi fundamentum facti sunt. nec tunc ceperunt lapides esse: q̄do
fundati sunt. sed cum etiam antea lapides essent: facti sunt postea
fundamentum: nec priorem naturam amiserunt. Sic igitur
p̄re sapientiam dei fundamentum factam esse intelliges. Erat .n.
in principio apud deum: & deus erat uerbum: ut scribitur. quan
do autem quasi lapis aliquis absq; manibus de monte demissus
hoc est ex substantia patris profectus in carne nostra quasi in ter
ra defossus est: tunc fundatam se ipsam ait. quasi dicens filius dei
sum uerus: sed homo factus sum ut principium & fundametu̾
superedificandorum per fidem fiam: ut propter carnis conna

turalitatem mihi ipsi eos compungam. Sed quomodo inquiunt incarnatio uerbi per hunc textum intelligetur: cum sapientia ipsa clamitet ante secula se fundatam esse ante quam terra fundata: ante quam montes stabilirentur: cum incarnatio in extremis temporibus facta sit. Facilis cuilibet nobis uidetur responsio: & tamen latius dicere cogimur & multa sepe repetere ad obstruenda hereticorum ora. In extremis ergo temporibus incarnationem uerbi factam nemo negabit. sed deus qui futura omnia nouit eternaliter: eternaliter quoque fundauit quantum ad cognitionem suam filium suum hoc est fundamentum illum futurum constituit: ut nos superedificati in ipso a corruptione in incorruptionem resurgamus. Sciebat enim nos mortales futuros propter peccatum. ac ideo ex misericordia sua ante secula constituit: ut uerbum suum homo & initium uiarum & fundamentum fieret: renouaretque hominem in se ipso factus primogenitus in multis fratribus & origo resurrectionis: quod paulus ad tymotheum ostendit Collabora in euangelio secundum uirtutem dei qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta non secundum opera nostra sed secundum propositum suum & gratiam que data est nobis in christo ihesu ante tempora secularia: manifestatam autem nunc per aduentum saluatoris nostri ihesu christi: qui destruxit quidem mortem: illuminauit autem uitam & incorruptionem ante Si ergo ante seculum ante quam essemus facti uidelicet gratia prescientis omnia dei uocati sumus in christo ihesu: perspicuum est hoc modo etiam ante secula quantum ad prescientiam & ut ita dicam deliberationem dei dominum nostrum ihesum christum fundatum fuisse. ad ephesios etiam scribens paulus ait: Benedictus deus & pater domini nostri ihesu christi qui benedixit nobis in omni benedictione spirituali in celestibus in christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate predestinauit nos in adoptionem filiorum per ihesum christum. Si ergo ante

q̄ creati essemus ad adoptionem electi sumus per ihesum christū
& spirituali benedictione in celestibus benedicimur: quare dubi
tabimus similiter quantum ad prescientiam dei a sapientia dici
ante secula fundauit me. Id ipsum dominus quoq; ostendit di
cens: Venite benedicti patris mei: & possidete regnum quod uo
bis paratum est ante initium mundi. Si autem ante initium
mundi paratum erat regnum non dum factis & paratum ī chri
sto non irrationabiliter dicit de se Ante secula fundauit me: āte
q̄ montes stabilirentur: ante q̄ fontes aquarum prorumperent.
Que omnia creaturarum a nihilo ad esse productionem significāt.
causa uero ut sic dixerim quare presciti sumus in christo & ī adop
tionem ex caritate dei patris uocati hec est: Preuidit deus pecca
turum hominem & in mortem casurum. preuidit etiam conferē
tia generi eius & quomodo renouaretur & ad immortalitatem re
diret. Ideo quasi radices huius spei in filio suo nobis deposuit: per
quem ad adoptionem nos uocauit & omni benedictione spiritua
li non dum factos muniuit. Vt quando preuaricatione in mortē
caderemus ex prisca illa radice in uitam rursus resurgeremus:
& ueluti iam benedicti non omnio semperq; iacere possemus. pre
fundatur igitur ante nos christus: & in ipso nos omnes superedifica
mur: idq; ante initium mundi in prescientia dei ut cum ordine
diuino benedictio maledictionem antecesserit: & damnationem
mortalem uite pollicitatio & seruitutem diaboli adoptionis liber
tas possit natura humana superatis malis que interim acciderunt
in pristinam per gratiam christi qui fundauit eam in bonis digni
tatem recurrere: talisq; fieri: qualem deus ex caritate per filium
suum futuram constituit. Sed similitudine quomodo ante secu
la dei sapientia fundata sit paternis consiliis: sic intelligemus. Ar
chitectus uerbi gr̄a sapiens edes edificaturus regias dubitat uerisi
militer ne quid procedente tempore altior edium structura patia
tur: ac ideo fundamentum iacit firmissimum: & radices operū
robustissimas construit: ut si quid superiora patiantur possint

rursus reparari fundamento seruato. eodem modo creator noster christum nostre salutis fundamentum etiam ante initium mundi fundauit: ut si preuaricatione caderemus: in ipso rursus renouaremur. Quantum igitur ad prescientiam & consilium & propositum patris & omnino deitatis christus ante secula fundatus est: & tempore congruo natus ex uirgine in quo reparati sumus quia ante initium mundi salutis nostre fundamentum ipsum habebamus. Liber. vi. Capitulum primum de eternitate filii & quod inseparabiliter ex substantia patris emanat.

Et quomodo inquiunt arriani eternus esse poterit filius? aut quomodo inseparabiliter emanabit ex patre? Nam quod ex aliquo prodit: pars substantie illius est unde prodit. Quod autem semel separatum est atque diuisum: id totum esse non potest. Quid igitur dicetis de sole qui splendorem hoc est lucem suam emittit. Quid de igne ac de calore qui ex eo emanat? Separationes ne atque decisiones in iis essentiis intelligetis? Atqui sol ita lucet: ut nullo modo minuatur: nec aliquis poterit lucem localiter a sole diuidere: nec separari calorem ab igne uidemus: sed exit ab igne inseparabiliter quasi fructus essentie sue. Sicut & splendor lucis numquam enim erit lux sine splendore neque ignis sine calore: semper enim cum istis rebus sunt que ex ipsis generantur. Sic igitur & filium intellige ex patris essentia emanare: ita ut eternaliter & in ipso sit & in propria hypostasi esse non dubitetur. Nec ullo pacto imminuere patris essentiam credatur: nec ab eo separari intelligatur. Nam & pater in ipso est: & ipse in patre. Vnde uere dixit ego in patre sum: & pater in me. Et quoniam propter incommutabilitatem ipse in patre cernitur & pater in ipso: uere illud quoque ab eo dictum est: ego & pater unum sumus. Qui me uidet: uidet & patrem. Miror autem quare qui contendunt separatum esse a patris essentia filium: quoniam a patre prodit: & ita pars sit non integra: non dicunt splendorem quoque lucis dissseparatum esse a luce & calorem ignis ab igne & uerbum a mente

sine intellectu. Quare inquam non ostendunt has quoque partes esse
& quidem separatas a rebus unde profluunt? Ostendat splendorem
lucis absque luce umquam fuisse & ignem absque calore & mentem sine uer
bo: & tunc forsan talia etiam de uerbo dei cogitari poterunt. Si non
hec corporea & creature simul semper sunt neque umquam separantur:
quomodo non erunt impii separationes passionesque decisionesque na-
ture deitatis accommodantes que in immensum creaturas omnes
excedit. Sed quomodo inquiunt Coeternus patri filius erit: cum
animalia uniuersa que nascuntur ab aliis multo posteriora pa-
rentibus sint? Aut quomodo filius uerbum patris aut imago erit:
cum uerbum hominum nec per se subsistat: & postea quam dictum sit
euanescat? cum manifesta fecerit que in mente & in profundo
cordis locata sunt? Si nihil plus in deo ponitis quam in homine erit
secundum uos posterior patre filius. Sin autem multo excelsior
illa natura quam nostra est: nec est aliquid commune substantie no
stre & substantie dei: quomodo humane imbecillitati deitatem
subicere non erubescitis? Nam quanto substantia substantiam
excellit: tantum & generatio diuina hominis generationem. Cor
ruptibiles nos sumus. deus incorruptibilis. A nihilo ducti nos.
deus semper & erat & erit: immo autem est. qualis uero genitor
in omnibus est: talis & qui ab eo nascitur. Sed deus pater eternus
est: eternus ergo & filius suus est: lux est pater. huius lucis splen
dor semper cum ipsa est: & hominis quidem uerbum ad nihilum
redigitur: neque uiuum neque subsistens est. Nam & homo qui hoc uer-
bum emittit & ex nihilo productus est & corruptioni subicitur.
Verbum autem dei uiuum est & ex uiuo patre profluit: & ideo
semper est. Numquam enim erat. sed nec erit umquam deus absque uerbo. Vnde
paulus de ipso. Viuum enim est uerbum dei & efficax. creator igitur
est. & omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.
Sed non est inquiunt christus innata dei uirtus & sapientia. alia
enim est quam illa de qua paulus dicit. Eterna eius uirtus & deitas. Non
enim christus solum uerum etiam multe alie sunt uirtutes & sapientie

preter illam innatam deo. Nam illa quidem innata ueraque dei uirtus creatiua omnium est. Cetere uero per ipsam facte sunt. Quarum uis precipua quedam uirtus dei preter alias christus sit ad hoc creata: ut imbecillia confortet: ut insipientiam stulta redigat: ut iustificet omnia que iustitia indigent. Illa igitur innata dei uirtus inquiunt eterna et increata et semper in patre est. Christus uero propter dictas causas factus fuit. Si autem nonnulli quia scribitur apud paulum: Christus dei uirtus et dei sapientia ipsum putant esse innatam dei uirtutem. quid dicent cum deum audiant dicentem de eruca uirtus mea magna? aut quid facient cum multas uirtutes psalmista esse significet canens. Benedicite dominum omnes uirtutes eius. Si propter hec factus est filius dei: ut arriani dicunt: ut ad sapientiam redigat stulta: ut imbecillia confortet: ut indigentia iustitie iustificet: nos ergo causa sumus ut ipse factus sit. quare nec factus esset nisi deus creaturas producere uoluisset? et organum hoc est instrumentum creationis nostre fuit: si factus est propter nos. Nunc igitur sicut sapiens propter stulta que in sapientiam rediguntur et uirtus propter corroborata imbecillia secundum uos appellatur: sic et filius nominabitur propter adoptatos per ipsum dei filios: ut nihil proprie sit propter se ipsum: sed omnia propter nos. Quomodo igitur in psalmis cantatur ipse nos fecit et non ipsi nos? Nam etiam si creationis nostre ipse auctor esse uideatur: sed nos sumus causa secundum uos ut ipse produceretur: sicut et celum propter generationem generabilium factum est: et sol ut tenebrosa illustret: et terra ut animalia sustentet: et ita nihil magni erit in filio quod in creaturis non sit. Minister enim ille quoque sicut creatura erit: immo maioris dignitatis cetere creature uidebuntur. quarum causa ille productus est. Vides quot impie dicta ex opinione falsa hereticorum sequuntur. sed fatentur innatam dei uirtutem et sapientiam non esse creatam. Nolunt ergo cum filium audiant increatum patrique coeternum esse: duo increata

cogitare. Nos. n. sapientiam ipsam & uirtutem dei patri coeter
nam ipsum filium esse credimus qui omnia fecit: qui propter nos
caro factus est ut iohannes ait. Ad hec omnia: cur pater uniuersa
per filium operatur? cur in baptismate cum patre connumerat?
si creatura est non creator? quid opus erat creatura ad sanctifica
tionem nostram? aut cur in protectorem nostrum inuocamus?
cum ad nullam creaturam sicut ad ipsum refugiamus? Ad solum
.n. refugimus ut ad coeternum patri filium. Cur etiam si deus
ita uere ut pater non est: in ipsum creditur? Aut cur ab ipsis quoque
hereticis creator omnium nominatur: nisi eodem modo creator
sit quo pater? Omnia inquit patris mea sunt. Est autem in patre
creandi uirtus: eadem ergo etiam in filio est. Similiter saluare
sanctificare & omnia que deo conueniunt ita in filio sunt sicut in
patre. Deus igitur uerus non aliter quam pater est: non factus ut he
retici fingunt: sed ex patris substantia proprie profluens. De
eodem uidelicet quod filius creatura non est. c. ii.

SI omnis creatura patrem ignorat: nouit autem solus filius.
Nullus. n. inquit nouit patrem nisi filius. non erit pro
fecto filius creatura. Preterea nulla creaturarum natura
deus est: filius uero natura deus est. Non est igitur creatura. Nam
si filius natura deus non esset: miserius modo esset genus huma
num quam antea. quia cum credat se a seruitute falsorum liberatam
deorum in eandem incidit impietatem deo seruiens qui natura
liter deus non est. Ad hec omne creatum aliud penitus natura est
quam increatum. Nec potest increati gloria equaliter frui quod crea
tum est. Non. n. inquit dabo gloriam meam alii. filius autem
in gloria patris uenit: & equaliter illa potitur. Non est ergo crea
tura. Accedit quod scripture uerum esse deum filium affirmant.
& omnes iam ita credimus. Quod uero creatum est recens est. nec
fas est in recentem credere deum. Increatus ergo & uerus deus
filius est. Longe namque aliud creatum ab increato est. & sicut increa
tum adorare iubemur. sic ab adoratione creati a scriptura ue

tamur. filium autem adorare iubemur. Non est igitur filius, aliud a deo nec creatura sed deus uerus & increatus. Accedit qđ nulla creatura libertatem largiri potest: cum ipsa seruiat: filius autem nos liberauit. Non est igitur seruus sed dominus & deus secundum naturam. Creature nanq; omnes naturam diuinitus sibi datam consequuntur: & ita deo seruiunt. Ipse uero deus omnem huiusmodi nature necessitatem excedit. & ideo nō seruit sed dominatur. Ipse nanq, naturam ut legem spetiebus singulis imposuit. filius autem liber est & natura dominus. nō est igitur creatura. Adde qđ nulla creatura deo patri naturaliter similis est: filius uero ita similis naturaliter est: ut qui eum uidet patrem uideat. Increatus ergo sicuti pater est: dominus.n. & rex glorie filius dicitur. Creature uero diuine glorie seruiunt. Adde qđ omnia que a nihilo producta sunt possunt etiam si creator uoluerit ad nihilum redigi: quod de filio dicere nefas est. Non est igitur a nihilo productus ut creatura: sed ex patre genitus. ut uere filius. Preterea omnis rationalis creatura potest errare. filius uero nullo modo potest. Ad hec nulla creatura unquam substantiam a nihilo producere poterit. immense nanq; id uirtutis est. creatura uero quelibet cum mensuram habeat certam immense uirtutis esse non potest. filius autem creator omnium est. quomodo igitur erit creatura. Accedit qđ creata omnia inquantum creata sunt conueniunt inter se: nec ullam differentiam in hoc habent. quare si filius etiam creatura esset: conueniret in hoc necessario cum ceteris creaturis: sed nulla in re cum creaturis conuenit. Quomodo igitur uerus deus non erit. Preterea omnis creatura in tempore facta est. nullum uero tempus generationem filii precessit: nec spatium aut duratio ulla: non est ergo factus sed genitus. Nam si tempus siue duratio aliqua creata generationem filii precessisset: non esset ipse creator omnium. Qđ si spatium siue duratio generationem filii precessisset: increata sit: erit aliud preter deum increatum: quod dictu

nefas est. Si ergo nec tempus nec spatium nec duratio ulla ante filium fuit: quomodo dicunt prefuisse patrem filio: cum inuenire non possint quo prefuit. Accedit q(uo)d rationales creaturas nō natura sed participatione atq(ue) gratia deos scripture appellant. filium uero non participatione ac gratia sed natura deum nominat. Soli .n. natura deo debetur adoratio. filium autem adorare iubemur. Aliud igitur est q(ua)m creatura. postremo creatorem esse filiū concedunt: creatum etiam esse contendunt. Quare si creator creatus est: est autem etiam pater creator: cur ipsum quoq(ue) nō dicūt a nihilo productum? quia uidelicet impossibile est totius nature creatorem ab alio creari. Quomodo igitur & creatorem omnium esse filium: & creatum esse opinantur? Nam excogitare potest quispiam mentis compos creare quod creatur: & a nihilo producere quod a nihilo productum est? Velint queso diligētius quid dicunt perpendere. precipua .n. dei ueri proprietas est: ut a nihilo possit substantias producere. Id filium posse non negant. quomodo ergo non deus uerus sed creatura erit?

Q(uo)d non est in deo generare & creare. c. iii.

SI generare & creare & filius & creatura idem esset in deo: non de solo unigenito pater dixisset: hic est filius meus dilectus. quippe cum etiam de creaturis similis oratio dici posset. quid autem plus q(ua)m nos haberet filius: si generare & creare idem esset? Q(uo)d si creature etiam generate proprie dici possunt: quomodo unigenitus erit filius dei? Preterea quod a deo generatur: natura deus est. quod autem creatur non est natura deus. quomodo ergo creatum & genitum idem erunt? Q(uo)d si idem esse ponantur: erunt omnes creature filii dei. Sed angeli tanto magis quanto ceteris creaturis prestant. Sed nulli unq(ua)m angelorum dixit filius meus es tu. Aliud ergo est creatum: aliud genitum. nam si idem essent: esset qui creat naturaliter pater. Creat autē etiam filius. Esset ergo ipse quoq(ue) pater: quod dictu nefandissimū est. Ad hec si creatura etiam genimen erit: erit omnis creatura

uere filius dei: & ita uerus filius non erit dominus & deus omnium creaturarum: sed frater. Est autem dominus & deus omnium uere. Non sunt ergo cetere creature genimina dei. Non est ergo idem creatura & genimen. Nam si idem essent: creator inquantum creator esset genitor & genitor similiter creator: quod impossibile est. Creator .n. ad extra producit: genitor uero ex seipso generat. postremo si idem est creatura & genimen: quoniam spiritum sanctum per errorem sacrilegum creaturam opinantur: erit ipse quoq; genimen. Si ergo patris non erit filius unigenitus: sin autem filii erit filius filii: quorum utrunq; impium est: Adde qd filium pater ex se & non per alium generat: creaturas uero ipse per filium in spiritu sancto producit. Aliud est ergo generare: aliud creare ac facere. Qd si facere ac generare idem sunt: cur non dicitur deus terremotum pestem diluuiumq; generare? sed facere? Preterea si unde generat deus inde etiam creat ut heretici uociferantur: erit aranee similis. Que ut aiunt inde generat unde facit. quod & si concesserimus in araneis que naturali seruiunt legi: pie tamen in deo non concesserimus: qui non nature seruit: sed nature creator est. Sed si quia nulla compositio est in deo: idcirco similiter generat & facit ut isti contendunt: erit prescire quoq; ac facere idem ne uidelicet compositio hinc accidere uideatur. Et si hoc quoniam prescire ipsum mala non negabitis: an concedetis mala que ab ipso presciuntur: ab ipso quoq; fieri? certe nō facietis. Qd si aliud est apud ipsum prescire: aliud facere: neq; hinc simplicitas eius leditur: erit similiter aliud generare aliud creare in deo: nec ulla propter hoc compositio erit. Ad hec si facere & generare idem sunt: erit natura & operatio idem. Natura enim generat: operatio autem facit. sed non sunt idem natura & operatio. Aliud est ergo generare: aliud facere. Accedit qd qui facit: creator quidem est. qui uero generat: pater. Aliud est autē pater: aliud creator. Aliud ergo facere erit: aliud generare. po

stremo si idem est generare & facere: simul deus & generat & facit & omnia sunt eadem ratione & creature & filii: quod absurdissimum est. & deus similiter simul & pater & creator. fuit autem eternaliter re ipsa pater. fuit ergo eternaliter actu creator. & ita nobis necessario non filius solum uerum etiam creature patri erunt coeterne: quod falsum est. Liber septimus captlm pm. aduersus eos qui dicunt quod filius non est uerbum patris uerum: sed aliud natura quam pater.



I filius inquiunt uerbum patris est: & est ipsi consubstantialis in nullo a patre poterit differre: & ita pater etiam uerbum poterit appellari. quod apostolorum predicatio & diuine scripture non patiuntur. pater. n. pater est & non filius. & filius solummodo filius a scriptura nominatur. Aliud ergo ipse a patre est: nec potest eiusdem esse substantie. quare nec uerum ipsius uerbum neque ex ipso est cum eiusdem nature non sit. Qui hec dicunt: iohannis obliti omnino sunt. Verbum .n. ipse filium sic appellat: ut hoc nomen quasi proprium & ipsius esse filii maxime significatiuum elegisse uideatur. In principio inquit erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum. Vides quomodo ipsum esse filii secundum naturam hoc nomen significat. deus .n. erat uerbum ait. Quod si non esse filii secundum naturam uerbi uocabulum ostendat: aliud quid certe significabit. Quare necesse erit querere quid est filius secundum naturam si uerbum non est: nec esse ipsius uocabulo uerbi significatur. Nam ueluti si architectum aut lapicidam diceres non natura rei significaretur: sed artificium. Ita si non esse filii secundum naturam quando uerbum dei dicimus significatur sed artificium ponamus. Cogemur querere quo nomine proprie artifex ille appellatur. Frustra etiam euangelistam miramur: & quasi magnum quid & proprium tonasset. Tonitrui filium appellamus. Multis .n. nominibus

scriptura filium appellat: sed euangelista cum uerbum dixerit quasi proprium: idque mirabile atque inauditum pronuntiasset: nihil aliud apposuit nec dixit ut de paulo uerbi gratia scribitur: paulus apostolus: suffecit .n. sibi ad significandum ipsum esse filii uerbum dixisse. Verum igitur patris uerbum filius est: neque est aliud uerum patris uerbum quam filius. Nam si ea de causa putant heretici non esse filium patri consubstantialem: quoniam neque pater uerbum est: neque uerbum pater: & propter differentiam personarum substantiarum quoque differentiam inducunt: quomodo abel & adam consubstantiales dici poterunt: cum neque abel possit esse adam: neque adam abel? Quod si differentia personarum identitatem nature non destruit in hominibus: quomodo non erit impium ea de causa putare supernaturalem dei substantiam diuersificari? Sicut igitur si non esset consubstantialis patri filius: non esset uerbum patris uerum: sic quoniam consubstantialis est: uerum eius uerbum est. Ad hec substantiarum nomina ipsarum substantiarum sunt significatiua: & maxime que prima & propria sunt. Magnam tamen in ipsis differentiam inspicimus. Alia .n. uniuersalem habent significationem ab aliis uniuersaliora significata in singula inciduntur. ut uerbi gratia. homo simpliciter & absolute ipsum humanum genus significat: hoc est ipsum esse hominum. Paulus autem & petrus & iacobus ceteraque huiusmodi in singulos uniuersale illud significatum hominis scindunt. Nec ista differentia singulorum singulis nominibus notata facit: ut natura ipsorum singularium alia atque alia in singulis sit. Pater igitur pater est: & filius uerbum. Nec tamen ideo nature diuersitas inducitur. quoniam sola diuersitate relationis que diuersis nominibus significatur: nec alia re ulla distinguitur. Relationes autem consubstantialium diuerse nominaque ipsarum relationum diuersa non possunt ut exemplo docuimus naturalem coniunctionem delere. Quare necesse est ut eiusdem substantie cum patre filius sit: quamuis ille semper pater solummodo sit & hic semper filius atque uerbum. Cum .n. essentia

patris

patris simplicissima sit: & ex eo prodeat uerbum suum nihil aliud in
ter generationem uerbi & patrem intelligi potest quod possit pro
hibere ne uerbum eiusdem nature sit cum eo cuius est uerbum.
Sed in euangelio inquiunt scimus filium ad patrem dicere: Pater
glorifica filium tuum: & a patre ipsi responsum fuisse: Et glorifi
caui. & rursus: glorificabo. Quomodo igitur filius uerbum patris
erit uerum: cum ad eum pater loquatur? locutio .n. absq; uerbo
fieri non potest. Aut ergo per ipsum filium si uerum uerbum
est loquitur filio pater: aut si hoc absurdum est: aliud est illud uer
bum interius atq; naturale: quo ad filium locutus est pater. Non
est parua impietas: siquis credit modo humano per labia & guttur
& linguam uerbum diuinum emitti: & aures audientium uerbe
rare. Non conuenit certe huiuscemodi fictio ulli incorporali na
ture. Nec illa uox patris proprie ac naturaliter fuerat. Sed sonus
quidam factus: quo significabatur quante dignitatis filius sit apud
patrem. Non .n. solus dominus audiuit: sed discipuli quoq; om
nes. Quod autem uox illa collisione corporum facta fuit: non solum
hinc patet quod aures discipulorum percussit: uerumetiam ipse do
minus aperte ostendit dicens: Non propter me uox ista facta
est: sed propter uos. Si ergo miraculose facta est illa uox uolun
tate diuina: Non propter christum sed propter discipulos qui
non poterant aliter uoluntatem paternam in glorificando filio
discere nisi uoce humana: non erubescent isti que propter nos
miraculose ac per dispensationem facta sunt ipsi nature deitatis
indecenter attribuere? De eodem alio modo. c. ii.

Sed inuenitur inquiunt pater dicens ad filium: Faciamus
hominem: & ipse saluator ad iudeos: Ego a me ipso non lo
quor: sed que a patre audiui hec nuntio uobis. Quid igitur
respondebitis siquis interroget utrum pater ad scientem filium
quod dicturus erat: an ad nescientem locutus sit. Nam si ad nesci
entem antea & tunc discentem quando uerbum patris percepit:
aliud profecto ipse uerbum erit quam illud natura intrinsecum quo

didicit. Sin uero ad scientem: quomodo non erit stultum sci-
entem docere? Quippe nemo id nisi stultus faceret. quoniam
ergo deo attribuendum hoc non est: ut scientem doceat: non
erit filius ipsum intrinsecum ac uerum patris uerbum neq;
per se ipsum scire potest patris uoluntatem nisi uerbo doceat.
Quid ergo differet a prophetis uerbum dei quod in ipsis locutum
est & futura predixit eis. homines. n. erant & ut homines fu
tura ignorabant: quorum precognitio soli conuenit deo. Quid
igitur faciemus: cum ipse dominus longe se a prophetis his
uerbis disseparet: si illos dixit deos: ad quos uerbum dei factu
est: nec potest dissolui scriptura quem deus sanctificauit mi-
sit in mundum. Vos dicitis quia blasfemaui: quia dixi quia
filius dei sum. Si. n. prophetis sicut creatura exequaretur no
sicut a minore ad maius comparationem prophetarum ad se-
ipsum faceret. Nam cum dicit si illos dixit deos ad quos uer
bum dei factum est: aperte ostendit non factum fuisse ad se
uerbum dei sicut ad illos: sed qd ipse sit patris uerbum i pro-
phetis locutum. Quomodo igitur ut prophetam nescire futura
& audiendo discere impie dicere audent? Nam si uoluntatem
patris ignorat & ideo expectat ut per uerbum ipsius patris di
scat: non est maior prophetis. Cur igitur psalmista canit. Quis
in nubibus exequabitur domino in filiis dei? neminem. n. aper
te exequari filio ait: nec in ipsis prophetis quos & nubes tropolo
gice dixit: nec in filiis dei i dest per gratiam baptismatis iam
adoptatis. Si ergo impium est spiritum sanctum per psalmistam
mentiri affirmare: omnes excedet dominus: eritq; uerbum dei
uerum & patris uoluntas ac sapientia. Preterea si aliud uerbum
insitum patri est secundum naturam q illud de quo scripture
loquuntur: ut sit aliud intrinsecum & quasi occultatum in pa
tre: aliud enuntians manifestansq; mysteria dei: quod deum esse
iohannes asserit: erit compositio in deitate. Componetur. n. se-
cundum istos deus pater ex essentia & uerbo suo intriseco. Sed

compositum esse deum penitus impossibile est: & omnibus ita
uidetur. Vnicum ergo dei uerbum est naturale atq; intrinsecū:
& id est filius suus. Aliter necesse esset confiteri secundum istos
uerbum dei quod per euangelium predicatur nescire myste-
ria patris: sed collocutione paterna discere: atq; sic ex ignorā-
tia ad scientiam commutari. Quomodo igitur uere dicet: Ego
& pater unum sumus? Aut quomodo incommutabilis imago
genitoris erit: nisi forte dicant patrem etiam ipsum ignora-
re & cogitando adinuenire. Nam si omnia scit sicuti certe
scit: estq; uera imago sua filius: impossibile est non unam eā-
demq; patris & caracteris sui scientiam esse. Estis ne sic īdocti
inquiunt: ut imposita uocabula rebus non alia esse cōtēdatis
q̄ res ipse sint. Ecce celum opus dei precipuum & nomen ei
longe aliud: neq; .n. res precipua est. Preterea celum ipsum res
uisibilis est. Vocabulum uero suum non uisui sed auditui sub
iicitur. Filius ergo dei uerbum dicitur: nec tamen ita uerbum
est: ut multi intelligunt sed aliud quid naturaliter q̄ uerbum.
Tacere oportet nec ad huiusmodi rationes respondere. Et tamen
ne simpliciores ab istis seducantur: tacere non possumus: di-
cimus igitur uocabula rebus imposita ipsas rerum essentias
significare: etiam si alia sint preter ipsas. Homo .n. uerbi grā
uox ista dico: aliud est q̄ ipse homo: & tamen substantiam
ipsius hominis significat. Nam si non significaret ipsum ho-
minem: hoc nomine audito non intelligeretur homo sed ali-
ud quippiam quod dictu stultissimum est. Non ergo aliud
intelligere debemus q̄ quod per uocabulum significatur. &
ita furor hereticorum deprimitur aut demonstret nobis
eunomius non esse proprium uocabulum filii dei uerbum
ut hostis diuinarum scripturarum & precipue iohannis euan
geliste reperiatur: qui appellationem hanc tanq̄ maxime
propriam filio dei posuit. Aduersus aliam eunomii
obiectionem. c. iii.

Sed quomodo inquit filius dei uerbum & sapientia erit cũ sapientia scientia quedam sit: uerbum autem prolatio uocis: uoces autem neq; subsistunt neq; animalia sunt: filius uero animal est. Quare nec sapientia nec uerbum patris. Ad humana rursus defertur oblitus uerba de deo fieri. Sed forsan nescit humanis quidem uocabulis de deo nos uti: ubi omnia longe aliter q̃ res humane intelligenda sunt. Verbum .n. hominis non subsistit: sed uox ex ore prolata dissoluitur. Verbum autem dei non ita se habet: sed uiuum est ex uiuo & subsistens ex subsistente. Similiter autem de sapientia & scientia dicendum est. Sapientia enim nostra non subsistit: dei autem sapientia subsistit. Intelligere naq; deberet tanto que de deo dicuntur modum humanum excedere: quanto humana substantia a dei substantia exceditur. Sed nescio quomodo in tantam impietatem ex ignorantia forsan incidit. Animal .n. filium dei appellat: neq; considerauit aliud esse animal: aliud uitam: sicut scientem & scientiam. Vita .n. & res illa que participata uiuificat. Animal uero quod uita participat. Dominus autem non animal se ipsum sed uitam appellat. Qđ si quia uita est animal etiam secundum ipsum erit. Cur etiam patrem aĩal non appellat: de quo scribitur: Viuo ego dicit dominus? Illud ergo apostolicum ad eunomium recte dicentes: Excogitationes tue tecum sint in perditionem: non animal ut ipse sed ipsam uitam dominum esse predicabimus: qua omnia uiuunt. In ipso .n. ait paulus uiuimus & mouemur & sumus. Ad hec uerbum apud scripturas filius appellatur: & prolationem uocis acutus homo intelligit. Ignorans ex nostra consuetudine uocabulum esse sumptum. Loquitur .n. pater ineffabiliter ad filium. habet enim filius naturaliter perfectam uoluntatis paterne cognitionem: nec uerbum expectat: cum ipse sit uerbum dei. Quando igitur de deo more humano aliquid dicitur: qui audit non humano more sed spiritualiter diuina intelligat. Qđ uocabulum ũbi sufficit ad significandam eternã ex parte filii g̃nationem. c. iiii.

Sed non sufficit eunomius inquit uerbi uocabulum ad significandum uerum filium. Non n. manifestari potest per illud ipsum esse filii. multa n. alia uocabulo uerbi nominantur: que non subsistunt. Hac ipsa ratione dei etiã uocabulum non sufficiet ad significandum ipsum deum. Multi n. alii quãuis natura dii non sint: sic tamen appellantur secundũ illud: ego dixi dii estis: illud etiam quispiam poterit dicere. quoniam bonus sanctus ceteraq; huiusmodi de hominibus quoq; per participationem ueri boni & ueri sancti dicuntur non proprie de deo ista dici. Qd si multa nomina deo & creaturis communia sunt: & tamen de ipso solo secundum naturam uere dicuntur: quid prohibebit uerbum etiam proprie etiam filium dei appellare: & hoc uocabulo maxime ipsum esse filii prout homines percipere possunt significari: quãuis multa quoq; alia uerba sint abusiue & ad imitationem ueri uerbi appellata? hac de causa ipse de se dicit: Ego sum ueritas. Quare quicquid de deo dixeris: quod ipsi uere conueniat: de illo quidem proprie: de aliis uero abusiue dictum non dubita. Sed uerbum a scripturis dicitur eunomius inquit non quia ex patre secundum naturam sit aut quia ipse filius sit intrinsecum atq; insitum patri uerbum. Sed quia patris uerbum audiens nobis enuntiat sicut sanctificatio quoq; dicitur filius: quia sanctificat: & iustitia quia iustificat. Si uerbũ dei appellatum est secundum eunomium: non quia secundũ naturam ex patre sit: & genitoris essentiam in se ipso demõstret. Sed quoniam qd a patre uerbum audiat: id nobis enuntiet: seruet in ceteris quoq; eandem consequentiam rerum ut sua impietas apertius detegatur. Nam si uerbum dicitur filius qa uerbum audit: erit participatione uerbi uerbum: & consequenter sanctificatio & ueritas non secundum naturam sed participatione sanctitatis & ueritatis. Que autem non secundum naturam insunt: sed extrinsecus adueniunt: facile quoq; perduntur. Dicat igitur queso quando filius dei nec sanctus nec bonus & cetera

huiusmodi sint: & cum dicat qui uidet me uidet & patrem. hec blasfemia usq; ad patrem eius perueniet. Desinat igitur has leges scripturis imponere. Nemo .n. ita insanus erit ut spero ut cauillatorias expositiones suas de uerbo dei potius sequatur: q̄ ipsum spiritum sanctum. Spiritus .n. sanctus filium dei uerbum per scripturas nominat. Eunomius autem non uerbum sed uerbi participem. Nam si uerbum a patre ipse audit: ac ideo sic appellatur secundum ipsum: non erit uere uerbum sed uerbi particeps. Aliud .n. est participans: aliud participatum. Ut exempli causa. Aliud est sapiens qui sapientia participat: aliud sapientia que participatur: & aliud grammatica: aliud grammaticus. Quare necesse est ut uel uerbum esse filium dei & non uerbi participem fateatur. Vel si uerbi participem dicit: uerbum non nominet: sed aperte bellum scripturis indicat. Nam utrumq; simul & particeps & participatum respectu sui ipsius esse nō potest. Quare nos qui pietatem sequimur sacram secuti scripturā uere uerbum dei filium credimus. Et dicentes eum per participationem uerbi uerbum maxime abhorremus.

Liber octauus. cap. p^m. Eunomii obiectio ex textu apostoli: Ideo & deus eum exaltauit & c̄.

SEd scribitur apud paulum inquit eunomi᷒: hoc sentite in uobis fratres quod & in christo ihesu qui cum esset in forma dei non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. Et paulo post: Ideo & deus eum exaltauit: & donauit ei nomē quod est super omne nomen. Si ergo exaltatus a deo & glorificatus est & per gratiam accepit nomen quod est super omne nomen: idq; quoniam humiliauit se ipsum ut humilitatis mercedem accepisse aperte scribatur: non potest esse natura deus aut fili᷒: quippe cum hec sibi accesserint: quoniam humiliauit se ipsum: & certe quod exaltatur per donum dei: humile per suam naturam est: & ab inferioribus ad superiora ducitur & quod dono

aliquid accipit: eget ea re quam accipit. & qui se humiliat ut exaltetur supremumque nomen acquirat: non erat talis natura sed factus est per gratiam. Quare nec deus natura poterit esse. Quenam honoris accessio facta est illi qui cum in forma dei esset serui formam accepit? immo quomodo non uidebitur potius exinanitus qui summa & sublimia sponte dimisit & ad infima uenit? Deus uerus factus est homo: quam mercedem hinc consecutus est? uel quomodo glorificatus est qui a deitatis gloria in dedecora humana descendit? Aut quomodo exaltatus est qui a summitate dignitatis diuine in humilitatem nostram deuenit. Nam quem profectum hec humilitas habet? Vel quid melius homo factus inuenit: qui optima omnia cum patre semper habet? Nam si deus altissimus est & in altissimis habitat: quo ultra altitudinem dei potuit exaltari? Quomodo autem & humilis factus est qui semper in sinu habitat patris? Si hac de causa descendit ab altissimis ut exaltaretur: quid erat opus descensu? Altissimus .n. semper & fuit & est. Similiter si ideo se humiliauit ut glorificaretur: quid erat opus humiliatione illi qui semper in deitatis gloria est? Stultissimum dictu est mihi crede cum labore querere quod absque labore habere potes. Quomodo autem nomen quod est super omne nomen accepit: qui semper in eo ipse nomine adoratus est? Semper .n. ut deus a creaturis colitur. Audi scripturam. Deus in nomine tuo saluum me fac. Et adorent nomen tuum domine magnum: & ante solem permanet nomen eius: & date gloriam nomini eius. & isti in curribus & isti in equis. nos autem in nomine dei nostri magnificabimur. Quomodo ergo accepit nomen quod semper habebat? Sed manifestum uidelicet est. quia uerbum in principio erat & deus erat uerbum & erat semper in principio apud deum. In extremis uero temporibus propter salutem nostram uerus deus factus homo uerus humiliauit se ipsum. & ideo dicitur exaltari non secundum

uerbi naturam sed secundum incarnationis mysterium. Nam cui humilitas congruit: hic exaltari quoque dicitur conuenienter. humana uero natura res humilis est. ipsa ergo exaltari quoque intelligitur. Nunquam enim de uerbo dei tale quid in scripturis inuenies: nisi secundum quod factum est caro et habitauit in nobis. Si ergo secundum assumptum hominem humiliatio facta est et exaltatio quoque secundum assumptum hominem facta necessario est. Unde paulus ait pro nobis introiuit ihesus non in exemplaria uerorum sed in ipsum celum: ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Quemadmodum igitur quamuis in celis et coram facie patris et cum patre ipso semper fuerit futurusque sit: tamen pro nobis modo celum ingreditur et apparet patri ut homo uidelicet: sic etiam nunc pro nobis exaltatur et glorificatur: et nomen accipit quod est super omne nomen. Ut quemadmodum in ipso celum ingredimur: et patri coram apparemus: sic in eo quoque glorificati et exaltati dii per gratiam efficiamur. Quod autem hec ita se habeant psalmistam audi saluatoris ascensionem in celos in spiritu exponentem Tollite portas principes uestras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. hic enim sanctis celorum uirtutibus per spiritum sanctum imperatur: ut ingredienti christo portas aperiant. qui tamen ut deus intus in celis semper erat. Non erat igitur opus sicut deo sed sicut homini portas celorum aperire. Quare sicut non ut deus sed ut homo propter nos et pro nobis celos ingreditur ut nos per se ipsum introducat et hanc uiam nobis aperiat. Sic quamuis semper altissimus ut deus sit: tamen ut homo propter nos exaltatur ut in ipso nos quoque exaltemur: et ita reformaret nos in se ipsum: totamque naturam nostram ad creatoris imaginem renouaret. Hoc igitur modo uniuersa hec et similia que de christo dicuntur intelligenda sunt. Altissimus dei filius semper est ut deus exaltatur ut homo: nullius indiget rei ut deus: et tamen multa ut homo accipit. Adorabilis semper ut deus et nunc adorari incipit factus homo: et qui uita est ut deus mor-

tuus est ut homo. Sicut igitur mors uerbo dei non detrahit: sic quo-
niam accipit a deo multa ut homo: nihil hec sibi acceptio detrahet.
& ideo ihesus christus in gloria dei patris est. Homo enim factus perditos
nos adinuenit: attritos restaurauit: ab errore ad se ipsum reuocauit.
Que omnia tendunt ad gloriam dei patris. Nemo igitur perturbetur
si que conditioni seruorum congruunt sibi accommodantur. Nam
si homo uerus ex misericordia factus est non iniuria que hominis
sunt uniuersa preter peccatum sibi quoque accommodantur. Est
autem nature humane proprium a deo accipere. Quid enim habet
quod non accipit: ut scribitur. Vt homo igitur per gratiam a dei-
tate accipit que ut deus naturaliter habet. Quare a se quoque ipso ut
a deo ipsemet accipit ut homo. Nam si omnia pater per filium
facit & sine filio factum est nihil: necesse est credere quod ipse sibi ipsi
exaltationem dedit: & gratiam patris deificato assumpto templo re-
cepit etiam a se ipso prout est uerbum patris & in serui forma ui-
sus adorabatur qui hoc cum patre semper habuit. Gratia ergo &
exaltatio ipsi sicut homini accidit. Sed uerbum dei qui hominem
assumpsit que homini accidebant sibi accommodat. Non est enim
alterius illa caro quam filii dei. & ideo filium dei hominem illum pre-
dicamus. Vnus enim christus est deus uerus & homo uerus: non quia
mutatus sit in aliquid quod non erat. sed quia templum sibi ex uir-
gine assumpsit. Preterea sedes tua inquit psalmista in seculum se-
culi. & addit: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis
pre participibus tuis. Sed uerbum & filius dei regnabat etiam ante
unctionem cum patre. Quomodo igitur in regem ungitur & san-
ctificatur natura sanctus & semper regnans. Sicut ergo quamuis sem-
per rex erat: in ultimis tamen temporibus in regem ungitur: Sic
altissimus quoque semper erat. & tamen exaltari dicitur propter car-
nem. Exaltatur autem & ungitur & sanctificatur propter nos: ut
per ipsum in omnes homines gratia percurrat ipsi nature hominum
data & toti generi elargita. Sicut ipse in euangelio ait: Et pro ipsis
ego sanctifico me ipsum: ut ipsi quoque sanctificati sint. Omnia enim

que in christo ut in homine sunt: in nos quoque redundant. Non
enim ipse propter se ipsum sanctificabatur: ipse namque sanctificans
erat. Sed ut naturam nostram sanctificaret & bonorum nostrorum
initium fieret: ideo ait ego sum uia: per quam uidelicet gratia
dei ad nos deuenit: exaltans sanctificans glorificans & deificans
naturam nostram in christo primo. & certe cum non homo factus
sit deus: sed deus factus sit homo & ungitur sicut homo: ut glori
ficetur & exaltetur: perspicuum est ipsum ut hominem gratiam
accipere. Nam ipse ut deus spiritum sanctum largitur dicens. Ac
cipite spiritum sanctum: & tamen accipere dicitur ut homo. Ipse
igitur & largitur & accipit: sed alterum ut deus: alterum ut homo.
ideo dicebat ad patrem pro ipsis: ego sanctifico me ipsum. Certe qui
se ipsum sanctificare potest: neque id ab alio querit: is sanctificationis
ipsius dominus est. Si ergo filius se ipsum sanctificat: quomodo san
ctificante indiget? Si ergo filius sanctificatione non indiget: non
est dubium quin sanctificatio ad indigentem mittetur. Indiget
autem natura humana: ipsa igitur sanctificatur. & hoc erat certe
quod propter nos in christo adimplebatur: ut in ipso humana san
ctificaretur natura. Sed scriptum est inquiunt: Dilexisti iusti
tiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus.
Aperte igitur dicitur: Nisi iustitiam dilexisset & odisset iniqui
tatem: non fuisset unctus. Causa enim ipsa exprimitur: & mercedem
uirtutis unctionem ostendit. Quod si ungitur quia iustitiam diligit
& iniquitatem odit: non natura sed dono sanctificatur. Qui autem
accessione hac indiguit: non erat certe perfectus nec perfecto pa
tri omnino similis. Surge qui dormis: & suscitare a mortuis. Non
enim id scribitur ut mutabilis filium dei nature intelligamus sicuti
hominem nudum ut Xbi gratia mutabilis nature pater noster
adam fuit: eratque innatum sibi ut posset modo iustitiam diligere:
& iniquitatem odisse: modo contra iniquitatem amplecti & iu
stitiam respuere. hoc enim mutabilis nature proprium est. ideo a
diabolo quoque fuit seductus. Verum quoniam ad repellendum huc

morbum quo natura humana in primo patre nostro passa est: opus erat ut immutabile dei uerbum pro nobis diabolo seipsum obiceret: ut sicut mutabilitate primi hominis uicti sumus: sic per immutabilitatem uerbi uincamus. propterea ungitur: quia semper & incommutabiliter iustitiam diligit & odit iniquitatem. neque id in ipsum immutari potest. Quando igitur dicitur: dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus: sic mea quidem sententia recte intelliges. Quoniam creata omnia secundum naturam mutabilia sunt: & mutabilia superare diabolum nequeunt. Tu uero ut immutabilis patris incommutabile uerbum semper iustitiam diligis: & iniquitatem odio habes. propterea unxit te deus ut in te primo natura humana perfectam a diabolo uictoriam consequeretur. Accedit quod multa huiusmodi de deo quoque patre in scripturis dici comperiuntur. Iustus dominus & iustitiam dilexit: & odisti omnes qui operantur iniquitatem. & ego sum dominus: qui diligo iustitiam: & odi rapinas ex iniquitate. Nunc igitur si quis magnum esse dominum diceret: quia iustitiam diligit & odit iniquitatem quasi merces deo patri magnitudo daretur & uirtutis retributio quia bona diligit & mala odit: ipsa certe insania hoc non diceret. Sicut igitur ista pie in patre intelliguntur: sic etiam in filio & imagine sua intelligenda sunt. Ut que de primitiuo dicuntur: ea de imagine quoque dicantur. Quod filius incommutabilis secundum naturam est: proposito textu apostoli: Sedet in dextera magnitudinis & in excelsis tanto melior & cetera. c. ii.

Qui uerbum dei inter creaturas audent numerare: illud quoque dicunt cauillantes quod apud apostolum scribitur. Tanto melior angelis factus & cetera. Nam si melior factus est inquiunt: mutatus ergo in melius est. factus enim est melior quod non erat. qui autem alius fieri potest quam sit: is certe natura mutabilis est. quare etiam creatura. nam mutabilitas creature proprium est. Ante omnia quando locum scripture aliquem

recte intelligere uolumus: tria diligenter consideranda sunt: tempus quando scriptum est: quod dicitur. persona que dicit uel per quam aut de qua dicitur & res propter quam aut de qua scribitur. Sic .n. absq; errore sensum poterimus uerum inuestigare. Cognitione temporis opus esse non dubitamus: audientes apostolos dicere ad christum quando hec erunt: & quod est signum tui aduentus? Hymeneus etiam & alexander ignorantia temporum putarunt iam factam omnium esse resurrectionem: personarum uero cognitionem eunuchus necessariam ostendit dicens ad philippum: queso domine de quo propheta loquitur de se ipso: aut de aliquo alio. Et paulus uolens saluatoris personam intelligi in quem dicuntur hec inquit: in quo .n. hec dicuntur de alia tribu est. Manifestum .n. est quia ex iuda ortus est dominus. Qd autem rei quoq; notitia necessario requiratur inde discemus. Qd res que de saluatore scribuntur ut uerbi causa: Ecce uirgo in utero concipiet. & sicut ouis ductus ad occisionem ad neminem sanctorum referri possunt: quare proprie ad christum referuntur. Cum hec ita se habeant: sic aperte paulus dicere uidetur.

Quando filius dei propter nos factus est homo: quando immunditia peccatorum per ipsum purgata sedit in dextris magnitudinis in excelsis: tunc melior angelis cognitus est. non qa naturam in aliud mutauerit: uel quia factus sit postea quod prius nō erat.

Non .n. de natura filii modo sermo habetur: sed de re que tempore incarnationis facta fuit. ita non angelorum naturam nature filii dei comparat: sed rerum & administrationum comparatiōe inducta meliorem administrationem filii fuisse affirmat. Sed latius id ipsum aperiemus. ostendere uoluit ad hebreos scribens paulus qd christi administratio & lege que per angelos fuit administrata & prophetarum administratione melior fuit & a dignitate personarum hoc ipsum demonstrat dicens Olim deus loqns patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. quem constituit heredem uniuersorum: per quem fecit &

secula: qui cum sit splendor glorie & figura substantie eius pars
tanq̄ omnia uerbi uirtutis sue purgationem peccatorum facies
sedet a dextera maiestatis in excelsis. Maxima igitur gloria filio
attributa & paterne nature propriis illi accommodatis infert
tanto meliorem ipsum angelis esse: quanto maius q̄ illi nomen
consecutus est. filius. n. & heres & splendor & caracter & imago
& in eodem solio sedens & creator uere dicitur. Qđ si propter hec
longe melior angelis esse cognoscitur: melior ergo est & admini
stratio sua q̄ administratio angelorum. Quando igitur dicitur:
effectus est: non significatur hic productio ex nihilo. Verbum. n.
in principio erat. Nec mutatio a minore ad maius. filius. n. per
fecti patris perfectus est. Sed in comparatione glorie atq; digni
tatis apparet qđ maius & melius est: quemadmodum siquis equo
conferat hominem dicatq; meliorem equo apud se hominem
fieri: quia rationalis sit. Nam quod fieri non semper nature mu
tationem significet: patet a multis fias mihi inquit in deum pro
tectorem. & rursus: factus est mihi dominus in refugium. Et
alibi: factus est mihi dominus in salutem. Administrationes er
go atq; glorie non nature filii & angelorum comparatio fit:
& certe comparatio melioris apud scripturam non in quacumq;
differentia solum uerumetiam in immensa aut secundum natu
ram aut secundum dignitatem aut secundum mensuram gra
tie dicitur. Quantum ad mensuram gratie melior inquit dies
una in atriis tuis q̄ mille. Nihil. n. equale inueniri potest celestib;
atriis. & rursus. Accipite doctrinam & non argentum. melior
n. est sapientia q̄ lapides electi. & deus apud isayam de eunuchis
dicit: Dabo eis nomen eternum: quod melius est q̄ filii & filie.
Quantum ad naturalem dignitatem manifeste hic paulus osten
dit quid sibi uelit qđ filius melior effectus sit angelis: illico. n.
intulit: Cui. n. angelorum dixit unq̄: Sede a dextris meis: & qđ
de filio scriptum sit: Et adorent eum omnes angeli dei. Compa
ratio ergo de naturalibus dignitatibus hic est & de honoribus

que nature debentur. Quod in eodem solio filius cum patre sedeat: quod etiam ab angelis adoretur: unde nature quoque proprietas intelligitur: Quod non sit creaturis connumerabilis filius sed aliud preter creaturas: Deus scilicet uerus & uerbum patris eternum. Preterea fieri & factum esse per se solumque dictum multa significat: sed ab antecedentibus consequentibusque uerbis potestas apparet sua. Aliud enim significat factus si de homine dicitur: aliud si de architecto aut lapicida. Si ergo christus melior angelis effectus esse dicitur: comparatio non ad naturam fertur: sed ut ab antecedentibus consequentibusque percipitur ad honorem atque dignitatem. Sed comparationes inquiunt in eisdem solent spetiebus fieri: Non enim recte quispiam hominem asino aut oui compararet: sed hominem homini & ouem oui. Quare si filius angelis comparatur: necesse est creatum esse filium sicut & angelos. Certe sicut alie comparationes accommodatius in eadem uersantur spetie: sic comparatio melioris de diuersis spetiei dicitur. Ioseph pulchrior fratribus suis dicitur fuisse: & stella non dicitur melior quam alia stella: sed excellere in gloria scribitur. Ipse saluator quando ut homo hominibus comparatur: non dicitur melior sed spetiosus preter filios hominum. At uero diuersa spetiei melioris comparationem suscipiunt: melior enim sapientia scribitur quam lapides pretiosi. Nec ulla communitas nature sapientie cum natura lapidum est. Si ergo melius de diuersis spetie dictum commodissime dicitur: & ipsam naturam nature prestare ostendit: non erit angelus similis filius nec creatura ut illi: sed melior illis in infinitum. Diuersitatem ergo nature filii ab angelorum natura comparatio hec ostendit. Adde quod si quoniam melior angelis scribitur filius: ideo eiusdem cum eis spetiei erit secundum istos cogentur confiteri posse angelos quoque naturaliter cum patre simul sedere & cum eo regnare. Nam que spetiei eiusdem sunt quamuis quibusdam aliis rationibus inter se differant: eiusdem tamen nature sunt: & eandem possunt

naturaliter consequi dignitatem. Quid ergo prohibebit ange
los quoq; una sedere cum patre & simul adorari cum patre etiaʒ
si interdum res ipsa facta sit? sed quantum ad nature prestan-
tiam. Frustra ergo paulus dixit: Cui .n. unq̄ angelorum di
xit: sede a dextris meis? Quomodo .n. id quasi precipuum fi
lio attribuit: si angelorum quoq; nature congruit: Naturalia
.n. eadem sunt in omnibus que speciei eiusdem sunt. Que uero
extrinsecus accidunt: quoniam nature non insunt: non eadeʒ
in omnibus sunt: sed omnia eiusdem speciei susceptiua eorun
dem sunt. Ut hominum natura q̄dem una: sed non omnes di-
uites neq; omnes reges sunt. q̄uis & diuitiarum & regni suscep-
tiui sint. Gloriam uero filii suscipere angeli nequeunt. Nam
ille natura dominus: hi serui natura sunt. Nulla ergo com
munitas nature filii ad naturam angelorum est. Sed filius
creator est: angeli creature: que nature unius esse non possūt.
Aliud .n. est quod naturaliter facit & creat: & aliud quod fit &
creatur. Nam si res ita se non haberet: quid deum a creaturis
distingueret? Quoniam ergo uniuersa deus per filium facit:
estq; angelorum natura una de uniuersis: per filium etiam ipsa
facta est. Quare impossibile omnino est eiusdem filium natu-
re cum angelis esse. Ad hec omne quod factum ex nihilo est:
potest etiam si creator uoluerit ad nihilum deuenire. Nam
quod natura suscipere potest: non est impossibile. Quod uero
suscipere non potest impossibile est. Aliud ergo naturaliter
est quod pati potest & ad nihilum redigi q̄ illud in quo nihil
passionis excogitari potest. Et similiter longe aliud naturaliter
est quod semper immutabiliter est nec unq̄ incepit nec desi
net esse q̄ que ceperunt esse & possunt non esse. Nec ullus unq̄
nisi amens in eadem natura tam longe diuersa collocabit. Si
ergo de creaturis tanq̄ corruptioni subiectis scribitur: ipsi peri
bunt: De filio autem: Tu uero permanes. & ille q̄dem uetera
scent: filii uero anni nunq̄ deficient. Quomodo eiusdem

nature cum angelis filius erit. Creator cum creaturis: eternus cum
illis qui ceperunt esse. Nam & si angelus immortalis quedam res
est propter uoluntatem & gratiam saluatoris: sed tamen quoniam
ortum habuit & esse cepit: accidere quoque potest & non esse. Nam
que naturis precipue insunt: ea respectu creatoris dei nihil sunt.
Quare sicut ignis combustiuus quidem est: sed non deo: sic & ange
lus immortalis quidem est sed non deo. Solus enim deus proprie im
mortalis est. quia naturaliter id habet: cetera per gratiam sicut
creature. Quod uero angeli serui sunt natura: filius natura similiter
dominus hinc maxime perspicitur: quia nullus potest peccata di
mittere nisi solus deus: sed filius peccata dimittit. deus ergo natu
raliter est & non creatura. & angeli quidem adorant dicentes: Do
mine omnipotens usque quo non misereberis iherusalem: filius uero
ut dominus summa cum potestate dicit. Dimittuntur tibi pecca
ta tua. Quomodo ergo natura dominus naturaliter seruienti &
largienti naturaliter orans aliquid accipere eiusdem erit nature.
presertim cum ad dandam legem angeli administrarent: neque umquam
inuenirentur potestate propria quicquam fecisse ut filius. perspicu
um igitur est ut tetigimus non ad naturam angelorum & uerbi
comparationem illam accommodari. Incomparabilis enim deitas
est. Sed differentie administrationum conferuntur ut admini
strationum differentia quantus sit administrator percipiatur. Ma
iora enim negocia maioribus committuntur. Quod autem admini
stratio administrationi conferatur: inde perspicuum erit: cum
uoluisset paulus legalibus mandatis longe meliora euangelica de
monstrare: administratores considerauit. & differentiis ipsorum
administratorum negociorum differentiam ostendit. Angeli er
go legem administrarunt. per eos enim dictitata est. filius uero euan
gelium predicauit. sed melius dicit apostolus angelis filius est.
Quare meliora maioraque administrauit. Nemo enim ignorat parua
paruis & magna magnis committi. Magnus autem filius est.
quia splendor & caracter patris & quia ad ipsum a patre dicitur

Sede a dextris meis. & quia unigenitus & ab ipsis etiam angelis ado
ratus. Angeli uero parui sunt. quia ministrantes spiritus sunt:
& quia ut serui adorant. Longe igitur melior saluatoris admi
nistratio euangelica est q̄ legalis angelorum fuerit. quia hec per
filium administrata: illa per angelos. Tanto igitur inquit melior
administrator uidelicet effectus est q̄ angeli quanto differentius
pre illis nomen hereditauit. Ita prima comparatio administra
tiones respicit ut diximus. Secunda: qua excellentius nomine
angelorum nomen filii dicitur essentiam demonstrat. que non
potest esse alia filii & alia patris. Qd autem prima comparatio
quando dicitur melior effectus angelis ad ipsas fertur administra
tiones ab ipso paulo discentes. Si .n. qui per angelos dictus est
sermo factus est firmus: & si omnis preuaricatio & inobedientia
iustam accepit retributionem mercedis: quomodo nos effugie
mus: si tantam neglexerimus salutem: que cum initium accepi
sset enarrari per dominum ab eis qui audierunt in nos confir
mata est. & rursus: Irritam quis legem moysi faciens sine ulla
miseratione in duobus uel tribus testibus moritur: quanto ma
gis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei concul ca
uerit. t qui si quoniam effectus melior angelis dicitur eidem
sit nature cum ipsis: idq; ideo quoniam solent comparationes
in similibus fieri: cur magis plectitur qui filium dei calcat
q̄ qui legem per angelos datam aspernatur. Cum oporteat
per te eandem afferri omnibus penam qui similibus in rebus
peccarunt. Secundum .n. differentiam eorum qui iniuriaȝ
passi sunt punitionis mensura iure consideratur. Non est
ergo eiusdem nature filius cum angelis. quoniam qui sper
nit longe magis peccat q̄ si angelos sperneret. Quod ex penaȝ
differentia paulus docuit. Sed acerbius inquiunt punitur
qui peccauit in filium angelis iam effectum meliorem. Id au
tem non penitus alienum ab angelorum natura ostendit. ideo
.n. penarum differentia est: quia filius melior angelis factus iā

est. Non ideo certe magis plectitur in filium peccans q̄ in legem: quia melior angelis effectus iam filius est. Sed quia essentiali ter aliud est filius: aliud angeli. Ille .n. deus est uerus. isti a ni hilo producti & creature. deinde differentia poenarum in le ge non auctorem legis sed res in quibus peccatur respicit. Vnde uidemus quantum excelleat filius cetera omnia: cum multo magis puniatur qui peccat in eum q̄ qui legem ipsam moysi per angelos datam contempserit. Sed illud minime pretere undum mihi uidetur: q̄d hec administrationum comparatio melioris uirtutem explanat. hinc .n. discimus quomodo & quā tum melior angelis filius est. Nam angeli quidem legem edixe runt: nec aliquid per legem perfecerunt. filius uero patris op᷒ perfecit. Nam qui mandata eius sequitur: perfectus in pietate est. Deinde mors tempore quoq; legis regnauit. Destructa uero per christum est. Non .n. in adam iam morimur: sed in christo uiuificamur. Ad hec legalia precepta in sola iudea ualuerunt: & erat ibi solum cognitus deus. Nunc autem in omnem terraȝ exiuit sonus eorum. Sanctiq; sunt omnes docibiles non ange lorum sed dei. Nam q̄uis lex etiam dei est per angelos tamen data fuit. In euangelio autem filius ipse presens loquitur. Qua re secundum pauli uerba quanto excellentiorem habuit admi nistrationem & quanto melius condidit testamentum: tanto prestantior angelis est. Non quia secundum naturam angelis possit conferri: sed quia tantum excellat secundum essentiam quantum deus creaturas excedit. Comparatio ergo qua melior angelis dicitur in administrationibus facta ostendit q̄d q̄tum maior & altior filii q̄ angelorum administratio inuenitur: tan tum super naturam creaturarum filius exaltatur. Angelis .n. sicuti seruis minora committuntur: filio autem ea que domi num decent. Vnde paulus ipse scribit. Quoniam quod impossi bile legi erat: in quo infirmabatur per carnem deus filium su um mittens in similitudine carnis peccat: & de peccato damna

uit peccatum in carne: ut iustificatio legis impleretur in nobis
qui non secundum carnem ambulamus: sed secundum spiritũ.
Qđ si lex non potuit peccatum in carne condemnare: condem-
nauit autem christus peccatum in carne: quia sancti spiritus
effecit causa susceptibilem: ut possimus iam dicere non sumus
in carne sed in spiritu. profecto etiam in hoc melior angelis
per quos lex dicta est christus inuenitur. Et rursum. Omnes sub
lege condemnabantur propter peccatum. filius autem uenit
non ut iudicaret aut damnaret mundum sed ut saluaret mũ
dum. Neq; ut rationem peccatorum exigeret: sed ut peccato
rum remissionem omnibus largiretur. Melior autem est qui
iustificat q̃ qui condemnat. Melior qui largitur q̃ qui exigit.
melior qui peccatum in carne damnauit q̃ lex que id facere
non potuit. Quare in his etiam melior filius angelis est: qui le
gem imbecillem & condemnantem condiderunt. Nam si eius
dem nature filius cum angelis secundum istos inuenitur: cur
nec angeli a patre filii appellantur: nec filius angelus nisi per
similitudinem. Nulli .n. unq̃ angelorum dixit filius meus es
tu. Cur etiam ipsi non sedent a dextris patris sicut & filius: sed
assistunt ei quasi ministri? Cur angeli non imperant sicuti
filius? nec ullus eorum inuenitur unq̃ dixisse: Ego dico uobis.
sed ego missus sum inquiunt loqui ad te. & angeli q̄dem mini
strant. filio uero ministratur. Ecce angeli ueniebant inquit &
administrabant ei. Ille creator est. isti creati per ipsum. ille ado
ratur. isti adorant. Illis mandatur ut portas celorum tollant:
iste ut dominus uirtutum & ut rex glorie ingreditur. Illi
uita participant a deo sibi largita. Iste uite largitor est: immo
autem uita omnibus ipse est. Ille magna uoce clamat: Ego &
pater unum sumus. & qui me uidet: is patrem etiam uidet.
& omnia patris mea sunt. Et ego sum lux mundi. ego sum re
surrectio. ego sum uita. Isti tales emittere uoces nec audent nec
debent: & in filii nomine si oremus: erunt nobis quecunq; pe

temus: in angelorum uero nomine nullus orat. & filio quidem gloria una cum patre debetur. Angelis autem nulla debetur. Ipsi n. filium una cum patre glorificant. Quomodo igitur cum tanta immo immensa inter angelos & filium differentia inueniatur eiusdem esse conditionis contra omnem rationem hoc est creaturam filium quoque sicuti angelos irrationabiliter quispiam credet. Immensa n. dignitatum diuersitas nature differentiam apprime ostendit. Nam fieri & factum esse de patre quoque similiter idest non essentialiter dicitur. Fias mihi psalmista inquit in deum protectorem. & alibi: factus est mihi in salutem. quod si de filio hec dicta contendant: necesse est nolint uelintue confiteantur non esse possibile eiusdem esse nature cum creaturis illum qui ad salutem sanctorum uirorum ab ipsis inuocatur tanquam refugium omnium atque protectio. hec n. soli deo conueniunt. Quare patet quod fieri & factum esse non semper productionem a nihilo ad esse significat: neque semper de substantia dicitur. Efficiamini n. misericordes inquit sicut & pater uester misericors est. Illis n. qui erant precipitur ut fiant misericordes. plerunque igitur non essendi notatur initium per huiusmodi uerba. sed mutatio aliqua rei aut relationis ut siquid dextrum est nulla sui mutatione factum sinistrum sit. Quare nulla nos ratio coget huiusmodi uerba quando de filio dei dicuntur quasi substantie significatiua accipere.

Liber nonus. Capitulum primum. quod malum esse & factum esse indifferenter non nunquam in sacra scriptura inuenitur.



Nihil possunt uerba rebus derogare: quando scriptura ipsis abutitur. Nam etiam de filiis hominum proprius seruitutis uocabulum dicitur: & facti filii non nati plerunque dicuntur. Neque propter hoc tamen naturaliter filios esse quisquam negauerit. Nature n. rerum uerba non uerbis naturas accommodamus. quando igitur de uerbo & filio dei qui eternaliter de patre nascitur aliquid

huiusmodi

huiusmodi reperitur. Impium est ineffabilem generationem ei
negare: cum possimus uocabulum aut de incarnatione intelli
gere: aut indifferenter abusiueq; capere. Bersabe salomonem
seruum ipsius dauid appellabat dicens ad ipsum. seruum tuum
salomonem. & ipsi patres plerumq; ut filios suos seruos uocant:
ita & seruos honorantes filios nominant: nec uocabula naturam
permutant. Quod autem nati quoq; facti dicuntur: audi ezechiam:
Ab hodierno die inquit filios faciam. Si ergo de hominibus sic
loquitur plerumq; scriptura ut uerbis abutatur: neq; idcirco re
rum natura leditur: necessarium certo est multo magis in diui
nis abuti. Non est .n. possibile increate nature uerba sumpta
a creaturis proprie accommodare: nec ueritas ullo modo ledi
tur: cum res ipsa recte intelligatur. Nam filii uocabulum geni
tum natumq; ex patre significat. Creatura uero ad extra produ
ctum. Quibus ita intellectis quomodo re creatura erit: qui ex
patre ita est: ut sit unum cum eo: qui uirtus & sapientia pa
tris est: qui uidetur in patre & pater in ipso: cum sit imago ei⁹
uera & caracter incommutabilis: qui habet omnia que patris
sunt: qui dilectus filius a patre uocatur: cui dicitur a deo pa
tre: ego hodie genui te: per quem omnia facta sunt: Ad hec
sapientissimus quoq; salomon. Omnem inquit creaturam deus
in iudicium ducet. Si ergo filius etiam creatura est: ipse quoq;
in iudicium adducetur. Et quomodo uere dicet de se quia pater
neminem iudicat: sed omne iudicium dedit filio: Aut quomodo
non mentietur Daniel dicens ipsi datum esse iudicium: Ipse .n.
uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Non potest ergo creatu
ra esse qui omnes iudicat & a nullo iudicatur.

De eodem quod uidelicet deus creatura non sit: proposito testu
apostoli. Considerare apostolum & pontificem confessionis
nostre ihesum christum qui fidelis est ei qui fecit ipsum.
c. IIII.

Non de natura uerbi sed de incarnatione uerba hec paulus scripsit. Quando .n. pontifex confessionis nostre factus est: quando apostolus: quando fidelis: illi q fecit eum: tunc uidelicet quando pro nobis factus est homo: Et ut iohannes scribit: quando uerbum caro factum est. Tunc .n. ut homo fidelis creatori suo fuit: quia opus sibi commissuz fideliter perfecit: & omnia recte consumauit: sicut ab eo ipso dicitur. Tunc etiam apostolus fuit pro nobis ad nos missus. tūc confessionis nostre factus est pontifex: confessionem fidei nostre patri adducens: & proprium corpus quasi hostiam offerens immaculatam. Vt per se ipsum totum humanum gen' mundaret. Si ergo de filio scribitur qđ factus est. fidelis fact' est apostolus: factus est pontifex: non ad essentiam ipsius filii uerba transferas: sed rerum qualitatem considera. Nam & paulus homo antea erat q̄ factus apostolus sit. Et moyses similiter antea fuit q̄ factus fuisset fidelis in tota domo dei. Aaron etiam factus est pontifex: qui saluatorem in se ipso figurauit. Nam quemadmodum aaron non natus pontifex fuit: sed multis annis postea factus talarem indutus uestem & superhumerale ceteraq; pontificalis uestis ornamenta que mulierum erant opera sibi circumposuit. Eodem modo uerbum erat in principio: & erat deus una cum patre. sed multis annis postea pro nobis factus est pontifex talarem uestem hoc est templum ex muliere assumens: & ut proprio sanguine populum mundaret: se ipsum obtulit deo quasi agnum immaculatum: peccatum .n. non fecit. neq; inuentus est dolus in ore eius. Fidelis ergo tanq̄ uerus constans & immutabilis saluator iure potest appellari. Vnam .n. pro uniuersis hostiam obtulit: unam & eandem semp que nunq̄ mutabitur. Semel .n. pro nobis mortuus non uidebit unq̄ in posterum mortem. Apostolus etiam quibusdam scribit de patre fidelis est deus: per quem uocati estis in societatem filii

eius ihesu christi domini nostri. & petrus similiter. ideo & hi q
patiuntur fideli creatori commendent animas suas. Et paulus
ad thessalonicenses: fidelis est qui nos uocauit. & si nos increduli
erimus: ille fidelis permanet. Non .n. potest negare se ipsum.
Fidelis igitur christus etiam similiter. quia homo quoq; factus
idem ipse permansit heri & hodie & in secula eodem modo fide
lis: sicut & pater apud scripturam dicitur fidelis. Qd filius
non est creatura: proposito testu actuum: Sciat igitur omnis
domus israhel quia dominum ipsum & christum deus fecit
hunc ihesum quem uos crucifixistis. C. V.

Hic quoq; fecisse uerbum non ad ipsam filii dei essentiã
referendum est. Nam aut de templo quod ex uirgine
& spiritu sancto factum assumpsit dicitur: aut de ip
so filio dei sic ut eum coeternum patri factum postea hominē
inmutabiliter significet. Ut si quis pauper antea modo factus
sit diues. Sic .n. factum esse non essendi principium notat: sed
traductionem in aliam rem significat. Pie igitur querendum
est quomodo deus ihesum fecit & dominum & christum. Di
cemus igitur qd uerbum & filius dei erat semper ut est omni
um dominus. In serui autem forma factus unctus dicitur.
quoniam id homini conuenit & in potestatem dominandi
ut homo similiter ascendit. hominem .n. assumpsit nō ut
liberam deitatis naturam in formam serui submergeret: neq;
ut deitatis dignitate suppressa in proprietate nostra teneret.
sed ut seruitutem nostram in dominandi honorem extolle
ret: & dedecus nostrum ad nobilitatem suam traduceret. Ideo
fratres christi uocamur & filii dei gratia domini nostri ihesu
christi. Quando ergo dicitur qd dominum ipsum & christū
deus fecit: Deum aut qd tota trinitate accipias: aut si ad pa
trem referas: nec sic uerbum patris ea operatione priuabis.
filii .n. sunt opera que patris opera sunt. Ideo ipse saluator ait:
Ego a me nihil facio: sed pater qui in me manet: ipse opa facit.

Tunc igitur & dominus & christus fit: quando factus homo & ihesus & seruus uocatus est. Et aduerte qd mirum in modum non dicitur solum qd dominum & christum ipsum fecit: sed additur hunc ihesum quem crucifixistis uos. Nec dicitur qd fecit eum filium aut uerbum sed dominum & christum: qd non essendi principium sed traductionem quandam in aliud ut diximus significat. Aut etiam hic fecit prout declarauit uel ostendit intelligendum ut ipse petrus alibi ihesum nazarenum uirum declaratum a deo in nos uirtutibus & prodigiis & signis sicut etiam ipsi scitis. Ostenditur. n. & declaratur qd ipse sit christus per opera tum ea que ipse fecit tum ea que credentes in ipsum fecerunt per spiritum sanctum. Ideo iudeis christus dicebat: Si mihi non creditis: credite operibus: ut cognoscatis quia ego in patre & pater in me est. & rursum. Si ego non facio patris mei opera: non credatis mihi. Si ergo quia potest patris opera facere & quia patrem in se habet: & ipse similiter est in patre deus uerus declaratur & demonstratur. In hoc factus est credentium dominus & manifestatus qd ipse est christus. Si uero a deo factus esse dominus dicitur: & id probe se habet: per opera. n. patris uerus filius cognoscitur: & dominatur in eos qui olim non credebant. ita patris testimonio deus cognoscitur & dominatur uolentibus non quia tunc cepit dominus esse.

Semper. n. deus & dominus est. sed quia quando nos in eum credidimus: tunc & deum & dominum nostrum esse cognouimus. Qd autem filius dei semper & rex & dominus erat: inde cognosces qd abraam dominum eum appellans adorabat: & moyses similiter: Et pluit dominus a domino ignem & sulfur. & dixit dominus domino meo sede a dextris meis. apud psalmistam: Et solium tuum deus in seculum seculi: propterea unxit te. uirga rectitudinis uirga regni tui. & regnum tuum regnum omnium seculorum. Si ergo etiam ante incarnationem & rex & dominus erat filius dei: quomodo no erit impius

qui ad essentiam dei uerbum fecit refert. Credendum igitur semper filium dei dominum esse: sed tunc credentium propter factum esse dominum: quando suo sanguine omnibus redemptis christus & dominus declaratus est. Nam si de homine quoque aliquis diceretur alicuius rei factum ipsum dominum esse: quis adeo insaniret: ut tunc factum illum putaret hominem ac initium essendi habuisse: quando dominus factus est. Non enim tunc ipse homo factus est: sed tunc dominus factus est. Nos igitur olim diis falsis seruientes corruptioni atque dedecori eramus subiecti. Sed dei filius factus homo ab errore nos reuocauit: & ad seruitutem suam reduxit factus dominus noster. Vnxit autem ipsum pater: ut per ipsum uirtus ungentis ad nos usque perueniret. In primo enim christo natura humana reparata est: & diuinarum gratiarum que nobis concesse sunt in ipso & per ipsum ut hominem sunt: & ab ipso ut deo. deus enim fuit in carne. Quod autem fieri & effici non essendi principium significat: psalmistam audi. Fias mihi in deum protectorem inquit. Et rursus: Factus est dominus refugium pauperi. Nemo enim dicet tunc cepisse deum esse: quando pauperi factus refugium est. Sed cum semper sit id: factus est etiam psalmiste & refugium & protectio. Quemadmodum ergo quod semper est id rursus fit petenti atque oranti: sic etiam christus cum sit deus: rex etiam & dominus semper est. factus autem etiam nobis deus protector & dominus tunc est: quando diaboli reiecta tyrannide clamauimus ad patrem: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. De eodem proposito testu. Die & hora illa nullus nouit nec angeli celorum neque filius nisi pater solus. c. vi.

Sed quomodo inquiunt eiusdem cum patre filius erit substantie: cum fateatur se nescire diem ultimum: patrem autem scire. Magna enim hinc nature filii ad naturam patris differentia emergit. Mirum est quod per ipsum uniuersa tempora quoque ac secula facta esse fateamini. Deinde quasi obliti unum ab eo ignorari diem contenditis. Quomodo enim

ignorare poterit ea que ipse fecit? Et certe si diligentius exa
minatis que ad discipulos dicit: facile inde perspicere pote
ritis ultimum quoque diem & horam ut deum non ignorare.
Omnia . n . que diem ultimum precedunt discipulis narra
bat dicens: hoc & hoc erit. & tandem addit quod consumatio &
finis erit. finis autem seculi quid aliud est quam ultimus dies?
Eam ignorare dispensando dixit: ut homini quem assumpsit
congruentia diceret. Hominis . n . nature proprium est igno
rare futura: Necessarium igitur est ad intelligendas recte scri
pturas tempora considerare: in quibus dicta sunt que scribun
tur. sic . n . facile poterimus errores euitare presertim in uer
bis saluatoris. Si ergo ante incarnationem humile aliquid
dei filius dixisse inueniretur ratiocinari quispiam uerisimi
liter forsan posset de deitate ipsius uerba fieri. Sin uero quando
caro factus est humano more loquitur: ut uere se hominem
factum ostendat: inconueniens est deitati sue accommoda
re illa que ipse ut homo protulit. Quod certe nemo facit:
qui dispensationis suscipit modum. Nam si homo factus non
sit: cuncta ut deus loquatur. Sin autem factus est homo: con
cedatur ut more hominum etiam loquatur. Nec . n . ulla prop
ter dispensationem incarnationis deitati potest fieri iniuria:
si pie cuncta intelliguntur. Quod a populo dictum sic est. Cap
tiuantes omnem intellectum in obedientiam christi. Ut ergo
proprium hominis est futura ignorare: sic uerbi dei in quantum
uerbum est apprime proprium est: ut omnium que per ipsum
facta sunt & principia & ultimos terminos cognoscat. Creatura
rum uero una tempus est. Quare filius dei qui tempus quoque
fecit non potest ignorare quousque duraturum sit. Ipse certe
ad patrem dixit: Pater uenit hora. glorifica tuum filium. Si
ergo exacte horam ipsam sciebat: quam iam aduenisse dicebat:
quid prohibet ultimam quoque diem scire ut deus quam ignora
re se ut hominem ait ut conuenientia nostre nature saluaret

Non oportet igitur propter hanc uocem ignorationem dei
uerbo inurere: sed potius misericordiam eius admirari qd
non recusauerit propter nos ad tantam humilitatem descẽde-
re: ut omnia nostra & ipsam & ignorantiam humanam suscipe-
ret. Quam ob rem angelos & filium nominauit: saluatoris spirit9
uero sancti nullam fecit mentionem. Non. n. dixit spiritum
sanctum ignorare: sed angelos & filium. nec filium dei dixit:
sed filium solummodo. Perspicuum igitur est angelos ipsum
dixisse: quia ignorant ut creature. Cum autem discipulis id
patefacere noluisset ratione quadam occulta. quis. n. nouit
mentem domini: ne merorem illis efficeret. filium etiam igno-
rare ait de se ipso ut homine loquens: nec sibi derogans ut deo.
Scit. n. ut deus quod ut homo ignorat. idcirco non addidit qd
spiritus sanctus etiam ignoraret. Spiritus. n. omnia scit ipsa
etiam profunda dei ut scribitur. Quod si spiritus sanctus non
ignorat quia a filio accipit: ille nanq; de meo inquit accipiet.
Quomodo filius ignorabit qui omnia scientis spiritus est largi-
tor. Preterea si pater omnia per filium operatur: nihil. n. sine
ipso factum est. Vnum autem ex omnibus est diei & hore il-
lius determinatio: in qua mundi huius terminus erit. Deter-
minata certe res quoq; ista per filium est: quomodo id igno-
rare potest. quod uero per ipsum determinatum est: quomodo
id ignorare potest? Sed ignorat uidelicet ut homo quod ut
deus optime nouit. Ad hec omnia patris filii sunt ut ipse ait.
sed pater cognitionem illius diei atq; hore habet. habet ergo
etiam filius. Adde qd si uere ab eo dicitur: Ego in patre &
pater in me est: non potest aliquid scire pater quod filius igno-
ret. imago. n. patris incommutabilis filius est & caracter per-
fectissimus. Si ergo aliquid ignorat quod pater scit: quomo-
do caracter & uera imago patris est? Accedit qd ipse nouit
patrem ut scribitur. Quid ergo prohibet ultimum huius
mundi & diem & horam scire? quam patrem cognoscere quod

impium est. Si uero cognitio patris omnem cognitionem exce-
dit: quomodo qui maxima nouit hoc minimum ignorabit? Quod
autem ignorationem ultime diei atque hore sibi non ut deo sed ut
homini attribuit: facile intelliget qui aduertet quomodo quasi
historice mentionem hominum fecit illorum qui erant in tem-
poribus noe. Cumque dixisset commedebant et bibebant: nube-
bant uiris et ducebant uxores quousque uenit diluuium et abstu-
lit omnes. Statim addidit. Vigilate igitur uos: quia nescitis qua
hora dominus uester uenturus est. et rursus: Qua non putatis
hora filius hominis ueniet. Oportebat autem si ut deus ignora-
ret: hoc modo dicere: Nescio qua die uenturus sum. quia qua
non arbitror hora potero mitti. Verum quoniam auditores uigila-
re hortatur quoniam nesciant quando ipse uenturus est: patet
quia ipse ut deus scit. Ignorat autem in quantum serui formam
assumpsit. Aduertere uero diligenter debemus quod dies noe die-
bus aduentus contulit sui: quando iudicaturus orbem terrarum
uenturus est. sed diem diluuii non ignorauit. Ipse enim est aut
suus pater per ipsum qui dixit noe: Ingredere tu et filii tui in
archa. Ego enim post dies septem inducam pluuiam in terram. Er-
go nec diem sui aduentus ignorat: sic enim temporum atque rerum
similitudo conseruabitur. Sed interrogandi heretici sunt quid
facient quando saluator dicitur esurisse sitisse laborasse ex iti-
nere dormisse: ingressus in scapham: audebunt ne dicere uerbum
dei hec esse perpessum? an hec humanitati sue attribuent: et
uerbum dei abistis liberabunt. Sicut ergo uoluit tamquam homo
fame ac siti ceterisque huiusmodi laborare: sic etiam ut homo diem
illum ignorat. Aliquando enim ut deus: aliquando ut homo loqui-
tur: ut et deum et hominem se uerum ostendat. Ut deus dixit
ad discipulos: Lazarus amicus noster dormit: cum nullus ei
nuntiasset ut homo cum ad sorores lazari longo peracto itinere
peruenisset interrogabat ubi posuistis eum? qui longe absens
mortuum esse sciebat. Quomodo iam presens locum ignorabat

ubi corpus lazari erat? Non .n. est uerisimile illud sciuisse & hoc ignorasse: sed utrunq; ut deus sciuit & utrunq; ut homo ignorauit: Ita igitur diem etiam illum & horam & ignorat & scit: alterum ut homo: alterum ut deus. Similiter cum esset in partibus cesarie philippi ut homo discipulos interrogabat dicens: quem me dicunt homines esse filium hominis. Cumq; petrus respondisset: Tu es christus filius dei uiui: statim ipse intulit: Beatus simon es bariona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Nullus .n. nouit filium nisi pater ut scribitur. Et quoniam per filium pater omnia facit: estq; unum ex omnibus etiam reuelatio ipse quoq; filius reuelasse petro inuenitur. Quomodo igitur qui reuelauit quasi ignorans interrogat: quem me dicunt homines. Sed perspicuum est ut deum non ignorasse. Et quasi ignorans ut homo dispensatiue interrogabat non ignorans quid discipuli responsuri essent: ut responsione ipsorum approbata fidem aperte stabiliret. Similiter igitur diem quoq; ac horam aduentus sui in quantum uerbum & sapientia dei est non ignorat. sed ne dolorem teneris adhuc discipulis faceret desiderantibus illud scire uere se dicit ut hominem ignorare. Infirmitates .n. nostras omnes accepit. Hac de causa ignorasse dicit quod inde patet. Nam post resurrectionem cum iam ascendere in celos uellet: interrogatus de rebus futuris acerbius respondit dicens: Non est uestrum cognoscere tempora & momenta que pater posuit in potestate sua. Quod si ut heretici dicunt penitus ignorasset: non ita certe respondisset: sed iam dixi uobis me nescire dixisset. Nunc autem non ita sed quasi irrationabiliter interrogantes redarguit & dehortatur ab inquisitione maiorum rerum quam ad res pertineat. hinc igitur patet etiam tunc ut hominem ignorare se dixisse diem & horam illam. quoniam maior erat illius rei cognitio quam discipuli tunc capere potuissent. Sed respondeant queso quando deus in paradiso adam patrem nostrum uocabat dicens Adam adam ubi es?

& quando caym interrogabat dicens: Ubi est abel frater tuus:
quid dicent? Nam si ignorantem deum interrogasse affirma-
bunt manifesta impietate tenebuntur. Sin autem dispensatio-
nis modo quodam sic interrogasse deum dicent: cur mirantur
si filius quoq; dei per quem etiam tunc facta interrogatio est:
utiliter dispensans ignorare dicit horam illam ut homo quamuis uni-
uersa sciat ut sapientia patris? Quod autem dispensatiue solebat
ignorationem sibi attribuere saluator: manifeste ab ipso euange-
lista in alio loco dicitur. Nam quando miraculose multiplica-
tis panibus sequentes se uoluit alere: ut ignorans interrogabat:
quot panes habetis? Sed addidit euangelista: hoc autem dicebat
tentans philippum. ipse. n. sciebat quid facturus esset. Si ergo
quamuis sciret quid facturus esset: tamen quasi ignorans interroga-
bat quid etiam nunc prohibet utiliter dispensandi gratia dixi-
sse ipsum putare quod diem illam & horam ignoraret presertim
cum uere ab eo dicatur ut ab homine. fratribus. n. in omnibus
similis fuit secundum paulum. Sed omnia inquiunt pater
scit. filius uero non omnia ut ipse fatetur. pater. n. diem illum
& horam scit. filius autem ignorat. hoc. n. modo perpulchre de-
monstratur non eiusdem esse nature patrem qui omnia scit fi-
lio qui non omnia scit. Necesse igitur erit mentiri diuinas crede-
re scripturas que de ipso predicant. Qui nouit omnia ante gene-
rationem ipsorum. In omnibus. n. etiam ille dies connumeratur.
Quomodo igitur omnia nouit: si illum diem ignorat? Sed scrip-
tura non mentitur dicens omnia scire filium. Frustra igitur
uos contenditis diem illum ab eo quasi a deo deiq; filio ignora-
ri. Nec in mentem uenire uobis potest quoniam ut deum & fili-
um dei dixisse id affirmatis: sic quoq; posse conuenienter intelli-
gi si dicatur ideo nescire quoniam inde naturaliter scientiam
omnium habet. Unde etiam ipsum esse habet. Ignorare autem
ut uos dicitis quomodo potest nisi nihil penitus ex futuris sci-
re ipsum audebitis confirmare? Nam si antecedentes dies ante

ultimum diem scit: non potest certe illum ignorare. Simile. n. erit: siquis diceret ignorari ab eo denarium unum qui nouem optime nouit. nam qui nouem optime nouit: unitatem quoq; nouit. Quare decem etiam numerum optime nouit. Christus autem antecedentia ultimum diem signa predixit. quomodo igitur ignorauit post illa finem futurum? Vndiq; igitur ueritas elucet. perspicuumq; factum est uniuersa sciri a filio dei nō minus q̄ a patre: q̄uis dispensatiue ut homo multa ignorare dicat.

Liber decimus de eodem idest de consubstantialitate filii & patris proposito testu qđ pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius: & qđ omnia mihi tradita sunt a patre meo. qđ non possum ego a me ipso facere quicq̄. sed sicut audio iudico: ceterisq; huiusmodi

Sed quomodo inquiunt similis patri filius erit: qui aperte ait omnia se a patre accepisse? Nam si a se ipso haberet: non accepisset. quoniam uero accepisse uere ait: cete non habebat a se ipso. Quid facietis o uos: cum audieritis ipsuz dicere: Omnia que habet pater mea sunt: & omnia mea patris similiter? Nam si nihil habet filius a se ipso: nihil etiam habebit pater a se ipso. patris. n. sunt omnia que filii sunt. qđ si omnia pater naturaliter habet: ea ipsa filius quoq; naturaliter habet. Quare necesse erit consequenter hunc ipsum defectum quem filio inurere conantur: patri quoq; imponere. Nequid eorum que filii sunt non esse in patre uideatur. Id si impium est ut certe est: necesse erit confiteri omnia patris in filio naturaliter esse & omnia filii similiter in patre. Nam dum filius a patre nascitur: omnia naturaliter ipsum etiam esse a patre habet. & ideo dicitur a patre accipere. Non igitur quoniam non habet: accipere aliquid a patre scribitur. habet. n. omnia naturaliter: cū uerbum & splendor lucis paterne sit: uno solum excepto qđ pater non est. Accipere autem a patre dixit ut futuras hereticoruz opiniones radicitus euerteret. Nam nequis omnia patris in filio

perspiciens propter incommutabilem similitudinem atq. identita
tem eundem putet patrem & filium esse: quod sabellio accidit ne
cessario a patre accipere ait que naturaliter ab eo habet: ut cum
alter det: alter accipiat: dualitas personarum demonstretur nō
nominibus solum sed uere ac personaliter distincta: nec tamen
falsus sermo est. Nam cum ex substantia patris filius prodeat:
omnia patris eternaliter habet & naturaliter ac eternaliter ex
eo accipit omnia que ipsius patris sunt. Quare nihil deitati fi
lii derogatur. quoniam ab eo dicitur omnia mihi tradita sunt
a patre meo. Sed potius hic sermo demonstrat naturaliter ip
sum dei filium esse. Nam si omnia sibi tradita sunt: nec est qcq
preter numerum omnium: non erit ipse unus omnium que
sibi tradita sunt. Sed ex patre proprie nascitur: at ut secundū
naturam filius habet omnia que patris propria sunt: proprium
autem patris est ut omnia possideat. possidet ergo etiam filius om
nia. & sic solus est naturaliter heres patris in quem omnia que pa
tris sunt naturaliter ut ita dicam defluunt. Non est igitur un⁹
omnium neq; creatura sed solus proprie atq. uere patris filius.
preterea de se ipso alibi dicit: Sicut pater habet uitam in se ipso:
sic dedit & filio uitam habere in se ipso. Similiter .n. id quoq. in
telligetur. Nam quia dedit scribitur: & ex patre ipsum habere
naturaliter significatur: & alium personaliter esse q̄ quod dedit
demonstratur. Quoniam uero dicit: Sicut pater habet: sic & fi
lius habet: apertissime docet qđ sicut pater eternaliter in se ipso
uitam habet: sic & filius eternaliter uitam in se ipso habet. Si er
go filius aliquando uitam non habebat: nec pater tunc habebat:
id ipsum impium est. Semper .n. pater habet uitam in se ipso:
habebit etiam filius sic: hoc est uitam semper in se ipso sicut &
pater. Dicit autem cum semper habeat accipere: ut & originem
suum ostendat: & alium se personaliter esse a patre demōstret. Nec
identitati naturali aliquid deroget. Nam siquis splendori qui a
luce profluit uocem attribuat dicereq; illum confingat: omnia

mihi lux sua dedit. Illumino .n. sicut illa audebit: ne quispiam dicere non fuisse aliquando in splendore illuminandi uirtutem? Et quomodo splendor esset: si non splenderet? Sin autem qa semper splendet atq; illuminat quoniam omnia lucis habet: & quia rursus ex ipsa profluit luce: accepisse ab ipsa omnia uere dicit: quomodo non erit inconueniens altiora q̃ per ipsum significat̃ in uerbo dei esse non confiteri? Nam cum omnia naturaliter habet a patre accipere ab ipso ait omnia ex quo nascitur. De eodem proposito testu Data est mihi omnis potestas: Et glorifica filium tuum: Aut uniuersalius de eo qđ filius glorificatur & aliquid accipiat. c. vii.

Non qđ gloria uel alia re ulla filius dei inquantum deus est indiget: idcirco petere aut accipere aliquid a patre scribitur: sed quia dispensando factus est homo: cū deus uerus etiam sit. Nam quoniam homo facile potest amittere bona que a deo accepit: quod adam perpessus data sibi gratia propter inobedientiam fuerat denudatus: necesse fuit ne rursus in eadē incideremus: ut incommutabilis dei filius factus homo ut homo dei gratias peteret: ut per ipsum qui amittere gratias non posset: nature nostre firmiter seruarentur. Omnis .n. gratia in christo abundantissime permanet: & inde ad nos propter similitudinē transfunditur. Omnes .n. similes sumus ipsi ut homini. Sic .n. & fratres eius & unum cum deo gratia per ipsum facti sumus. Petit igitur accipitq; a patre que naturaliter habet ut deus. Sed q̊niam homo factus est & carnem assumpsit que non alterius q̃ ipsius filii dei caro est: iure gloriam petit qua natura humana eget & accipit a patre ac etiam a se ipso que naturaliter habet ut deus. Ipse igitur petit ut homo & dat ut deus una cum patre. Cur igitur huiusmodi uoces hos turbant. Nam si factus est uerus homo: cur non concedunt ei ut plerunq; tanq̃ uerus homo loquat̃? Si .n. factus homo non esset: ipsi uerbo hec uiderentur attribuē da: Sin autem credunt uerum hominem factum esse: cur

ignorationem petitionemq; glorie ceteraq; huiusmodi ut homini
non attribuunt. Sed impie in filium dei ita hec inferunt: ut
creaturam predicare non uereantur. Preterea si absurdum est opi
nari uerbum dei glorificari a patre aut accipere aliquid aut san
ctificari ut isti credunt: nos certe sumus qui accipimus & sancti
ficamur atq; glorificamur in ipso. Et propter nos ipse ut homo
huiusmodi uocibus usus est. Nam si propter se ipsum uerbum dei
glorificari sanctificariq; a patre petit: nihil nobis contulit incar
natio christi & natura nostra. denudata dei gratia demonstratur.
Nam si uerbum glorificari & sanctificari eget: quomodo hec no
bis largita per ipsum sunt. Deinde sui potius causa quam nostra factus
homo uidebitur si tunc glorificatus sanctificatusq; potestatem
accepit & cetera que de ipso similiter scribuntur. Quibus isti autem
etiam ante incarnationem ipsum caruisse: & accepisse postea fac
tum hominem. Gratias igitur agat carni per quam melior factus
est. Verum quoniam impia hec cogitatu sunt: Venit enim ut hominem
glorificet atq; sanctificet. Non accipiet hec dei filius ut uerbum.
Sic enim perfectus est quemadmodum & pater. sed nos in ipso ut
in homine tunc hec accepimus quando carnem assumpsit. Sicut
enim nos per resurrectionem suam resurreximus & per ascensum
in celos suum renouata nobis ascendendi uia est: sic quando glori
ficari & sanctificari dicitur: nos in ipso omnia hec accepimus. Ita
que ipse naturaliter habet ut deus: ea propter nos petit ut homo.
Pater inquit glorifica filium tuum. Et omnia mihi tradita sunt
a patre: & post resurrectionem data est mihi potestas in celo & inter
ra. Sed ante incarnationem quoq; tradita sibi erant omnia ut
omnium domino. Omnia enim per ipsum facta sunt. Et psalmista
omnia sibi seruire ait. & ipse de gloria inquit patris glorifica fili
um tuum ea gloria quam habebam apud te ante constitutionem
mundi. Si ergo etiam ante quam mundus esset gloriam hanc habebat
apud patrem quam modo petit: perspicuum est propter nos ipsum
petere: ut hominem ita nature nostre petitio ut glorificaretur

in ipso facta est: potestatem etiam quam post resurrectionem dicit sibi datam ante resurrectionem quoq; habebat. Nam si non habebat: quomodo reppulit diabolum dicens: Vade retro sathana. Et quomodo discipulis potestatem aduersus demonia dedit? Quomodo filiam abrae ut scribitur a diabolo ligatam ut potestatem habens soluit? Quomodo paralitico sanitatem largitus est? Quomodo peccatrici femine peccata dimisit? Quomodo mortuos reuocauit a morte? & quomodo cecorum aperuit oculos? Perspicuum igitur undiq; est non ut uerbum ante incarnationem sed ut hominem quando factus est homo patris gratias nobis petere. Sic .n. etiam deo participare dicimur. quia ipse nostram humilitatem suscepit: ut nos ad celsitudinem suã extolleret: non ut ipse inferior fieret. Idcirco nos q̃uis hõies natura simus: dii tamen gratia in christo qui uerus & homo & deus est facti sumus. Quemadmodum igitur quando per carnem miracula efficiebat: sputo .n. cecum curauit: & manu extensa feretroq; tacto unigenitum uidue filium e mortuis reuocauit: & uoce instrumentis corporeis emissa lazare dixit; ueni foras. Nec ipsi ut homini hec sed ut deo attribuimus. Sic quando humano more aliquid de se ipso dicit quod alienum a deitate sua uideatur carni accommodare debemus. Sic enim singula factorum atq; dictorum congrue distribuentes a uera cognitione saluatoris non aberrabimus. Vnum .n. christum scripture predicant. Vnus & .n. deus pater inquit & unus dominus ihesus christus. Sicut igitur ab operibus uerus deus cognoscit: sic necesse erat a conuenientibus homini operibus atq; dictis. Addo etiam passionibus in quibus nulla delicti suspitio inuenitur ut uerus homo cognosceretur. Vtrũq; igitur in ipso cernim⁹. Interrogabat .n. ut homo ubi lazarus positus esset. Imperabat autem ut deus: ut e mortuis rediret. Et matri: Quid mihi & tibi o mulier ut homo dicebat: & aquam ut deus in uinum cõuertebat. Duarum igitur naturarum suarum cognitio & factis

& dictis necessario facienda erant. Quare ipsi quoque nos debemus que uero deo conueniunt deitati sue que homini uero humilitati nostre quam propter assumpsit accommodare. Sed ipse ait inquiunt omnia mea tradita sunt mihi a patre meo: cui autem omnia tradita sunt ab alio nihil habet a se ipso. Quomodo igitur is secundum substantiam idem erit patri qui omnia possidet? Si nihil ex se ipso filius habet secundum uos: quoniam a patre accepit omnia: pater ergo cum dederit omnia: nihil habet in se ipso quod absurdissimum est. Quomodo enim pater poterit denudari eis que sibi natura insunt? habet igitur semper omnia pater que filio dedit. & similiter filius semper habet que se accipere ut hominem ait ut ipse dicit: pater diligit filium & potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Si ergo iudicandi potestatem datam sibi esse ait non alia quadam de causa: sed quia factus est homo: perspicuum est. quia non ut uerbum dei & deus ipse accipit: sed ut homo. Accipere igitur ipsi ut homini attribuendum omnia que ut deus naturaliter habet: & sic erit imago patris incommutabilis. Aduersus ea que dicuntur ab hereticis: quia christus fleuit: & quia dixit Nunc anima mea turbata est: & transeat a me calix iste: & tristis est anima mea ceteraque huiusmodi. c. VIII.

Quod Christus fleuit

Quasi ab homine nudo has uoces dictas credunt heretici. quia mortem timuit & tristis factus est. ceteraque huiusmodi perpessus ut homo uerus. Deus enim uerus sicuti christus est: quomodo ut deus mortem timuisset: qui ait. Ego sum uita: qui alios ex morte reuocauit: qui discipulos hortabatur dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Ut uerbum autem dei: quomodo timere potuit qui abrae dixit: Noli timere quoniam ego tecum sum. qui moysen aduersus egypti regem suscitauit: qui ad ihesue dicebat: Confortare ut uir: quomodo etiam alios

ipse timuisset: ad quem sancti clamant: Dominus mihi adiutor
& non timebo quid faciet mihi homo: Quomodo autem si uenit
ad interimendam mortem mortem timebat quam interemit.
Sed infernum timuit inquiunt. Mirum est quod hec audeant
dicere. Ianitores. n. inferorum quam primum eum uidissent spiritus
inclusos exire pre timore dimiserunt. Quod patet quia mul-
ti sanctorum excitati a morte in sanctam ut scribitur ciuita
tem intrarunt: & uisi a multis sunt. Aut quomodo timebat
mortem qui non fugiebat dum quereretur: sed dicebat ad que-
rentes: ego sum: dimittite istos. Qui dicebat potestatem habeo
sumere animam meam: & nullus tollit eam a me. sed ego pono
ipsam a me ipso. Non timuit ergo filius dei mortem ut deus
sed natura humana que id pati nata est. Tempora ergo ut in
superioribus etiam tetigimus in quibus dicta factaue sunt que
de saluatore scribuntur diligenter sunt consideranda illis qui
recte uolunt scripturas intelligere. Si ergo ante quam hominem
assumpsisset uerbum dei fleuisse umquam aut mortem formidasse
aut aliquid tale perpessus scriberetur: sicut deum etiam haec
perpessum iure forsan credere possent. Sin uero postea quam homo
factus est hec de ipso scribuntur: quare non credunt ut ab homi
ne dicta factaue esse. Sed qui fleuit: qui timuit tristisque fuit:
quomodo erit natura deus. Creaturarum. n. neque omnium
hec propria sunt. Qui lazarum a mortuis ad uitam redire im-
perauit: qui aquam in uinum nutu conuertit. ceteraque huius-
modi multa fecit: quomodo non erit natura deus. presertim
cum ipse clamet: ego & pater unum sumus. Dei. n. ueri hec ope-
ra sunt. Quod si ex dictis factisue humano more perturbamini: qua-
re non perficitis ex illis que ut deus uerus & dixit & fecit. Et si
propter humilia dicta factaue humilia de ipso intelligitis: cur
sublimia quoque de ipso non creditis. propter dicta factaue ut
a uero deo. Nam qui humiliter illa dixit fecitque ut homo: hic
ipse sublimiter ut uerus deus & dixit & fecit: ut & uerum deum

& uerum hominem se ipsum esse demonstraret. Nam quoniam ita factus est uerus homo ut uerus esse deus non amiserit. Nec n. aliter nostrum genus saluari poterat: ne quis audiens ipsuz factum esse hominem mutatum esse uerbum dei in naturam nostram putaret: aut aliud factum q̄ esset semper: ut tertiuz quid uerbi gratia ex homine atq; deo compositum hac de causa necessario modo more hominis ut uerus homo & loquitur & facit sine delicto: modo ut uerus deus ut utrūq; ipse intelligatur esse: ideo pmittebat ut natura hominis que in ipso erat absq; peccato passionibus nature nostre moueretur. Operabat autem etiam plerunq; ut deus dicebatq; ad uidentes. Si mihi non creditis: quia uidelicet hominem uidetis: credite operibus meis: ut cognoscatis quia ego in patre & pater in me est: & ego & pater unum sumus. Que igitur deo conueniunt dicta factaue: deum uerum esse demonstrant. Que autem homini uerum hominem. Hoc. n. catholice fidei precipuum mysterium est. Vos autem heretici ex proposito filio dei repugnātes cum audieritis ego & pater unum sumus: in peruersuz sensum id dictum distrahere conamini. Cum autem uerba humanit⁹ dicta aut facta proferuntur: non ipsi ut homini sed ut uerbo dei statim accommodatis: putantes hinc demonstrari posse non uerum deum sed creaturam uerbum dei esse: quem tamen creatorem omnium negare non audetis. Aut ergo attribuatis ipsi ut unum cum patre sit sicut uerbum ei⁹: & tunc non inuenietis flentem ut tristem uel timentem. Aut si non creditis dicenti unum esse cum patre: neq; quoniam timuit credatis ut ad iudeos omnio reiecti: quia nullum euangelicum uerbum suscipiatis a tot tātisq; turbationibus dei ecclesiam liberetis. Nos. n. articulum esse fidei maximum immo fūdamentum non ignoramus uerum ipsum esse deum: ut uerbum patris & hominem uerum: quia se ipsum exinaniuit formam serui accipiens. Discernantur ergo dicta eius & facta &

cum audias: ego & pater unum sumus: unam patris & filii dei
tatem intellige: & filium ex patre nasci eternaliter credas. &
rursus: quando audis quia fleuit: quia timuit: quia doluit:
hominem quoq; uerum esse cognoscas: & nature hominis haec
attribuas. Mortale naq; corpus assumpsit omnibus passionib;
nature nostre subiectum peccato semper longe remoto. Conue-
nienter igitur quoniam idem homo uerus & deus uerus est ho-
minis passiones sibi attribuit propter personalem identitatem.
Sic .n. dicimus etiam deum passum crucifixum mortuum se-
pultum. que omnia ut homini sibi non ut uerbo dei attribu
untur. Sic .n. que homini conueniunt ut ex homine dicta sūt
per insitos nature humane motus naturales quos ita mens perci
pit: ut per linguam proferat que in occulto absq; uoce uerbo me
tali dicuntur. Preterea non alia de causa uerbum dei homo fac
tus est nisi ut nos liberaret & infirmitatibus nostris deitate sua
coniuncta naturam humanam firmaret: & ad robur ut ita di
cam suum conuerteret. quando igitur formidasse mortem
uidetur ut homo dicebat: pater transeat a me calix iste. uerū
tamen non ut ego uolo sed ut tu. Quamuis .n. mortem ut homo
abhorrebat: uoluntatem tamen patris & suam ut uerbi perficere
ut homo non recusabat. Ideo dicebat spiritum esse promptū:
& carnem infirmam. Cum igitur dixit: non ut ego uolo: de
se ut homine intelligit: Deinde cum infert sed ut tu pater uis:
de se ipso etiam intelligere debemus. Omnia .n. que pater uult:
similiter filius quoq; uult. quod inde patet: quia se ipsum tra
didisse & obtulisse pro nobis scribitur. Morti ergo quam ut ho
mo formidabat se ipsum pro nobis ut deus tradidit. Ad hec si
sanctos uiros contempsisse mortem inuenimus: & constanter
per eam uoluisse ad eternam transire uitam: idq; animi robur
habuisse: quoniam habebant christum in interiore homine ha-
bitantem: quomodo pertimuit mortem ut deus? qui fecit ne alii

timeant. Aut quomodo non absurdum erit fortitudinem eorum
mirari qui dei uerbum in se ipsis habuerunt: ipsum autem fili
um dei formidolosum ita putare: ut timoris morbo uictum
credamus? Sed omnia ille perpessus fuit: ut nos ab omnibus
liberaret. Sicut igitur nisi mortuus esset: mors non extingue
retur: sic nisi timuisset: non essemus nos a metu liberati. nisi do
luisset: non cessassent dolores nostri: & ita singulas passiones
carnis fuisse in christo absq; peccato commotas inuenies: non
ut ab ipsis homo ille superaretur sicut & nos: sed ut commote
uincerentur uirtute inhabitantis uerbi: & sic natura nostra re
formaretur ad melius. Et quoniam in cruce sua gloriamur cre
dimusq; saluos esse: quia dei filius homo factus pro nobis cruci
fixus & mortuus est ut mortem nostram moriendo destrueret:
& in se ipso nos omnes a corruptione ad incorruptionem tradu
ceret. opus erat certe ad fidem nostram etiam in ipso passionis
tempore uerum se hominem esse ostendere. Ideo ne quis dubita
re posset ut homo clamabat deus meus deus meus cur me dere
liquisti? Et rursus. Transeat a me calix iste. His igitur atq; similibus
totum a se hominem uere assumptum ostendebat. Tenebris uero
& terremotu ceterisq; huiusmodi deum se quoq; uerum demon
strabat. Vnde non nulli qui eum antea deridebant commoti
clamarunt: Vere filius dei erat iste. Quomodo igitur non erit
stultum perturbari: quando ut hominem loqui eum audias:
& more humano dictorum factorumue recordari. que uero ut
deus dixit fecitq; omnino contemnere. Timebat ut homo. sed
illud semper tene quod ut deus dicebat potestatem habeo ponere
animam meam. & rursus potestatem habeo sumere ipsam. po
stremo maxime ingratitudinis est cum scriptura clamet homi
nem filium dei esse factum: non ut ipse qui est immutabilis
ad naturam nostram mutaretur: sed ut nos sibi coniunctos ad
suam quantum possibile est per misericordiam suam reformaret.

omnia

omnia .n. sua factus homo nobis dedit: & filios dei non natura. id .n. impossibile est sed gratia fecit maxime: inquam ingratitudinis est. quoniam infirmitates nostras accepit: conuenienterque nostra sibi absque peccato propter identitatem personalem attribuit: ut etiam in nobis passiones carnis extinguerentur propter illum qui eas propter nos in se ipso superauit. Idcirco a uobis iter creaturas collocari illud non pretermittendum quod sepenumero per prophetas deus & cor & manus sibi attribuit & timorem & dolorem & iram & animam. Cum igitur perspicuum sit dei uerbum in prophetis locutum fuisse: an audebunt isti huiusmodi passiones & partes hominis dei uerbo ante incarnationem accommodare? Non facient certe sed tropologice aut alio modo quodam humano dicent omnia hec more conscripta fuisse. quomodo igitur postea quam homo factus est non intelligunt non nature uerbi sed nature humane quam uere cum omnibus suis passionibus sine peccato assumpsit omnia hec esse accommodanda.

De eodem uidelicet quod filius non sit creatura: proposito testu illo primogenitus totius creature. c. ix.

Si creatura inquiunt filius non esset: non diceretur omnium creaturarum primogenitus. Nam quia magnam habet cum creaturis coniunctionem quibus primus earum & ante omnes sit hoc nomine appellatus est. Et si difficile non est ad rem ipsam statim respondere: primum tamen illud dicendum: si quia primogenitus omnium dicitur creaturarum cum creaturis connumerandus uidetur omnem rursus excedere creaturam uidebitur. quia solus unigenitus dictus est. Nam sicut primogenitus uocatur qui multos fratres habet: sic non est unigenitus nisi qui solus ita natus est ut nullos habeat fratres. Quomodo igitur & primogenitus & unigenitus simul erit: cum hec inter se manifeste repugnent? Nam quoniam utroque modo a scriptura nominatur: necesse est ut diligenter queratur quomodo unigenitus & quomodo primogenitus est. Unigenitus igitur est

quia solus ex patre nascitur & solus dei filius naturaliter est. pri
mogenitus uero non simpliciter sed in multis scribitur fratri
bus. Quando igitur natura ipse deus homine assumpto frater
factus est noster: tunc etiam primogenitus factus est in mul
tis fratribus. quia multos filios dei per gratiam effecit. Primo
genitus ergo uocatur non quia tempore precessit: nec quia eius
dem ipse inquantum dei uerbum cum creaturis essentie est:
sed quia in ipso primo deificati sumus. Ideo unigenitus nulla
causa addita simpliciter appellatur. quia solus ut uere filius in
sinu patris est. primogenitus uero ita dicitur ut & causa & quo
rum est primus statim afferatur. Primogenitus .n. inquit in
multis fratribus & primogenitus ex mortuis. Nam cum ipse
natura increatus sit & hominum dominus atq; creator: creatu
ra etiam factus primus inuenitur inter omnes homines quos
assumpta humana natura reformauit. Non est igitur ipse
ut uerbum creatura. Nam si in eo uniuersa creata sunt ut
ait paulus: nihil est creatum quod per ipsum creatum nō sit:
aut si omnia que creata sunt per ipsum facta sunt: ipse se ip
sum creauit: si creatura secundum hereticos est: quod omnīo
impossibile inuenitur. Primogenitus igitur in multis fratrib;
pie intelligitur ut diximus: quia factus homo & frater noster:
primus nos in se ipso sanctificauit. primogenitus autem etiā
ex mortuis: quia primus ipse morte calcata surrexit: & pri
mus carnem nostram in celos reduxit. Ideo ait ego sum uia
& ego sum ostium. per ipsum .n. natura nostra nouum iter
facere docta est: & quasi per portam quandam celos ingredit̄.
propter misericordiam igitur suam creaturis se factus homo
connumerauit: & primogenitus earum factus uniuersa refor
mauit. Unigenitus ergo filius patris secundum naturam est.
& uidimus inquit gloriam eius gloriam sicut unigeniti a pa
tre. Deus .n. uerus est ex deo uero: lumen ex lumine. primoge
nitus uero propter nos ut sicut per ipsum facta sunt omīa: sic

etiam in ipso reformata saluentur. Quare sicut initium uiarum creatus est: quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere: sic primogenitus uocatur in multis fratribus quia uocauit nos omnes ad adoptionem dei per gratiam. & rursus. primogenitus ex mortuis quia primus ex morte resurrexit & naturam nostram in incorruptionem reuocauit. Sed unigenitus inquiunt dicitur quia solus a solo patre creatus est. Cetera uero cuncta per ipsum.

Si hac de causa unigenitus patris filius dicitur: non erit pater omnium uniuersaliter creator: sed omnia ex ipso esse scriptura clamat. non ergo quia solus a patre creatus est: sed quia solus ex patre naturaliter nascitur: idcirco unigenitus appellatur. Nam si unigenitus diceretur: quia solus a solo patre factus est: nonne dies quoque unigenita diceretur: quia a sole solummodo fit? Nonne artes quoque multe aut imagines aut opera que solus aliquis solaque fecit unigenita dicerentur? Nonne sol ac luna celum quoque multaque alia unigenita uocarentur. quia sola in spetie sua facta sunt. Sed nemo profecto unigenitum illud dicit quod factum est quamuis solum a solo factum sit. Nec igitur etiam filius quia solus a solo factus sed quia solus a solo genitus unigenitus dicitur. Opus enim non genimen appellatur: quod factum est. filius uero genitus est ex patre. quia ex ipso naturaliter prodiens essentie paterne uerus per generationem heres inuenitur. Quod si unigenitus ut nonnulli aiunt appellatus sit: quia solus omnia excedit: pater quoque unigenitus hac ratione diceretur: & quicquid in spetie sua excedere uideretur: unigenitum uocaretur. Non ergo propter excessum sed quia ex patre solus nascitur: idcirco unigenitus est. Sed unigenitus dicunt est: quia solus paterni consilii angelus est. Si ergo insitum nobis quoque uerbum cogitationes mentis solum enuntiat: recte posset unigenitum mentis appellari. quod nemo umquam dixisse inuenitur. Sed unigenitus inquiunt dicitur: quia creator solum omnium est que post ipsum creata sunt. Ne sui quoque ipsius creator putetur. At

scriptura o uos omnia simpliciter in ipso & per ipsum facta esse predicat. Preterea primogenitum nonnumquam dicemus eum qui primo natus est: hoc modo christus primogenitus uirginis dicitur secundum carnem non quod alios etiam genuerit. Virgo enim post partum etiam remansit. Sed quod primum plerumque absolute & in se & non per comparationem ad alia dicitur: ita ergo etiam ex deo primogenitus est non ut multorum primus sed ut solus ex deo genitus. Et hec que prima simpliciter sunt: causa sunt eorum que secundo loco sunt. Dei ergo filius primogenitus aliorum potest dici: quia ipse primus causa est ut filii appellatio ceteris omnibus accommodetur: ita & pater deus primus pater est. quia primus omnium genuit qui eternaliter generat. Adde quod sibi ipsis heretici repugnant. primogenitum enim filium dicunt. quia solus a patre factus sit. cetera omnia per filium esse producta concedunt. hec certe repugnant. Nam si ea ratione primogenitus est: non ab eo certe sed a patre solo cetera quoque producta essent: quorum comparatione ipse primo productus dicitur.

Sed quomodo inquiunt si uerus dei filius uerbum est: ceteris eum connumerat scriptura dicens: primogenitus totius creature. Necesse enim omnino est tale esse uerbum secundum naturam qualia sunt quorum est primum. Magna in huiusmodi oratione impietas est. non enim quia creatura est filius totius creature primogenitus dicitur. Sed quia omnes nos in ipso & per ipsum adoptati filii dei per gratiam efficimur: cuius gratie ipse auctor est.

Similes sibi per misericordiam faciens credentes in eum. quoniam uero primogenitus est: idcirco imago patris uera demonstratur. Nam sicut ipse primus filius uere est: sic & pater primus pater. In ipso enim primus pater est: & ipse primus filius in primo patre: & per ipsum omnia facta sunt: & per ipsum omnis creatura rationalis adoptatur. Postremo si quia primus totius creature filius dicitur: creaturam ipsum quoque creditis: quid dicetis quando pater de se dicit: Ego primus: & ego post hec: an & ipsum primum

creaturarum & creaturam audebitis predicare? Non arbitror. Sicut igitur pater non est creatura: quamuis primus dicatur: sic & filius. Et sicut pater principium se ipsum omnium ostendens dicit: Ego sum primus: sic & filius totius creature primus dicatur: quia per ipsum omnia facta sunt: & ipse principium omnium atque creator est. In testu euangelico Sedere autem a dextris meis aut a sinistris meis non est manum dare. c. x.

Sed quomodo inquiunt si equalis patri filius est dixit ad filios zebedei. Non est meum dare. Id .n. aperte ostendit non habere se potestatem dandi quod petebatur. Non est ergo equalis patri. quoniam pater omnium potestatem habet. Oporteret certe non ita inconsiderate saluatoris uerba exponere. Nam si diligenter singula perspicere uolueritis: nihil inuenietis: quo impietas uestra possit iuuari. Accesserunt zebedei filii ad christum: supremosque honores petebant qui aliis debebantur. Ad quam petitionem conuenienter saluator respondit. Non est meum dare. non quia potestatem dandi non habeat: sed quia premia proportionaliter certantibus dantur. Nam quemadmodum si quis certamen instituerit & munera declarauerit ad petentes maxima premia dicat. Non est meum dare: Non .n. certandi munera sic mihi proposita sunt ut uelim petentibus dare quibuscunque: sed illis solum qui certando superabunt. Sic saluator quoque non est meum dare inquit supremum honorem uobis petentibus qui reseruatus est in prescientia patris illis quos excessus certandi commendabit. Quare domini hec responsio potestatem non negat: sed dispensationem ostendit. Quomodo .n. ipse non potest dare quibus uelit: cum inueniatur omnibus discipulis id esse largitus? Amen amen inquit dico uobis quando filius hominis sedebit in solio maiestatis sue: sedebitis & uos super duodecim sedes. Non .n. ut propheta hoc predicit sed ut auctor benigne largitur. Quomodo ergo qui omnibus potuit dare: duobus non potuit nisi forsan audebitis dicere non habituros quod dicitur apostolos quod

si facietis: nemo amplius christianus alloqui uos debet sicut ueri-
tatis contemptores. Sicut igitur si zebedei filiis non posset id
dare: non esset equalis pater. ita quoniam omnibus discipulis
dare potuit equalis genitori erit in omnibus. Preterea si uere
dicit omnia sibi tradita esse a patre: & in omnibus gratia etiam
hec continetur: non negat potestatem dandi: cum dicat: Non
est meum dare. sed dispensatiua oratio est. Isayas .n. aperte cla
mat dicens de saluatore. propterea ipse dominabitur multis
& fortium spolia partietur. quoniam tradita est in mortem ani
ma eius. Si ergo ipse honores sanctis uiris partitur: quomodo
dicitis eum non posse dare petentibus si uelit. Certe omnia pa
ter ipsum operatur: quorum unum est distributio munerum
singulis sanctorum. Ipse igitur distributor munerum est. sed
sensum euangelicorum uerborum altius exponamus. CUM
saluator noster dominus ihesus christus discipulos hortaretur
atque moneret ut nihil in hac uita uellent habere. sed cultui di
uino attenderent: ac ingentes honores mandata sua seruantibus
polliceretur: accesserunt discipuli dicentes: Ecce nos iam omnia
neglex imus: & te solum secuti sumus. quid ergo erit nobis. re
spondit christus: quando filius hominis in solio maiestatis sue
sedebit: tunc in illa regeneratione uos quoque sedebitis in duode
cim sedibus iudicaturi duodecim israheliticas tribus. Id cum
filii zebedei audissent: non conuenientem sibi concupiuerunt.
Nam quod omnibus discipulis quasi pro mercede beniuolentie
erga christum erat propositum soli rapere studuerunt. Uerum
ne inanis glorie cupiditate uicti uiderentur: ipsi quidem pu
dore silent. Matris uero ministerio utuntur. Accessit igitur
illa ad dominum dicens: Dic ut isti duo filii mei sedeant: unus
a dextris tuis & alter a sinistris tuis. Aperte igitur per hec uerba
uidetur mulier id quod omnibus debebatur ad filios solummo
do suos uelle traducere. Nam si hoc esset: qua ratione quod da
tum omnibus erat discipulis de numero quorum filii etiam

sui fuerunt: id ipsa rursus petit. Non alia uidelicet: nisi ut com
mune omnium premium ad suos transferret. Hec saluator cu
sciret ut deus filios zebedei ad se uocat: nec acriter propter mi
sericordiam suam increpat: ne doloris magnitudine mestitieq;
submergeret. Sed dicit non esse suum dare. Nec nature sue
iis uerbis impotentiam ut heretici dicunt ostendit. Stultu
.n. omnino id dictu est: presertim cum iam prebuisse omnibus
hec inueniatur. Sed quoniam inquit iniustam petitis gratiam:
quam me non decet uobis largiri: non est meum dare. Iustus
.n. sum iudex: & honores singulis quos per gratiam affero quasi
debitos laboribus uirtutibusq; distribuo. Ad hec inani gloria
moti a dextris & a sinistris meis sedere concupistis. Id autem
dare meum non est. Non emendabo morbum alicui: qui doceo
& hortor ut a morbo caueatis. Ita ergo id dicitur quemadmo-
dum si ignis refrigerari petenti ab ipso diceret non est meu
dare id tibi. Calefaciendi .n. non frigefaciendi mihi natura
inest. Sic christus quoq; dicit: Iustus sum munerum declara-
tor in certaminibus positis: ac ideo non petentibus simpliciter
largiri debeo: nec per iniuriam certantium omnium ad du-
os solum honores traducere: sed pro rebus ab uno quoq; gestis
quasi debiti a me honores distribuendi sunt. Illi ergo iure hoc
accipient quibus a patre meo qui per me & in me omnia opera-
tur preparata hec sunt. Nemo certe hic suspicari debet ideo
a patre honores preparatos dici: quia ipse prestare non possit:
sed propter dispensationem incarnationis sicut ab homine
dicitur: solet .n. omnia que naturam hominis excedunt patri
ut deo attribuere. Nam cum ipse quoq; deus secundum natu-
ram sit & unum atq; idem cum patre: omnia profecto pote-
rit sicut deus. Ab inani ergo zebedei filios gloria improbaq;
ambitione deterret ad modestiamq; reducit: ut a sequentib;
patet. Moleste naq; tulisse ceteri discipuli scribuntur: quonia
propositum omnibus honorem petitione mulieris rapi uide-

bant: & certe quantum ad ipsam & ad filios suos fuerat ereptus:
hic honor a ceteris fuit. Saluator autem ut scribitur uniuersa
liter ne zebedei filios turbaret ad doctrinam ipsorum & omni
um dixit gentium reges & principes earum dominantur ipsis.
Non sic erit in uobis: sed qui uoluerit primus esse in uobis: erit
omnium seruus. Deinde se ipsum in exemplum proponit. Si
cut inquit & filius hominis uenit non ut sibi ministretur: sed
ut ministret: & demum quasi apicem apponens & sensum uerbo
rum suorum enodans parabolam apponit: qua uocatis in conui
uium consulit non rapere primum locum sed expectare donec
honor sibi a principe conuiuij tribuatur. Melius. n. est inquit
ab extremo loco ad primum honorifice uocari q̄ ab occupato
imprudenter primo. Ad extremum turpiter depelli: ac alium
ad primum ipso audiente uocari. Ita & zebedei filios eodem
sermone honestissime castigauit: & ceteros accommodatissime
consolatus est. Hac ergo de causa non quia non potuit non est
meum dare zebedei filiis respondit. In testu euangelico: Ut co
gnoscant te solū deū uerū: & quē misisti ih̄m xp̄m. c. xi.

Ecce inquiunt ipse filius ait solum patrem deum uerum
esse. Sed ipse quoq; pater dicere inuenitur: Ego deus pri
mus & ego post hec: nec est deus preter me. quomodo
igitur ad primum & solum uerum deum alium uos quasi ue
rum deum adiicere audetis? Sed non ad deiectionem filii haec
a patre dicuntur nisi forsan ut apud fabulas gentium fertur
inter filium & patrem bellum esse credatis. Sed ad deiectionem
falsorum deorum primum postremumq; hoc est sempiternū
se pater deum appellat: secumq; filium necessario intelligit. Ubi
autem filius est: ibi spiritum quoq; suum adesse necesse est. quod
autem ait saluator ut te cognoscant uerum solum deum. Non
ne uidetis q̄d statim coniungitur: & quem misisti ihesum chri
stum. Ut ergo uerus deus pater cognoscendus est: ita non aliter
ihesus christus habendus est. Nam si uerbum patris est sicuti cete-

ab omnibus esse conceditur: quis adeo mentis inops dicere au
debit patrem ut filium a deitate depelleret dixisse: nec est deus
preter me? Creaturas igitur a quibus falso dei nomen occupabatur:
illis uerbis pater non filium reppulit: quod ut apertius intelliga
tur: ponamus non nullos errore impulsos hominis aut bruti ani
malis cuiusdam statuam erexisse: quam credant lucis esse origi
nem: quamque lucis nomine appellent. Ad hec fingamus solem ad
huiusmodi homines magna uoce clamasse: erratis nimium omnes
uos. ego enim solus sum lux: nec est alia preter me. An igitur his
uerbis splendorem solis & lumen non esse lucem putabitis? Vel
aduersus falsam lucem illam uerba solis interpretabimini? hoc
extremum profecto facietis. Quare cum a patre quoque dicitur:
Ego solus sum deus: nec est alius preter me: falsos deos non filium
extrudi firma fide credendum est. Quomodo enim non erit insa
num de uerbo dei hec dicta esse confingere per quod omnia
facta sunt? sine quo nihil factum est? Quod per prophetas lo
cutum est? quodque semper in patre est? Falsi ergo dii deique fi
lii: quos humana ignorantia finxit repudiantur. Nec etiam quia
solus pater uerus deus a filio dicitur: idcirco filius a substantia
litate sua eicietur. Verus enim & ipse deus est. quoniam uere di
cit: Ego sum ueritas. Quare uero patri etiam si dirumpantur
heretici eternaliter coniungitur. Quod ergo dicitur ut cogno
scant te solum deum uerum aduersus falsos gentilium deos: ne
cessario accipiendum est. Nam si filius non erit natura uereque de
us ut pater: quomodo uere se coniunxit uero deo dicens: Et quem
misisti ihesum christum? Non enim potest simul cum natura crea
ta res increata cognosci: nec umquam cum creaturis connumerabi
tur. Nulli enim preterquam filio certe dabitis quod possit dicere ut co
gnoscant te solum uerum deum: & solem ponamus aut lunam
aut angelum quempiam. Soli autem filio uerba hec congru
unt. quia creatura non est sed ex patris substantia prodit: &
genitori non iniuria connumeratur. Ipse namque nos docuit quod

patris ueri genimen uerum est. Manifestaui ait nomen tuu*m* hominibus: quia uidelicet uerus pater es & uerum filium ha bes. Iohannes etiam ait: & sumus in uero filio eius ihesu christo. Non .n. potest excludi filius: quando solus pater esse uel facere aliquid dicitur: qui solus extendit celum de patre a quodam propheta scribitur: & ipsius patris uox fertur: Ego solus celu*m* extendi. & tamen aperte de filio quoq*ue* legitur: Verbo domi ni celi firmati sunt. Si ergo q*uamuis* pater dicat se solum celos fecisse: filius tamen etiam fecisse inuenitur. perspicuum est: quia quando etiam solus pater uerus deus appellatur: una cu*m* eo semper filium per quem omnia facit: per quem loquitur: intelligi necesse esse. Sic .n. est in uno solo primo & uero deo naturaliter quemadmodum in luce splendor. Proposito testu ihesus autem proficiebat sapientia & etate & gratia apud deum & apud homines. c. xii.

Quomodo inquiunt equalis erit patri substantialiter filius qui non perfectus est? Inuenitur .n. in sapie*n*tia proficere. proficit autem quod perfectum non est. pater uero perfectus est nullius indigens rei: ac ideo nullum in melius suscipit profectum. Interrogandi heretici sunt de quo putant scriptum esse quod proficiebat in sapientia & gra tia. De christo certe dicent: christum porro quem arbitrant*ur* fuisse? Nam si communem nudumq*ue* hominem in quo ni hil ultra naturam nostram fuerit: proficiat ipse quoq*ue* ut ho mo. Sin uero deus est homo propter nos factus ut scribitur: quomodo profectum suscipiet? aut quomodo imperfect*us* erit qui non rapinam arbitratus est se esse equalem deo? Q*uo*d si eq*ua* lis deo est: ut paulus affirmat: & tamen proficiebat: maiore*m* iam patre secundum uos dicere necesse erit: quod absurdissi mum est. Cum igitur perfectus sit perfecti patris filius: prop ter incarnationem dictum esse istud accipiatis. Nam si ut uerbum factus homo profecit: non ipse nobis profuit: sed

Chr*istu*s p*ro*ficiebat qua*m*...

magis caro quam assumpsit profectum sibi attulit: & ad perfec
tionem imperfectum conduxit. Quomodo igitur nos gratias
agimus sibi tanq̃ propter nos homini facto cum oporteret
profecto ut ipse nobis gratias referret? Quod quoniam uel cogi
tare impium est: non ut uerbum profecit: sed propter incar
nationem dictum est: ut modo latius dicemus. Preterea non
nudis sed ueris uocabulis uerbum dei appellatur deus & dei sa
pientia & uirtus & forma & imago patris. Quomodo igitur
cum hec omnia uere sit profectus est susceptibilis? Esset .n.
aliquid maius deo & sapientia & uirtute & forma & imagine
dei quod impossibile est. Ad hec principatus dominationes
angeli archangeli & omnis rationalis creatura participatiōe
uerbi perficiuntur. Quomodo igitur imperfectus est ipse quo
cetera omnia perficiuntur? Et quomodo sapientia dei profi
cere in sapientia potest? aut quomodo in gratia ille proficit
qui omnium gratiarum largitor est? nisi forsan paulo non
credant qui sapientiam dei filium appellat & gratie largitoreꝫ.
Accedit q̄d semper imperfectum quod est ad perfectionem asce
dere conatur: & primum locum in quo est negligit: maioreꝫ
autem atq; meliorem desiderat: ut homines uerbi gratia in sa
pientia omniq; uirtute paulatim proficientes ad perfectioreꝫ
uitam ascendunt. Dei autem uerbum hoc est dei filius cum
totus in patre sit: & totum in se patrem habeat: quo ascendet?
Nam qui patrem replet ut modo corporum dicam & repletur
a patre si recipiet incrementum patre maius uidebitur: quod
nefas dictu om̄io est. Non ergo proficit qui perfectus est: nec
mutatur qui immutabilis est. Sicut ergo quando paulus di
cit: Humiliauit se ipsum formam serui accipiens non ꝑtur
bamur: nec minora de uerbo dei opinamur: sed misericor
diam & gratiam eius magis miramur. sic non oportet ꝑtur
bari quando profecisse ipsum legimus. Nam quemadmodū
nihil ex illa humiliatione uerbi deitas passa est: sic ex isto pro

fectu nihil penitus fuit perpessa. Sed sicut propter nos humi
liauit se ipsum: sic etiam propter nos proficere uoluit: ut nos
in ipso in sapientia & gratia proficiamus: qui propter peccatū
quasi iumenta effecti eramus: ut etiam in gratia in ipso simili
ter proficiamus: qui pulsi propter primi hominis preuarica
tionem a pristina dei gratia fuimus. Omnia .n. nostra propter
nos christus sine peccato suscepit: ut ad melius omnibus refor
matis omnium nostrorum bonorum principium fieret. Sed
sensum nunc ipsius textus altius inuestigemus. Naturalis quedā
lex facit ut non subito nec in breui tempore sed paulatim secū
dum profectum corporis in sapientia etiam omniq; uirtute
homo proficiat. Verbum igitur dei factum caro ut scribitur q̄
uis sapientia & uirtus profecta patris sit: tamen quoniam uere
se factum hominem oportebat ostendere non preter naturam
hominum sed secundum naturam paulatim crescente corpore
paulatim quoq; sapientior uidebatur. Occultam igitur sapien
tiam suam paulatim reuelabat legem nature nostre secutus. Cū
igitur audis profecisse ipsum in sapientia & gratia: noli putare
quicq̄ ipsi additum fuisse: qui nullius unq̄ rei egere potest. Sed
quia uidentibus atq; audientibus eum sapientiorem gratioremq;
in dies se prebebat. Idcirco scribitur profecisse ita detegendo se
ipsum in dies non ipse sed qui mirabantur ipsum atq; amabant pro
ficiebant & certe: quod in re aliqua proficit aliud est q̄ res illa in
qua proficit. Si ergo christus qui est sapientia profecisse in sapiē
tia scribitur: non ipse profecto. Sapientia .n. in se ipsa proficere
non potest. Non ergo ipse sed humana proficiebat natura. Nam
dum in dies in ipso deitas manifestaretur mirabilior & sapiētior
uidebatur: Proficiebat autem in ipso natura humana hoc modo.
Assumpsit sapientia dei hoc est filius dei naturam nostram: paula
timq; tum uerbis tum factis deificationem assumpti hominis
reuelans proficere ipsum reuelando faciebat & sic ipsa natura no
stra proficiebat in sapientia in qua erat deificata: per quam etiam

nos filii dei per gratiam effecti sumus. Et ita in christo tantum
profecit natura nostra: ut a corruptione ad incorruptionem &
ad dignitatem deitatis in christo peruenerit. Sed nos inquiunt
audiuimus scripturam ipsum filium dei hominem factum ihe
sum christum appellari. Ipse igitur filius dei est: qui proficiebat.
Nec istas distinctiones uestras suscipimus: cum paulus unum ihe
sum christum predicet. Si ergo unus est: & hic unus proficie
bat: imperfectus erat certe: & quomodo perfectissimo patri erit
equalis? Unus profecto dominus ihesus christus est & non duo
& unus hipostatice atq; personaliter in duabus naturis. Deus .n.
hominem assumpsit atq; induit. & ideo uerbum dicitur caro
factum esse. Cur igitur omnia que homini sine peccato conue
niunt: ei non attribuitis? presertim cum hinc nulla in re dei
tati uerbi derogetur? Quoniam igitur carni proficere propri
um est dicas eum ut hominem profecisse. Sibi .n. attribuit que
carnis sunt. Sic .n. mortem etiam ppessum predicamus. Neq;
ut deum sed ut hominem id perpessum credimus. Quoniam
igitur uos quoq; o heretici hominem uere factum dei uerbum
negare non audetis: sicut quando auditis splendorem esse ipsu
christum & sapientiam & caracterem patris non hominem
quem assumpsit sed filium dei qui assumpsit intelligitis: sic
quando apud scripturas aliquid dicitur quod non deo sed ho
mini conueniat: non ad uerbum dei sed ad hominem q uerbo
hipostatice unitus est referre debetis. Undiq; igitur patet nō
sapientiam ipsam inquantum est sapientia sed humanam
naturam in sapientia profecisse. paulatim .n. natura nostra
manifestabatur sicut instrumentum esse deitatis que habita
uit in ipsa. ideo non dixit uerbum dei profecisse sed ihesu:
ne scilicet uerbum proficere uideretur. sed humana natura
que profectus susceptibilis est. Sic igitur que de christo scri
buntur intelligenda sunt: ut nec que deitati conueniunt:
humanitati eius attribuantur: nec que humanitatis propria

sunt ad deitatem ipsius distorqueantur. De eodem proposi
to testu apti: Cum uo subiecta sibi omnia fuerint: tuc ipse
quoq; fili subiicietur ei qui sibi cuncta subiecit. c. xiii.

ET quomodo inquiunt equalis patri secundum naturaz
filius erit: si uere paulus dicit qd ipse quoq; filius pa
tri subiicietur? Nemo .n. negare poterit minus esse
quod subiicitur eo quod subicit: sicut uictore quod uictum
est. Non intelligunt heretici pugnantia dicere & omnio absur
da. Minorem .n. filio patrem contendunt esse: idq; affirma
re conantur: quia paulus tunc inquit. Tempus .n. determina
te proponit: patri filius subiicietur. Vnde sequitur secundum
ipsos modo subiectum non esse. Rationalis autem natura qua
do subiecta non est in propria tunc suaq; uoluntate est. Quid
ergo dicent audientes christum: Non ueni ut faciam uolun
tatem meam: sed uoluntatem eius qui misit me patris. Respo
deant igitur nobis isti qui se acute scripturas intelligere predi
cant: an qui facit uoluntatem alicuius ei non subiicitur. qd
quoniam dicere uerebuntur: quomodo si nunc quoq; filius
patri subiicitur in futuro tempore tandem subiicietur. Cre
dant igitur uere de ipsis nos posse dicere erratis nescietes scrip
turas. Preterea creaturam esse filium contendunt. Si ergo
ut scripture clamant deo creatura omnis seruit: quomodo ip
se nunc patri non subiicitur? Necesse autem est ut aut pa
ter non possit modo ipsum subicere: & erit nunc filius ma
ior patre: quod contra ipsos est: aut si honestum est ut fili
patri subiciatur: turpiter facere ipsum istis concedendum
erit qui postea subiicietur & modo subiectus non sit. Quo
modo igitur dictum est de ipso quod peccatum non fecit:
Immo inquiunt quomodo minor patre filius non est: qui
ei semper secundum uos subiicitur. Perspicuum omnibus
est non destrui equalitatem subiectione. Subiicitur enim
equale equali plerunq; dispensationis modo quodam. Non

ne concedetis unum eundemq; spiritum in prophetis esse. Cur igitur paulus scripsit spiritus prophetarum prophetis subici? Quomodo autem subiectio ab equalitate patris repellere filium poterit? Nonne in hominibus quoq; filii patribus subiciunt? nec tamen minores ullo modo sunt quantum ad substantie natureq; rationem. Si ergo debere ita fieri nemo negabit i nobis neq; idcirco maiores esse aut minores natura dicet eos qui subiciuntur: quare id in deo quoq; similiter sine impietate fieri non putabimus? Non .n. subiectio in ipso esse filii est: aut ipsum esse filii in subiectione. Sed cum in propria sit hypostasi: subici patri dicitur. Unde subiectio minorem naturā patre ostendere non potest. Qđ si putatis subiectionem quasi diffinitionem ipsius esse filii: uidete in quantum impietatis hec uos depellit ratio. Tunc .n. uobis necesse erit dicere filium futurum: cum antea non esset: quando subiectionis uenerit tempus: quod paulus nondum uenisse sed uenturum ostendit. Sed quid dicetis si pater quoq; subici filio reperietur. Subicitur certe alteri qui ei ministrat. pater uero ministrat filio: ut canit psalmista: Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo pater q̄uis ministret filio: minor tamen ipso propterea non est. nec fili⁹ quia patri subicitur: minor patre putandus est. Sed sensuȝ uerborum apostoli modo consideremus. Omnia pater per filium operatur. Idq; subiectionis conditio est: ut uoluntatem patris in omnibus filius habeat. Una .n. uoluntas amborum est. Unde cum dicat pater faciamus hominem: homo a filio diuinitus formatur. Docet igitur paulus in futuro quoq; seculo patrem in nobis non aliter q̄ per filium habitare. Ideo scribit. quādo subiecta filio erunt omnia. tunc ipse quoq; patri subiciet: qui sibi omnia subiecit. & addit ut deus sit omnia in omnibus. Videtur ergo dicere nemo putet aliter nos q̄ per filium patris participes in uenturo seculo fore. per subiectionem ergo nihil

aliud significare uoluit q per filium nobis cuncta patrem etiam
tunc largiturum & ita subiectio non minorem filium ostendit:
sed identitatem trinitatis demonstrat incommutabilem: que
nunquam aliter se habebit: sed erit etiam in illo seculo pater per fi
lium omnia in omnibus & uita & incorruptibilitas & gaudium
& uirtus & quicquid sanctis gratie dabitur ex patre per filium
in spiritu dabitur. Sed uide queso q prudenter immo diuinitus
uerba hec pauli conscribuntur. Nam quoniam a patre omnia
subiecta in filio dixit: ne quis patrem non dominaturum po
stea omnibus credat. quoniam filio subiecta iam omnia sint:
necessario filium subiicit patri: ut rerum omnium principa
tus ac dominatio in patrem per filium redigatur. & ita una
deitas pater scilicet in filio & spiritu sancto regnet. Sed quomodo
inquies: si modo quoque patri subiectus filius est: subiicietur.
paulus tunc inquit & ita in uenturo seculo solummodo id fu
turum ostendit? An quia subiectus modo non sit neque patris
pagat uoluntatem qui se ipsum humiliauit ut scribitur & ser
ui formam assumpsit ut opus patris perficiat ut ipse ait. & om
nibus re ipsa comprobatur. Quomodo igitur iam subiectum in
futuro seculo subici quasi modo non sit: tunc ipsum quoque fi
lium diuina uox pauli clamat. Verba igitur singula diligenter
& totus contextus eorum considerandus est. Quando inquit sub
iecta ipsi erunt omnia illo uidelicet excepto qui filio subiciet
omnia: tunc ipse quoque filius subiicietur ei qui subiecit sibi om
nia: ut sit deus omnia in omnibus. Hoc igitur significare uolu
it. Subiectus nunc quoque christus patri est non tamen pro om
nibus sed pro solis credentibus in eum: pro quibus se ipsum tanquam
immaculatum agnum patri obtulit: ut ab omni peccato libera
tos patri offerret. Quando igitur omni undique exterminato er
rore uniuersus terrarum orbis ad uerum deum conuersi domi
num ihesum christum confitebitur: saluatoriaque ipsius mandata
sequetur: tunc inquam quia omnes sibi erunt subiecti: ipse quoque

pro omnibus patri subicietur: & pontifex omnium simpli
citer factus omnibus per se ipsum participationem patris lar
gietur. Sic .n. deus omnia erit in omnibus per filium in om
nibus habitans. Ideo non dixit tunc ipse quoq; filius patri ut
minor subicietur: sed subicietur inquit ut sit deus omnia
in omnibus. Vides quia mediationem filii qui nos ad patrem
adducit sermo hic significat. Simul .n. rursus cum sanctis
erit & se ipsum proportionaliter ad gratiam singulorum om
nibus largietur: ut per ipsum patre omnes participent. Et hic
est subiectionis modus. patris .n. benedictionem naturaliter
per ipsum in spiritu sancto concessam uocatis in regna celestia.
ipse ministrabit. Hec autem ministratio atq; subiectio non repel
lit eum a naturali dignitate filii. Nam q̃uis sit natura filius &
equalis patri: condescendens tamen etiam tunc ministrabit
patri cognitionem deitatis nobis largiens: ut tantum cogno
scamus quantum recipere poterimus. Illud ad hec addendu͠
uidetur. Subicimur nos filio. nec tamen propter subiectio
nem natura nostra in aliud mutabitur. Voluntatis .n. atq; co
gnitionis subiectio est. Similiter ergo filius quoq; subicietur
patri non mutata natura. Incommutabilis .n. deus est: & mo
dus subiectionis erit in illo tempore qͩ omnibus secundum
uoluntatem patris abundantius gratias in spiritu largietur.
Nam qui tunc solummodo subiectum fore patri opinant͠ aut
equalem modo aut maiorem necessario confitebuntur: tu͠c
autem minorem sicut subiectum ut aiunt. Mutatio ergo erit
in natura filii: quod omnino impium & contra scripturã est.

De eodem proposito testu: Pater glorifica me illa gloria
quam habebam apud te ante q̃ mundus esset. c. xiiii.

Sed quomodo inquiunt non est inconueniens eiusde͠
dicere substantie filium patri: cum a patre filius glo
riam petat? Glorifica inquit me tu pater ea gloria
quam apud te habebam ante q̃ mundus esset. Nam si supsliu͠

est petere quod habes: patet hinc non esse tam magnum petentem filium: quantus est pater a quo gloriam petit. Non est possibile ut gloria indigeat glorie dominus: cum nihil deesse possit perfecto. Nullus. n. ferre uos poterit: si dei filium imperfectum aliqua in re dixeritis. quis alioquin turpissimum sit opinari quasi hominem nudum cupiditate uictum glorie a patre id petere: sed altior dispensationis modus in hoc sermone reconditus est. Cum. n. christus dixisset: pater glorifica filium tuum: illico pater respondit: & glorificaui: & rursus glorificabo. Si ergo talem filius gloriam petebat: qualem uos putatis: paterque statim promisit: cuius gratia post petitionem statum contrarium sequitur. Captus. n. a iudeis patibulo affixus est. Non sibi ergo a patre gloriam petebat qua sicuti natura deus non indigebat: sed paternam gloriam in hominem quem assumpsit petendo ut homo traducit. omnia. n. in ipso & per ipsum bona consecuti sumus. Sed non est abre uim & potestatem etiam uerbi considerare. Doxa. n. grece modo gloriam modo opinionem significat. Quando igitur filius dicit: Doxason me tu pater ea doxa quam habebam antequam mundus esset: hoc aperte dicit. quoniam o pater homo factus id solum esse hominibus uideor: nec cognitus sum coeternus tibi esse. Doxason me tu idest talem opinionem atque fidem hominibus de me largiaris: qualem haberent credentes me apud te semper fuisse etiam antequam mundus esset: ut uidelicet deum existiment credantque esse secundum naturam lumen de lumine deum uerum de deo uero. Quod autem ita hic locus intelligendus sit a sequentibus manifestum est. Nam postquam hanc opinionem existimationemque de se petit ut deus esse manifestaretur: causam intulit dicens: quoniam & ego nomen tuum hominibus manifestaui. Si ergo petit quod fecit: fecit autem ipse nomen patris manifestum hominibus: nihil aliud certe petit quam ut hominibus deus esse manifestetur: non propter se sed propter salutem ipsorum.

petit autem ut homo: & quicquid a patre ut homo petit: id a se
quoque ipso ut deo & spiritu sancto petit. Gloriam uero petere
filium quasi non habeat & eadem causa inferiorem patri osten-
di putare: nonne pudet? In filio enim pater inspicitur. Si ergo
pater gloria non eget: nec filius eget profecto. Quomodo enim
poterit esse non egens? in egente? sed qui uidit patrem: uidit
& filium. & ego & pater inquit unum sumus. Perfecte igitur
filius sicut & pater gloriam possidet. Liber xi. capitulum primum
aduersus dicentes quia deus nihil plus sciat de substantia sua quam
nos sciamus: & quicquid ipse scit de se ipso totum id homines
scire possunt. c. primum.

INgenita est inquiunt essentia dei: nec esse dei aliud est
quam esse ingenitum. Quisquis igitur scit hoc esse deum ip-
sum deum perfecte cognoscit. Sed ipse quoque deus inge-
nitum se esse non ignorat. Nulla igitur scientie differen-
tia est: cum & ipse & nos nihil aliud quam ingenitum esse
deum sciamus. Ridicula hec sunt. immo autem omni furore
plena. Nam cum sitis homines quos diuina essentia in infini-
tum excedit: eandem cum deo habere scientiam impudenter
asseritis. Nec audistis ysaiam dicentem quis metitus est manu
aquas & celum palmo quis cognouit? mentem domini. Dicant
ergo nobis qui immensam dei naturam atque incomprehensibi-
lem humana ratione assequi se atque ad unguem intelligere
credunt. Cum tamen celum metiri palmo non possint: utrum
ingenitum esse dei sit an non. Nam si negabunt: tota hec ca-
uillatio impudenter dicta uidebitur. Sin autem pergent asse-
rere deliramenta sua facile cognoscent: si attendere uoluerint.
Non enim quia deus ingenitus sit: idcirco etiam dei esse ipsum in-
genitum est. Simile namque est: si quis diceret hominem quoniam
impennis hoc est sine pennis est: hoc ipsum esse ipsius substan-
tiam atque essentiam. Non enim quia impennis est: hac de causa
homo est: sed quia homo ideo impennis. presupposita enim substantia

cetera de ipsa dicuntur. Similiter igitur ingenitum & increatum ceteraque huiusmodi de substantia dei dicuntur. de iis .n. sunt que circa substantiam dei conspiciuntur: ita ut non ipsa substantia sint. Non .n. ipsum dei esse: sed non esse factam substantiam dei significant. Nam si quicquid de solo deo dicatur: id erit substantia eius: ex multis erit substantiis compositus. Multa .n. de deo secundum naturam dicuntur que de aliis non ita dicuntur: sicut rex dominus immortalis inuisibilis ingenitus hoc est eternus & non factus & mille huiusmodi. Si ergo singula pro substantia capientur: erit compositus. quod absurdissime dicitur. Ingeniti ergo uox unum eorum que in deo sunt significans ostendit ingenitum non ipsam essentiam dei significare. Omnis enim substantia ex eo quod est non ex eo quod non est diffinitur. Nullus .n. mentis compos hominem diffiniendo dicet impennem esse & non quadrupedem sed ex quibus est recte diffiniet: sed dicet animal rationale. Ingeniti autem uox non significat quid deus secundum naturam sit: sed quid non sit. factum .n. non esse significat. Cum ergo non ipsam substantiam ostendat: non significabit essentiam dei. nec esse dei erit ingenitum esse. Nam quicquid ita dicitur de alio ut quid sit essentialiter significet: uel sicut genus uel sicut species uel sicut differentia uel sicut diffinitio de ipso predicatur. Horum .n. quatuor solummodo aliquid interrogationi quidem uere accommodatur. Ingenitum autem nec ut genus nec ut species dici de deo potest. Genus .n. & species alterum spetie alterum numero de multis dicuntur. Ingenitum uero de solo deo dicitur: sed nec ut diffinitio de deo ingenitum predicatur: tum quia diffinitio non uocabulum unum sed oratio est: tum quia priuatiua nomina non quid est sed quid non est: significant. Ingenitum .n. unico .n. grece scriptum non factum neque creatum significat: & de deo uniuersaliter predicatur. Gemino autem .N. scriptum non natum nec ex alio esse significat: & patri accommodatur. His ergo rationibus nomen ingeniti nec

diffinitio

diffinitio nec diffinitiuum est. Relinquitur ergo si neque ut genus neque ut species neque ut diffinitio ingenitum de deo predicatur: ut sicut substantialis differentia predicetur: quod etiã falsum est. Videmus .n. substantialem differentiam in compositis solum inueniri: deus uero simplicissimus est. Vndique igitur colligitur qđ ingenitum non quid est esse dei nec essentiam eius significat: sed modum ostendit quo est. Qđ scilicet factus recreatus non sit. Verum si putant ideo essentiam dei per ingenitum significari: quia solus deus ingenitus est: erit secundum ipsos risibile humane substantie significatiuum ceteraque similiter que propria spetierum sunt substantias significabunt: quod falsum est. Non .n. substantiam rei sed proprium substantie significant. Ingenitum etiam cum non quid deus sit significet sed modum quo est ostendat qui modus in deo solummodo inuenitur quasi proprium eius esse uidetur: & de ipso inseparabiliter predicatur: sicut de corpore color secundum uos. Ex huiusmodi autem inseparabilibus propriis substantia proprie cognosci non potest. Nec .n. cygnum aut niuem quid essentialiter sint cognoscere poteris ex eo quia scias res albas esse. Albedo enim substantia non est: sed substantie accidit. Quare q̃uis inseparabile aliquid a substantia dei ingeniti nomine secundum nos significetur: substantia tamen dei non significatur. Vnde sequitur q̃uis homines sciant deum ingenitum esse: nescire tamen ipsos quid deus secundum naturam sit: sed solum cognoscere nõ factum: sed eternaliter esse deum. Sed ingenitum inquiunt nomen aut essentiam dei ostendit: aut accidens ei aliquid significat. Accidens deo nullum inesse potest. perfecto .n. ex se ipso nihil accidere potest. Ipsa ergo substantia dei significatur ingeniti nomine. Omnes ergo qui sciunt deum ingenitum esse: equaliter id sciunt. Quare non minus ipsi deum cognoscunt q̃ ipse deus se ipsum. Sapienter certe dicitur nihil accidere substantie dei. quoniam in se ipsa perfecta est. Sed tamen cogimur

non nunquam quasi accidentia etiam si non omnino accidant deo hec dicere: & mente accidentium modo concipere. Quid enim dicemus intelligentes ante productionem huiusmodi creatorem deum fuisse sed non actu. Creato autem mundo actu quoque creatorem esse. Id quoque modo quodam sibi accidisse: quamuis nulla mutatione sui sed productione totius a nihilo ad esse actu creator factus esse uideatur: qui eterna incommutabilique tunc creandi uoluntate quando eternaliter uoluit omnia produxit. Multa huiusmodi sunt que quasi accidisse deo uidentur. Frustra igitur contenditis nullo modo aliquid accidere deo posse: cum multa in essentia eius quasi accidentia esse conspiciant. Sed quoniam palmo metiri celum conantur & diuinam essentiam non minus quam ipse deus intelligere pollicentur: dicant nobis queso utrum uocabulum hoc pater substantiam in deo significet: an accidens aliquid. sed accidens in deo aliquid esse non improbe negant. Erit ergo necessario secundum ipsos substantie significatiuum: sed eadem substantia ingeniti quoque nomine significatur secundum ipsos. Non enim compositus sed simplex deus est. Erit ergo ingenitus & pater idem. & si sic quemadmodum quoniam est ingenitus non incepit esse: ita quoniam pater idem ingenito est nunquam incepit esse pater. Erat igitur semper pater. Quare filius quoque coeternus ei est. Preterea si nihil uultis quasi accidens ratione ac mente in deo inspicere. magne uos undique difficultates aggredientur. siquis uos interroget utrum ingenitus immortalis inuisibilis ceteraque huiusmodi que secundum naturam in deo sunt & de ipso solum predicantur substantiam singula significent: an non. Nam si substantiam singula unam significent: ex tot deus substantiis erit compositus quotquot erunt que naturaliter sibi adesse uidentur. & ad hec opposita quoque ut genitum mortale uisibile earundem erunt substantiarum significatiua. Ad eandem enim predicationem opposita reducuntur. Non igitur prohibebit eadem esse dicere ge-

nita & ingenita mortalia & immortalia uisibilia & inuisibilia: & ita magna confusio erit in rebus. Non omnia ergo que in deo sunt & de deo dicuntur substantiam significant. Reliquum igitur est ut uoce modoque dicendi accidentia esse dicamus: quoniam modo accidentium ea intelligimus. Non enim potest humana natura maius aliquid quam ipsa concipere possit de deo dicere. Nostro enim proprio modo & intelligimus & loquimur ex iis que in nobis sunt quasi per exempla maiora hoc est diuina intelligentes. Sicut qui in minima carta celestem circulum describunt. Sed deus inquiunt naturam suam optime nouit & substantiam suam maxime cognoscit. Si ergo nos quoque substantiam suam non cognoscimus: non uere de ipso opinamur sed aliter quam res se habet. Erramus ergo aliter ipsum cognoscentes quam ipse se ipsum. Non intelligunt propter temeritatem in quam magnam impietatem sibi oratio exeat. Formidare namque uidentur: ne minores in intelligendo quam deus uideantur: nescientes tantum a scientia dei scientiam nostram superari: quantum increata natura creatam excedit. Quomodo enim non est absurdum dicere: si non ita scimus aliquid sicut qui optime uere perfecteque scit: longe nos errare ab illius rei cognitione? possumus enim minus scire quam qui perfecte sciat. & tamen non aberrare. Scit aliquis uerbi gratia lunam eclipsari: sed qua ratione ignorat: alius quomodo id lune accidat & ubi & quando maxime nouit. Num igitur ille qui solummodo lunam eclipsari nouit: modum & rationem ignorat: errare dicendus est. Item qui acute uidet & qui obtusius uidet: similiter lunam eclipsari cognoscunt. Nec errat qui obtusius uidet. Non enim aliter quam ille qui acute uidet: eclipsari lunam sentit: nec aliter eam passionem lune appellabit: nec eclipsim appellando errat quemadmodum uos dicitis. Si ergo possumus unam eandemque esse alii minus alii magis cognoscere: & utraque uere cognoscere: quid prohibet minus nos homines & quidem in infinitum minus dei essentiam scire quam ipse se ipsum

sciat: & tamen nullo errore implicari. Preterea multis modis ue
ritatem consequimur. & alius alio melius. Vt si interroges utrum
idem homini equus sit & duo aliqui negent: quorum alter ra
tionem afferat quia homo rationale animal sit: equus irratio
nale. Alter quia homo animal risibile sit: equus non huiusmodi:
nonne utriq; uere dixerunt & ueram rationem reddiderunt.
quis multo melius qui per essentialia respondit quam qui per accide
talia? certe ita. Cum igitur possibile sit diuersis rationibus ad
eandem ueritatem uenire: quid prohibet dei substantiam per
fecte ab ipso sciri? Non sic autem ab hominibus: & tamen ueras
nos quoq; de deo habere opiniones. Preterea cognitionem ratio
nalium creaturarum nature sue commensurari uidemus. Mi
nor. n. in angelis est quam in archangelis: multo maior in superiori
bus uirtutibus. Quare cognitio quoq; hominis nature sue com
mensurabitur: & sicut rationalium creaturarum ultima homo
est: sic & cognitio sua infima erit. Quomodo igitur cognitioni
diuine in cognoscendo ipso deo equalis erit hominum cognitio:
cum neq; angelicum homines intellectum assequamur? presertim
cum neminem lateat infinitam atq; incomprehensibilem dei sci
entiam esse. Ad hec multa de deo nomina feruntur: quorum
singula non quid deus substantialiter sit significant: sed aut quod
non sit: aut relationem quandam ad exprimendum distinctio
nem ostendunt. Inuisibile namq; atq; immortale de deo dicta
quid deus non sit ostendunt. pater autem aut ingenitus alterum
genitorem filii demonstrat a quo distinguitur: quia pater non
filius est: alterum non esse factum ostendit. Sed hec omnia non
substantiam ut diximus sed aliquid eorum que in substantia in
spiciuntur significant. Si ergo per ista nomina & significationes
ipsorum ad cognitionem dei nos ducimur: quomodo essentiam
eius cognoscemus: si non quid est essentialiter docemur: sed sola
ea que in ipso inspiciuntur perdiscimus? Simile. n. est si quis di
ceret substantiam humane anime optime scire quid sit. quia

sciat ipsam incoloratam esse: & sine quantitate & sine figura: aut corporis alicuius ut humani uerbi gratia naturam pulcherrime cognoscere: quoniam non ignoret huiusmodi corpus album uel nigrum esse. Nam substantie profecto non possunt optime cognosci ex iis que in ipsis inspiciuntur sed ex se ipsis perfecte intelliguntur ab ea mente que ipsas perfecte potest concipere. postremo non compositus sed simplicissimus deus esse ab omnibus predicatur. Impium igitur est cognitionem suam de se ipso nostre cognitioni similem putare. aliud. n. nos sumus: aliud cognitio nostra. Quod si similiter esset in deo ut aliud ipse aliud cognitio sua esset: compositio in ipso esse profecto uideretur. Verum quoniam simplex est: non erit aliud ipse: aliud cognitio sua. Non ergo ita nos ipsam cognoscere possumus: ut ipse se ipsum. Nam ipse quidem ut intellectus supremus atque optimus se ipsum optime cognoscit. Nos uero non possumus datam nobis mensuram excedere: sed sicut in speculo & enigmate incomprehensibilem deum uidemus. Liber. xii^us. in quo ex nouo testamento multe colliguntur auctoritates: quibus ostenditur filius deus esse secundum naturam sed non creatura. capitulum primum in quo auctoritates ex epistola ad romanos colliguntur.



Ad romanos scribens paulus seruus ihesu christi inquit uocatus apostolus segregatus in euangelium dei. De saluatore autem dicit: per quem accepimus gratiam & apostolatum in obedientiam fidei in omnibus gentibus pro nomine ipsius. Attendite diligenter quia cum in euangelium dei segregatum se scripserit: statim addidit ut predicaret in omnibus gentibus pro nomine domini nostri ihesu christi. quare necesse est christum esse deum: in cuius euangelium segregatus fuit. quomodo igitur erit creatura qui deus naturaliter est? In eadem epistola Gratia inquit uobis & pax a deo patre a domino ihesu christo. Aduertite simul cum deo patre christum in gratie ac pacis concessione connumerari. quomodo igitur non est naturaliter

deus qui simul cum patre dona sanctis largitur? & omnia facit similiter que genitor suus facit? Nemo .n. unam esse operationem dei ueri & creature concedet: ut aut creaturam in dignitate diuine collocet essentie: aut deum in creaturarum conditione deprimat. Nam quorum uirtus & operatio una & eadem penitus est: eorum una & eadem natura est. Isayas quoque clamat: Domine deus noster da nobis pacem. hanc ut paulus ostendit filius cum patre largitur. Deus igitur est & deus uerus qui una cum patre pacem & gratiam sanctis suis largitur.

Sed christus quoque paulo ante quam pateretur pacem inquit meam do uobis: pacem meam dimitto uobis. Si ergo pacem suam esse dicit: & quam proprium naturaleque bonum in ipso insitam: quomodo non erit perspicuum non participationis modo hec precipua bona patris sic transire ad filium sicut ad rationales creaturas? Sed ratione identitatis essentie ac naturaliter genitoris propria bona ad genitum etiam filium peruenire.

Ideo ut collargitor naturaliter atque inseparabiliter gratie ac pacis cum patre filius a paulo accipitur. quomodo ergo non erit naturaliter deus qui una operatione simul cum patre dona sanctis largitur? quod si deus natura secundum hec uerba pauli est: quomodo creaturam esse putatis? Reuelatur deinde inquit ira dei a celo in omnem impietatem & iniustitiam hominum qui ueritatem in iniustitia continent. quia cognoscibile dei manifestum est in ipsis. Deus .n. ipsis manifestauit.

Inuisibilia .n. eius a creatione mundi a creaturis intellecta conspiciuntur: & eterna ipsius uirtus & diuinitas. Si ergo ex creaturarum magnificentia creatoris deitas inspicitur: non erit creatura filius: cuius deitas sicuti creatoris per creaturas intelligitur. Adde quod omnes qui a magnificentia & ordine creaturarum deitatem creatoris possunt cognoscere inexcusabiles ait paulus futuros: quia cum deum cognouissent: non ut deum glorificarunt aut gratias egerunt. Si ergo deum

cognoscunt qui creatorem cognoscunt. Verbo autem domini celi firmati sunt. Verus profecto deus & non creatura est filius: qui uniuersa creauit. Quem qui glorificare nolunt: inexcusabiles erunt. Accedit quod glorificatio soli deo debetur. Creatura .n. aliena est ab huiusmodi dignitate: quod saluator discipulos exhortans ostendit. Resplendeat inquit lux uestra coram hominibus ut uidentes bona opera uestra glorificent patrem uestrum qui in celis est. Vides quod bonorum operum que apostoli facerent: gloriam non ipsis sed ut deo debitam deo attribuit. Si ergo gloria christo debetur: ut ueritatis ipsius testis affirmat: quomodo christus deus non est. Preterea traditos inquit paulus in intellectum improbum respectu passiones ignominie omnes qui dei ueritatem in mendacio mutarunt: qui & coluerunt & seruierunt creature non creatori: qui est benedictus in secula. Si ergo in mendacio ueritatem mutat: qui creaturam non creatorem colit: is profecto ueritatem conseruat qui contra non creaturam sed creatorem colit & ei soli seruit. Filius autem creator est. Iure igitur ipsum ut deum omnium colimus: nec erramus: nec ueritatem in mendacium uertimus. Non .n. potest esse creatura qui & creator benedictus in secula est. Ad eos preterea qui nullam in peccatis suis penitentiam agunt: sed obstinate uitia complectuntur paulus dicit. Secundum autem duritiam tuam & cor tuum impenitens iram tibi thesaurizzas in die ire & reuelationis iusti iudicii dei qui retribuet singulis secundum opera ipsorum. Et rursus. Omnes nos oportet manifestari coram christo: ut unusquisque accipiat propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Si ergo ad tribunal christi omnes ducemur: pater .n. neminem iudicat: sed omne iudicium filio dedit: & ipse retribuit singulis secundum opera ipsorum. Quomodo non erit deus naturaliter: cum paulus dicat reuelationem iusti iudicii dei futuram. Reuelationem autem senten-

tiam de malis & bonis operibus latam appellat: qua boni & mali ma
nifestabuntur. Malis. n. dicet: Ite maledicti in ignem eternum:
Bonis uero uenite benedicti patris mei. Item in eadem epistola
ex operibus inquit legis non iustificabitur omnis caro coram
ipso. Per legem. n. cognitio peccati: nunc autem sine lege iusti
tia dei manifestata est: cui attestatur lex & prophete. iustitia
uero dei per fidem ihesu christi in omnes credentes. Quoniam
ergo credentes in christum iustificamur: certe natura deum
& uerum deum cognouimus. hoc. n. ipse paulus gentibus di
cens concludit. Hunc autem cognoscentes deum immo uero
cogniti a deo. Quomodo igitur creatura erit qui deus est &
cognitus est: & ut deus nos cognouit? eos etiam qui iustificant
per fidem in christum approbans ait. Putamus. n. fide iustifica
ri hominem sine operibus legis: an iudeorum solum est deus: nō
autem etiam gentium? ita etiam gentium. Siquidem unus
est deus qui iustificabit circūcisionem ex fide & preputium per
fidem. Id autem a christo factum esse inuenimus. Iustificare
namq; pollicetur credentes in ipsum dicens: Amen dico uobis:
qui credit in me non iudicatur: sed habet uitam eternam. Si
ergo solus deus iustificat. christus autem iustificat: quomodo
non erit natura deus? & si deus est: quomodo creatura? De pa
tre quoq; nostro abraam sic paulus dicit: qui est pater omnium
nostrum ut scribitur. quia patrem multarum gentium posui
te coram deo qui uiuificat mortuos. Deus igitur est ut paulus
ait qui mortuos uiuificat. filius autem de se ipso dicit: Ego sum
uita. Et rursum: qui credit in me: habet uitam eternam: & ego
suscitabo eum in nouissimo die. Et rursum: Ego sum resurrectio
& uita. qui credit in me: habet uitam eternam. Quare quis com
pos mentis non confitebitur deum uerum filium esse: & ex ipso
patre naturaliter genitum omnia in se ipso naturaliter genito
ris habere bona. Deus igitur uerus & non creatura est. Ad hec
recordamini uos gentes paulus inquit quod abalienati eratis a te

stamentis promissionis separati a benedictione israhel spem non habentes & sine deo uos fuisse in hoc mundo. Nunc uero cognouistis deum. Cognitionis deinde modum explanans dicit: prope te uerbum est in ore tuo & in corde tuo idest uerbum fidei quod predicamus. quia si confessus fueris ore tuo quod dominus ihesus: & credideris in corde tuo quia ihesus ipsum suscitauit ex mortuis: saluus eris. Si ergo qui credit in ihesum christum & confitetur quia dominus est: iustificatur tamquam deum uerum cognoscens. Quomodo filius non erit secundum naturam deus? Et si hoc: quomodo erit creatura. Accedit quod diuini mysterii ministratorem paulus se ostendens audacius inquit: Scripsi uobis ex parte in memoriam uos reducens per gratiam datam mihi a deo ut essem minister ihesu christi ad gentes ministrans ad euangelium dei: ut fiat oblatio gentium acceptibilis sanctificata in spiritu sancto. Nam etiam hic accepisse per gratiam a deo ait ut esset ihesu christi minister administrationis deinde modum exponens ad euangelium inquit dei. Nullum autem euangelizabat quam dominum nostrum ihesum christum. Verum igitur deum & naturaliter deum esse christum cognouit. Nec enim nominasset ipsum deum nisi uerum deum cognouisset. Nec hac in re tam summopere gloriaretur dicens: Voluit deus reuelare filium suum per me: si creaturam & non uerum deum filium esse sciuisset.

De eodem ex epistola pauli ad corinthios prima. c. II.

DE principibus huius seculi & de temeritate ipsorum uerba faciens paulus scribit: Si cognouissent: non utique crucifixissent dominum glorie: Si glorie igitur dominus est filius: qui pro nobis patibulo secundum carnem fuit affixus: quomodo non erit natura deus? aut quomodo erit creatura qui a seraphin ceterisque celorum uirtutibus glorificatur: plenos dicentibus esse celum & terram gloria sua & dominum sabaoth nominantibus? De ipso enim hec glorificantes

dicunt. Cum ipse sit dominus glorie secundum paulum. In ea
dem sic ait. Nos homo existimet ut ministros christi & dispen
satores mysteriorum dei. Si ergo filii mysterium dei myste
rium uocat: quomodo filius non erit natura deus? aut quo
modo si creatura est filius: uere poterat paulus mysterium
dei mysterium christi nominare? Aut quomodo ausus fui
sset predicare? Ego. n. non accepi ab homine: hoc est non do
ctus sum hoc ab homine sed a deo uidelicet? quis igitur hos
magis scripturas peruertentes q̄ paulum a deo doctum audi
et. Is ipse preterea inquit. Nolite ante tempus aliquid iudica
re donec ueniet dominus qui & illuminabit occulta tene
brarum: & manifestabit consilia cordium. & tunc unicuiq;
laus fiet ab eo. In euangeliis autem scribitur qđ in nouissimo
die christus oues ab edis separabit: & alios uituperabit dicens:
ite maledicti in ignem eternum. Alios laudabit: uenite dicẽs
benedicti patris mei. Si ergo uirtute ac fide preditos deus
secundum paulum quando ueniet laudabit: & christus id fa
cturus in euangeliis perhibetur: quomodo non erit uerus
deus ex deo uero: equalis in omnibus atq; coeternus genitori
suo? Ad hec deus inquit nos apostolos nouissimos ostendit.
christus autem tanq̄ morti destinatos. ecce rursus deus dicit
nos apostolos nouissimos ostendit. christus autem est qui hoc
fecit. Quomodo igitur non erit uerus deus qui ubiq; deus &
non creatura nominatur a scripturis? Factus sum inquit nō
habentibus legem tanq̄ non habens legem: cum non sim nō
habens legem dei sed habens legem christi: ut lucrifaciam
non habentes legem. Deus igitur christus est: cuius leges ha
bentes non sumus non habentes legem dei. Nec dubium est
quin deo soli conueniat diuinas leges ferre atq; sancire.

De eodem ex ep̄la pauli ad corinthios secunda. c. iii.

Nolumus. n. inquit uos fratres ignorare de tribulatio
ne nostra facta in asia: quoniam supra modum gra

uati sumus supra uirtutem: ut tederet nos etiam uiuere: sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus: ut nō simus fidentes in nobis sed in deo qui suscitat mortuos: hoc est responsum liberationis a morte in nobis ipsis cognouimus. Ecce rursus deum esse aperte ait eum qui mortuos suscitat. Id autē christus facit qui est resurrectio & uita: in quem qui credit: uitā habet eternam. & ego inquit suscitabo eum in nouissimo die. Deus igitur secundum naturam filius est: cum propria possit agere potestate illa que deus solum potest. Fidelis inquit deus: quia sermo noster ad uos non est: ita & non. dei .n. filius ihesus christus qui per nos in uobis predicatur per me & siluanum & thimoteum non est ita & non: sed ita in ipso est. Quoniam igitur a patre ut filius demonstratur: dicente hic est filius meus dilectus. & rursus: Ex utero ante luciferum genui te. quomodo isti qui creaturam audent ipsum dicere non faciunt ipsum ita & non. Nam neque naturaliter ex deo genitus creatura erit: neque creatura naturaliter filius fiet: uerum quoniam christus ueritas est: & factum est ita in ipso ut paulus ait: ipse .n. est christus & ita predicatur: non erit creatura sed uerus deus. Deo gratias inquit qui semper triumphat nos in ipso ihesu & odorem notitie sue manifestat per nos in omni loco. quia christi bonus odor sumus in deo: in iis qui saluantur & in iis qui pereunt. De eodem c. iiii.

Si ergo per sanctos apostolos manifestum mundo facit deus pater odorem cognitionis christi hoc est rationem cognoscendi eius quam qui acceperunt: non errant: neque cum impiis & spem non habentibus connumerabūtur. Cognouerunt .n. deum ut ait paulus: immo autem cogniti sunt a deo. Deus profecto uerus est christus qui gentes a falsis diis liberauit: & secundum hoc ab ipsis cognitus est: & cognouit eas per fidem quam habent in ipsum. qui autem uerus deus est: quomodo erit creatura? Non .n. sumus inquit ut multi

cauponantes sermonem dei. Si ergo apostolorum sermo ac predi
catio de saluatore est: & est sermo de deo: deus profecto filius est:
cuius doctrinam uere predicantes non cauponantur negātes
ipsum esse creaturam. Non cauponantur autem: quia meram
ueritatem predicant de filio dei. nec ipsam quasi aqua falsita
tis adulterant: & odorem inquit cognitionis sue per nos mani
festanti. Quisnam alius erit preter christum qui per euangeli
cam & apostolicam predicationem manifestatur? Ipse .n. est
odor cognitionis dei patris: ut ab ipso dicitur. Nullus uenit ad
patrem nisi per me. & qui uidet me uidet patrem. Cum ergo
cognitionis dei patris odor sit: consubstantialis ei necessario est.
& sicut odor qui naturaliter ex floribus manat naturam unde
emanat ostendit: sic & filius cum quasi odor paterne substātie
sit: in se ipso genitorem ostendit. Non ergo potest esse creatura.
quoniam nec pater qui in ipso uidetur. Non .n. inquit nos ipsos
predicamus sed dominum ihesum christum. Nos autem seruos
uestros per christum: quoniam deus qui dixit: ex tenebris lux
fulgebit: is fulsit in cordibus nostris ad illuminationem cogni
tionis glorie sue. ecce gloriam patris filium nominat. Nam
cum pater fulserit in cordibus nostris ad christi cognitionem
illuminamur ut ipse ait. Nullus potest uenire ad me nisi pater
qui misit me trahat ipsum. Trahit autem ad cognitionem filii
singulorum corda illuminans. Cum igitur patris gloria chri
stus sit: quomodo erit creatura & non filius & deus uerus ex deo
uero? per naturalem .n. suam magnitudinem facit ut genitor
suus glorificetur qui uidetur in ipso tanq̄ in imagine atq; cara
ctere. ideo dicit: qui uidet me: uidet & patrem. Preterea si cum
sit filius gloria patris: creatura tamen esset: dicerentur etiam
singule creature gloria dei patris. Nam si creata natura potest
ad id dignitatis ascendere: quid prohibebit singulas creaturas
id posse assequi? quod si possibile sit: erit aliquando etiam si nūq̄
adhuc fuerit: Sed de nulla re alia id unq̄ dictum est. Soli .n.

filio inest. Non ergo creatura est filius: neq; cum aliis connumeratur: sed aliud q̄dem est preter cetera omnia. Id autem uerus deus est. Omnes nos ait manifestari oportet ante tribunal christi: ut unusquisq; accipiat secundum ea que fecit siue bonum siue malum. Si ergo ad tribunal christi adducemur: & ipse est qui iudicat terram. deus autem est qui hoc fecit. Exurge deus iudica terram psalmista dicit. Deus profecto & dei filius sed non creatura christus est. Salomon etiam deum esse iudicem ostendit dicens in ecclesiaste: quia totam creaturam adducet deus in iudicium. Non iterum nos ipsos uobis commendamus: sed occasionem demus uobis gloriandi pro nobis ut habeatis ad eos qui gloriantur in facie & non in corde: siue .n. mente cessimus deo siue sobrii simus uobis: Ecce sursum paulus christum deum appellat: cui etiam mente cessisse ait: & quomodo cessit: ipse docet dicens: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce christi: per quam mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. & alibi: Hebrei sunt & ego. israhelite sunt & ego: secundum legem phariseus: secundum iustitiam legis factus irreprehensibilis.

Sed hec propter christum iacturam puto: & arbitror ut stercora ut christum lucrifaciam: & inueniar in ipso non habens meam iustitiam que ex lege est: sed iustitiam que est per fidem ihesu christi. Vides quomodo omnem legis gloriam reliquit ut christum lucraretur. Hoc ipsum saluator quoq; per similitudinem faciundum docet. Simile est inquit regnum celorum homini mercatori bonas querenti margarithas: qui cum unam magni pretii inuenerit iuit & uendidit omnia sua & emit ipsam. Si ergo omnia reliquit propter christum: idq; propter deum fecisse ait: christo .n. mente cessit: deo autem id se fecisse affirmat: quomodo non erit natura deus dei filius? & si deus uerus est: quomodo erit creatura? Transierunt inquit uetera. ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo q̄ reconciliauit nos sibi per christum & dedit nobis ministerium.

reconciliationis. quia deus erat in christo mundum sibi recon-
cilians nec reputans eis delicta eorum. hic considerandus
est modus reconciliationis nostre cum deo. Nec dubium
est quia credentes in christum qđ filius dei & deus uerus
sit: per ipsum patri adducimur. Nullus .n. inquit uenit ad
patrem nisi per me. Sed ipse quoq; saluator abalienatos homi
nes propter peccatum misericorditer uocat ad se ipsum cla-
mans & reconcilians eos sibi: Venite ad me dicens omnes qui
laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Si ergo christo
reconciliati deo reconciliati sumus: & remissionem peccato
rum consequimur: quomodo non erit deus uerus ex deo ue
ro qui cum patre & in patre accedentes ad se ipsum iustifi-
cat totum sibi reconcilians mundum? Si autem deus ue-
rus est: quomodo erit creatura? Pro christo ait legatione
fungimur tanq̄ deo exhortante per nos: obsecramus pro chri
sto. reconciliamini deo. eū .n. qui peccatum non nouerat de-
us pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iustitia dei
in ipso. Sicut igitur unigenitus dei filius in similitudine
carnis peccati factus ipse peccatum esse factus dicitur: sic &
nos reformati ad ipsum per fidem iustitia dei dicimur fa
cti: que proprie filius est. Nos .n. naturalium bonorum chri
sti per spiritum sanctum participes sumus. Ipse autem rur-
sum in se ipso humana suscipit ad diuinam pulchritudinē
naturam nostram in se ipso reducens. Quoniam ergo chri
stus iustitia patris est: quomodo erit creatura? aut quomo-
do non erit patri coeternus? An non erit semper deus pa-
ter iustus? sed certe semper iustus est. quare iustitia sua
hoc est filius suus in eo semper est. De eodem ex episto-
la pauli ad galathas. c. v.

Si quis uobis aliud euangelizat q̄ accepistis: anathema
sit. modo .n. hominibus suadeo: an deo? Si adhuc
hominibus placerem: christi seruus non essem. Si

ergo paulus deo persuadere hoc est ostendere conabatur quia
ipsum amaret: idq; faciebat ut non hominibus placeret: sed
christi seruus esset: deus certe secundum naturam filius est:
cui bonorum operum seruitutem offerentes ut deo & domi
no rationem omnes reddimus. hoc .n. est ipsi persuadere. Nō
est ergo creatura qui deus naturaliter est. Itaq; lex ait: Peda
gogus noster fuit ad christum ut ex fide iustificemur. Sed
ubi uenit fides: iam non sumus sub pedagogo. Omnes .n. filii
dei estis per fidem in christo ihesu. Quicunq; .n. in christo
baptizati estis: christum induistis. De eodem . c.VI.

SI christum induentes per fidem reformamur in ipsū
& ita filii dei per gratiam adoptati efficimur: quod
autem per gratiam & adoptionem est: semper fit ad
imitationem eius qui secundum naturam est: natura certe
& non adoptione christus filius est. Qui autem uero natura
filius ex deo nascitur: quomodo erit creatura? Ratio .n. ipa
cogit: ut uel nolentes confiteamur consubstantialem esse fi
lium patri. Dico autem quod quanto tempore heres paruulus
est: non differt a seruo: quius sit dominus omnium: sed sub
tutoribus & dispensatoribus est: donec ad etatem cōstitutam
a patre deueniat. Sic & nos quando eramus paruuli: sub
elementis mundi seruiebamus. Quando autem uenit pleni
tudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere
factum sub lege: ut eos qui erant sub lege redimeret: ut adop
tionem reciperemus. Si mundi elementis & creaturis serui
entes paruuli atq; amentes eramus: non minus etiam nunc
secundum hereticos paruuli & amentes sumus creature ad
huc seruientes secundum ipsos. Sin uero christo seruiētes
propter nos ex muliere nato & facto sub lege liberati sumus
a seruitute creaturarum: deus profecto uerus christus est:
cuius nos facti participes adoptionem recipimus: & liberi
iam sumus liberum filium induentes. Sic .n. conditio ser-

uirtutis nostre aboletur. Significo autem uobis fratres qd euange
lium quod a me uobis euangelizatum est non est secundum ho
minem. ego. n. non accepi illud ab homine sed per reuelatio
nem ihesu christi. Videamus igitur quid dicat de christo. Is qui
a christo mysterium christi didicit: ihesus inquit christus he-
ri & hodie. ipse etiam in secula. ecce q apertissime predicat in
commutabilis nature filium esse: quod solius ueri dei propriu
est. Nulli. n. creature inesse potest. Quomodo ergo qui nature
immutabilis sicuti pater est non erit idem omio cum patre
preterq qd filius est & non pater. ego. n. per legem legi mor
tuus sum ut deo uiuam. christo crucifixus sum. Viuo autem
non ego sed christus in me. Si saluatoris nouam recipientes
legem deo uiuimus: & legi mosayce mortui sumus: Non. n.
uiuimus secundum illam. Deus profecto uerus & non creatu
ra christus est. qd uero christo ipsi uiuimus: ipse paulus testa
tur dicens. Si. n. unus pro omnibus mortuus est: omnes ergo
mortui sunt. ut uiuentes non sibi ipsis uiuant sed ei qui pro
ipsis mortuus est & resurrexit. Si autem uiuentes christo deo
uiuimus: quomodo christus non erit deus? & si deus: quomo
do creatura? Cum preuidisset scriptura quia ex fide deus ge
tes iustificat: Antea euangelizauit abrae: quia benedicentur
in te omnes gentes. Ecce deus dicitur gentes iustificare: chri
stus autem id facit qui tollit peccatum mundi secundum
iohannem. Deus ergo filius est: & deus uerus. Istud. n. solum
malitia iudeorum uere dicebat: qd nullus potest dimittere
peccata nisi solus deus qui legis dominus est. Sed tunc ignora
tes deum seruiuistis non natura deis. Nunc autem deum co
gnoscentes immo cogniti a deo quomodo rursus uertimini
ad imbecillia elementa mundi quibus rursum seruire uultis?
si contra mundi elementa que natura creata sunt christus
distinguitur. Non erit certe creatus ut illa qui tanto sublimi
or illis est: ut illa quidem dii non sint: christus autem deus

esse uerus perhibeatur. Hanc .n. differentiam inter elementa & christum hic sermo paulo ostendit. Quod autem gentes ut deum uerum christum cognouerint: omnibus ut arbitror perspicuum est. In ipsum .n. credentes ab errore liberate sunt: creaturis non seruientes. Quod uero rursus non gentes solum christum cognouerunt: sed a christo quoque cognite sunt: ipsum christum audiatis. Oues inquit mee uocem meam audiunt: & cognosco meas: & cognoscor a meis. Fratres obsecro uos nihil me lesistis. Scitis autem quoniam per infirmitatem carnis euangelizauerim uobis iampridem & tentationem uestram in carne mea non spreuistis: neque respuistis: sed sicut angelum dei recepistis me: sicut ihesum christum. Et pietatem galatharum in deum & amorem erga se paulus exponens primo se dicit tamquam angelum dei ab illis susceptum. deinde maius addens dicit sicut ihesum christum.

Quantum autem christus angelos excedat ipse docet. quando inquit: primogenitum in orbem terrarum introduxit dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. cui .n. dixit umquam angelorum filius meus es tu. ego hodie genui te. Sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Scriptum est autem rursus de ipsis. qui facit angelos suos spiritus & ministros suos ignis flammam. Cum igitur tanta sit differentia ut filius adoretur: angeli adorent: & ille rex atque dominus sit: angeli uero ei ut serui ministrent: quomodo non erit deus: qui ut deus uerus angelis adoratur. Nam si creatura esset: ut hereticorum impietas asserit: non solum nos qui homines sumus uerum etiam celorum uirtutes errant creaturam non creatorem adorantes. Sed recte illi adorant quem uerum deum cognoscunt. non est ergo creatura filius dei. Non sumus fratres ancille filii sed libere. libertate .n. christus nos liberauit.

Si domini est liberare: liberauit autem nos christus: & a iugo seruitutis in filios pro misericordia sua uendicauit: non erit certe ipse seruus sed dominus & filius secundum naturam qui

etiam ceteros per gratiam ad adoptionem dei patris adduxit.

De eodem ex epistola pauli ad ephesios. c. VII.

PAulus apostolus ihesu christi per uoluntatem dei sanctis omnibus qui sunt in epheso & fidelibus in christo ihesu qui per uoluntatem dei patris apostolatum accepit ut ipse ait. Is ipse asserit splendorem patris & caracterem filium esse. Quomodo ergo increate patris hipostasi filius caracter erit: si a nihilo ipse secundum hereticos creatus est? Necesse. n. est ut imago perfectam habeat similitudinem illius cuius imago est. Quare sicut pater increatus est: ita & filius increatus erit. Et sicut pater uerus est deus: ita & filius uerus est deus. Quare memores estote: quod aliquando uos qui eratis gentes in carne qui dicebamini preputium ab ea que dicitur circuncisio in carne manufacta: quando eratis in illo tempore sine christo alienati a conuersione israhel & procul a testamentis promissionis spem non habentes & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in christo ihesu uos olim longe aberatis facti estis prope in sanguine christi. De eodem. c. VIII.

SI in priscis temporibus in quibus gentes errabant abalienate fuerunt a christo: nec spem habebant ullam: & erant sine deo in hoc mundo: christus ergo spes omnium & deus omnium est: quem gentes cum cognouissent: non sunt postea sine deo. Quomodo igitur creatura erit: qui ut deus cognitus saluat credentes in eum: & in firmam adducit spem dicens: Serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. intra in gaudium domini tui. Ipse. n. est pax nostra. qui fecit utraque unum medium parietem macerie soluens inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans. Scribitur certe de lege dei ne quis audeat aut addere quicquam aut subtrahere ab ipsa. Nec. n. fas est creature id facere. Solus autem christus ut legis dominus id fecit. Subtraxit. n. cum legem mandatorum euacuauerit. Addidit

autem fidei & pietatis euangelice dogmata. Quomodo ergo cre-
atura erit legis diuine dominus? ergo iam non estis hospites
& aduene: sed estis conciues sanctorum & domestici dei. Quo-
modo ergo filius non erit deus? cum omnes qui sibi per fi-
dem coniungimur: domestici dei propter hoc efficimur. Sed
ipse quoq; spiritualis coniunctionis modum ostendens dicit.
Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei: hic frater meus & so-
ror & mater est. Huius gratia flecto genua mea ad patrem:
ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur: que
positione hoc est non natura sed gratia uel adoptione fiunt
naturalibus quantum possibile est similia sunt. Similiter
omnia que ad imitationem aliquorum fiunt q̃uis nō omīo
assequantur naturalia & propria quorum imitatione fiunt:
similitudinem tamen non minimam habent ad illa. Si ergo
paternitatis nomen a deo in nos transit ut paulus asserit: q̊-
modo non erit impium putare quidem nos natura patres
esse filiorum nostrorum qui per imitationem qua suum
creatorem natura imitatur patres dicimur. ipsum ũo deu3
& patrem primo non uere patrem opinari: nec ex ipso essen-
tialiter prodire filium confiteri: sed alienum paterne sub-
stantie arbitrari? Aut quomodo pater erit: si ex se ipso non
genuit: cum nomen proprie hoc ipsum significet? Quonia3
ergo pater ad filium uere dicit: Ex utero ante luciferum ge-
nui te: & genuit eum ex se ipso: hoc .n. significat ex utero. Nō
erit creatura filius. quia ex deo sicut ex patre naturaliter
prodit. Vnus dominus: una fides: unum baptisma: unus deus
& pater omnium qui est super omnia & per omnia & in om-
nibus. Cum unus sit dominus deus pater: quomodo filius es-
set dominus: si creatura esset? perspicuum .n. est quia facta
omnia nature seruilis sunt. Quomodo etiam cum fides sit
una: qui credit in filium in patrem credit: si secundum isto-
rum impietatem filius non coniungitur naturaliter patri?

Certe igitur cum deus pater dominus sit: dominus etiam filius est. & qui credit in eum in patrem credit. Nam cum ex patre & in patre naturaliter filius sit: & patrem rursus in se ipsum habeat: in unam necessario deitatem fides uera colligitur. Quomodo igitur creatura erit cui omnia paterne substantie communia sunt? Sicut uero patris fructui & non per adoptionem filio quemadmodum nos? Imitatores dei sitis sicut dilecti filii & ambulate in caritate: sicut & christus dilexit nos & tradidit se ipsum pro nobis. Aduerte rursus quomodo aperte christum deum appellat. Nam cum dixisset: Sitis imitatores dei: statim christum apposuit. & modum ostendit quomodo imitandus sit dicens: Sicut & christus dilexit nos & tradidit se ipsum pro nobis. Cum igitur christus a paulo cui euangelium dei commissum est deus aperte nominetur: quis audire poterit istos qui uerbum dei creaturam appellant. Omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est idolatria non habet hereditatem in regno christi & dei. Ecce rursum cum nominauerit christum: statim intulit & deum: ut ostenderet quod deus pater in ipso filio regnat: & filius rursum in patre: sicut ab ipso filio dicitur: Omnia mea tua sunt: & tua mea. Unum autem ex omnibus regnum est commune filio cum patre simul uidelicet etiam spiritu sancto regnante. Sic enim sancta & adorabilis trinitas ad unam deitatis naturam colligitur. Quomodo ergo creatura est filius qui cum patre & in patre simul regnat? Nullus uos inanibus decipiat uerbis. propter hoc enim uenient ira dei in filios inobedientie. Sed qui possunt esse inobedientie filii nisi omnes qui saluatoris doctrinam negligunt. aduersus quos nullus alius iram immittit nisi saluator. Ite enim inquit maledicti in ignem eternum. Deus ergo saluator est: & non creatura. Surge qui dormis & surge ex mortuis: & illuminabit te christus. Illuminare opus est lucis. Christus autem illuminat. Lux ergo est & lux uera. Tenebre enim ipsam non

comprehenderunt

comprehenderunt. Et erat lux uera que illuminat omnem hominem.
Sed pater quoque lux uera est. filius uero lumen de lumine & deus
de deo est & non creatura. Preterea quod participatione lucis
illuminat: id non proprie lux est: sed extrinsecus gratiam ha
bet. filius autem lux uera est sicut & pater. Quomodo ergo erit
creatura nisi & patrem audeant creaturam appellare? Diligite
uxores uestras: sicut & christus dilexit ecclesiam & tradidit se ip
sum pro ipsa: ut ipsam sanctificaret: mundans lauacro aque in
uerbo. Omnia que naturaliter diuine insunt nature non possunt
naturaliter ac proprie creaturis inesse: sed per gratiam innata
sunt. quid enim habes quod non accepisti paulus clamat? quare
sanctitas quoque soli deo inest naturaliter: in aliis per gratiam.
A deo enim sanctificata quasi a fonte sanctificationem accipiunt.
& ideo sanctificare non possunt. Si ergo nulla creatura sancti
ficare potest: id autem christus facit. Sanctificauit enim ecclesiam:
deus uerus erit certe & non creatura. De eodem ex episto-
la ad philippenses. c. VIIII.

OMnia facite sine murmuratione & hesitatione ut sitis
sinceri absque ulla querela filii dei sine reprehensione: &
sicut ipse paulus alibi dicit a christo de nobis illud dici
tur. Ecce ego & filii quos mihi dedit deus: ipsius christi ergo
filii sumus per fidem & caritatem immaculati. Deus igitur chri
stus est & non creatura. Nostra enim conuersatio in celis est. unde
& saluatorem expectamus dominum ihesum christum qui re
formabit corpus humanitatis nostre conforme corpori glorie
sue secundum operationem qua ipse potest subiicere sibi om
nia. Ecce paulus eam potentiam attribuit filio: hic ut possit cun
cta subiicere. que res in sola uirtute patris est. Nam quoniam
deus simplicissimus est: non est aliud ipse: aliud uirtus sua: hoc
est filius suus: sed unum & idem essentialiter ac naturaliter.
Quomodo ergo non erit uerus deus: qui non aliter quam pater po
test cuncta sibi subiicere. Preterea creatum ex nihilo productum

est. Si ergo christus qui est sapientia & uirtus patris a nihilo pro
ductus sit: ut heretici clamitant: necesse erit confiteri insipien
tem aliquando & impotentem patrem deum fuisse. postea ue
ro & sapientem & potentem factum quando filius a nihilo ad
esse productus est. quod maxime impium inuenitur. sed stul
tum etiam. Nam si uirtute ac sapientia pater ante productū
filium caruit: quomodo sciuisset aut potuisset tantum filiū
producere: ut imago & caracter suus appelletur. quomodo .n.
absq; sapientia & uirtute filius qui omnem creaturam excedit:
produci potuerit: cum longe inferiores ipso creature in sapiē
tia producte a scriptura dicantur & in uirtute dei? Hec cete
ra que similia insanie referta sequuntur eos qui filium patri
consubstantialem & coeternum esse negant. Dominus prope
est. Nihil solliciti sitis dominum ihesum christum prope ait
paulus esse. Per prophetam autem quendam scribitur Deus
appropinquans ego sum dicit dominus. Deus ergo christus
est & non creatura. Sed in omni oratione & obsecratione cū
gratiarum actione petitiones uestre innotescant apud deū:
& pax dei que exsuperat omnem mentem custodiat corda
uestra & intelligentias uestras in christo ihesu. De eodē

SAluator ad suos discipulos dicebat: Pacem meam do uo
bis: pacem meam relinquo uobis. Christus ergo pacem
suam esse affirmat. paulus autem dei esse ipsam ait.
Deus igitur christus est qui pacem suam sanctis largitur: ad
quem spiritu sancto motus isayas in persona filium dicebat.
Domine deus noster pacem da nobis. Simile illud est eiusdem
pauli. hec cogitate inquit que didicistis & accepistis & audi
stis: in me hec facite. & deus pacis erit uobiscum. Christus
igitur qui uere dicit pacem esse suam. deus modo appellatur
a paulo: quem ita sequi debemus: ut istos omnes qui audent
dicere filium dei esse creaturam contemnamus. De eodem
excepta ad colocenses: In omni opere inquit bono fructifi-

cantes & crescentes per cognitionem dei.

QVi dominum nostrum ihesum christum per euangelicā & apostolicam predicationem cognoscunt: patrem etiaʒ cognoscunt. Alter .n. in altero cognoscitur. Nam & relatiua ista se habent. & ipse saluator ad patrem suum dicebat. Manifestaui nomen tuum hominibus. Simul .n. se ipsum filiuʒ dei esse operibus adaperuit & patrem fecit manifestum. quomodo igitur creatura est qui ex patre uere nascitur ita ut simul & ipse & pater cognoscatur? Gratias agentes deo patri qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in homine qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filii dilecti eius in quo habemus redemptionem remissionem peccatorum. Omnem creaturarum naturam deo diuina scriptura ut seruam subicit. Omnia inquit tibi seruiunt. Soli autem deo regiam dignitatem attribuit clamans ad ipsū: tu es ipse rex meus & dominus meus. Nam qui natura deus est: is etiam rex est. Et contra: qui natura rex est: is etiam deus est. Si ergo nulla creatura regnare cum patre dicitur: filius autem id habet: quomodo erit creatura filius qui una cum patre in spiritu sancto regnat? In ipso creata sunt omnia que in celis & que in terra sunt: siue uisibilia siue inuisibilia. Si omnia in ipso creata sunt: quare uos ipsum cum creaturis omnibus connumeratis? Nam cum omnia dixerit: nihil eorum dimisit que ex nihilo ad esse producta sunt. Aliud ergo ipse est preter creaturas. & ideo non creatura. Volo .n. uos scire quantam habeo sollicitudinem pro uobis & his qui in laodicea sunt: & pro omnibus qui non uiderunt faciem meaʒ in carne: ut consolarentur corda ipsorum. Instructi in caritate in omnes diuitias plenitudinis intellectus in cognitiōe mysterii dei patris ihesu christi in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi.

De eodem

Si omnis cognitionis & scientie mensuram mysterium dei excedit & sublimitas sapientie & intelligentie in uerbis ipsius conspicitur: Sunt autem in mysterio christi omnes sapientie & cognitionis thesauri absconditi. Quomodo non erit deus qui omnem intellectum & sapientiam excedit: quem nulla potest comprehendere creatura? quis .n. generationem eius enarrabit? Si ergo consurrexistis christo: superiora querite ubi christus est in dextris dei sedens. Nulla certe creatura in eodem cum rege omnium solio sedet. Cui .n. dixit unq angelorum sede a dextris meis? Solus autem filius hanc dignitatem habet. simul .n. sedet cum patre: & regnat simul cum ipso. Non est igitur creatura qui dignitate omnem creaturam excellit. Quando christus manifestatus fuerit uita uestra: tunc & uos in ipso manifestabimini in gloria. Si omnes in deo & uiuimus & mouemur & sumus: quomodo filius dei non erit deus: cum sit uita omnium? Creatura .n. uita esse non potest: sed particeps uite. Preterea nihil in christo falsum. sed omnia uera sunt. Ipse .n. est ueritas. uita etiam esse scribitur. Quare non falso neq; participatione sed uere uita est. Deus igitur est & non creatura. Nolite mentiri adinuicem expoliantes uos hominem ueterem cum actibus suis & induentes nouum hominem qui innouatur in cognitionem dei secundum imaginem ipsius qui creauit eum. In christum per fidem reformamur: quod ipse paulus ostendit clari' dicens. Filioli quos iterum parturio donec christus formatus fuerit in uobis. & sicut induti sumus imaginem terrestris: sic induamur imaginem celestis. Quomodo ergo in imaginem filii dei reformati ad imaginem creatoris reformamur? certe fili' dei uerus deus est. ipse .n. creator hominis est.

De eodem ex epistola ad thessalonicenses.

A uobis .n. sonuit sermo domini non solum in macedonia & achaia. sed in omnem locum uestra fides ad deum exiuit. Si qui credunt in christum: non in creaturam

sed in deum credunt. Non erit christus hoc est filius dei creatu
ra sed deus. Conuersi estis ab idolis ad seruiendum deo uiuo &
uero. Vide quomodo gentes ab erroribus suis ad fidem christi
conuerse: ad deum conuerse scribuntur. cui qui seruit eua
gelica mandata custodiens deo inquit uero seruit. Quomodo
ergo non est natura deus qui uerus deus est. Idem .n. est ue
rum deum esse & natura deum. Qui autem natura uerus
deus est: is creatura esse non potest. Ipsi .n. scitis fratres non
fuisse manem ingressum nostrum ad uos. Nam sicuti scitis
apud philippos libere locuti sumus in deo nostro: & locuti
sumus ad uos euangelium dei. Ecce rursus deum apertissime
ipsum christum appellat: cuius euangelium predicat. Neq; id
semel sed sepius ab eo euangelium christi euangelium dei ap
pellatur. Volumus inquit tradere uobis non solum euangeliu̅
dei sed animas nostras. Et paulopost: Predicauimus uobis eua̅
gelium dei. Propterea etiam nos gratias agimus deo sine inter
missione. quoniam accipientes uos uerbum dei uerbum non
hominum accepistis. Sed sicut est uere uerbum dei quod &
operatur in uobis credentibus: si beati apostoli de fide christi
uerba fecerunt. Nos .n. christum predicamus crucifixum. q̄s
poterit compos mentis apostolis contradicere: & christum uer̄
esse deum negare. De eodem ex epistola ad hebreos.

MVltifariam multisq; modis olim deus loquens patribus
in prophetis nouissime locutus est nobis in filio que̅
constituit heredem per quem fecit & secula: cum uolue
rit paulus euangelicam doctrinam mosaica lege & om̅i scrip
tura prophetica prestantiorem ostendere a personarum diuer
sitate hoc facit deumq; per prophetas locutum patribus ait: &
legem: ac uetus testamentum hoc modo edidisse. nouissime
autem per filium nobis locutum asserit: qui tantum prophe
tas omnes excedit: quantum natura dominus natura seruus
excellentior est. Omnes .n. prophete sicuti uere ministri: hec

dicit dominus clamant. filius autem ut uere dominus dictu est priscis ait non mechaberis. ego autem dico uobis. quomodo igitur creatura erit filius dei secundum naturam? aut quomodo erit seruus qui omnium dominus est & omnium heres? Necesse est. n. ut aliud ipse sit preter omnia: quorum heres est: sed per ipsum etiam secula facta sunt. Erat ergo ante secula. Nulla uero creatura ante secula fuit. omnia. n. in tempore sunt preter solum deum. Verus igitur deus & non creatura filius est. Si. n. qui per angelos dictus est sermo factus est firmus & omnis preuaricatio & inobedientia accepit iustam retributionem mercedis: quomodo nos effugiemus: si tantam neglexerimus salutem enarrari per dominum ab his qui audierunt ad ipsos confirmata est. hic apertissime per differentiam personarum demonstrat quantum euangelica predicatio legales umbras excedit. Si. n. inquit legis que angelorum ministerio data est: tanta erat auctoritas: ut preuaricatores contemptoresque ipsius grauiter puniti sint: quomodo non magis punientur qui euangelicam doctrinam contemnunt: quam ipse filius dei nobis tradidit? Quantum autem filius angelis prestet perspicuum est: quia illi ministri sunt: & ad ministrandum mittuntur. filius autem cum patre glorificatur: & angeli sibi ministrant ut in euangelio scribitur. Et ecce angeli uenerunt & administrabant ei. Quomodo ergo natura dominus natura minister erit? aut quomodo natura rex inter natura seruos collocabitur? In christum: Beatus paulus referens quod in octauo scribitur psalmo: quid est inquit homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam uisitas eum. Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti ipsum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Deinde statim infert. Cum. n. omnia sibi subiecerit: nihil dimisit non subiectum ei. Nonne igitur natura rex & natura dominus ab

omnibus recte predicabitur is cui omnia subiecta sunt. Deo certe soli omnia subiciuntur: quomodo igitur cum creaturis connumerabitur qui super omnia est: et cui omnia subiciuntur et seruiunt: et qui omnibus dominatur sub pedibus eius subiectis? ut per prophetam quendam dicitur: Sedes mihi celum est: terra uero scabellum pedum meorum. Unde fratres sancti uocationis celestis participes considerate apostolum et pontificem confessionis nostre ihesum christum qui fidelis est ei qui fecit ipsum sicut et moyses in omni domo eius amplioris. n. glorie ipse pre moyse dignus habitus est: quanto ampliorem honorem habet dominus qui fabricauit illam. omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit: deus est. De eodem.

Cum non equaliter creaturam et creatorem honorandos esse doceat: patet quia filium non inter creaturas numerandum ostendit. Maiorem. n. inquit habet honorem qui domum edificauit. Quod autem filius cuncta produxerit: et hic et aliis multis in locis paulus docet. Per ipsum. n. inquit creata sunt omnia siue uisibilia siue inuisibilia siue principatus siue dominationes. omnia in ipso et per ipsum creata sunt: et ipse est ante omnia. quomodo igitur creator omnium ipsorum etiam seculorum atque temporum: ex omnibus. n. etiam hec sunt. Creatura erit qui ante omnem creaturam est? Esset. n. in tempore si creatura esset. Omnia. n. in tempore sunt preter deum qui est eternus. Ipse uero ante tempora est: ut temporum creator. quomodo ergo creatura erit? Preterea fidelis quidem in tota domo ipsius Moyses sicut seruus fuit. christus uero sicut filius in domo sua: que domus nos sumus: ita et hominibus et rebus id est dignitate utriusque ostendit quanta differentia sit inter moysen et christum hoc est inter omnes creaturas. ad hanc. n. conclusionem sermo deducitur. Moyses

enim seruus fidelis est. Christus autem filius & ut filius fidelis in domo sua: sicut heres. Si ergo in eadem domo utriq; fideles sũt: ille ut seruus: hic ut filius & edificator ipsius domus: quomodo creatus erit: cum aliud natura sit qui construit & edificat: aliud quod construitur: sic a rebus hoc est a dignitate quam uterq; habet in domo dei: filius deus esse demonstratur & dominus domus. Nam persona moysi & domus ipsa pro omni capitur creatura. Preterea deus est qui per prophetam loquitur quendam: qđ habitabo in ipsis & ero deus ipsorum: & ipsi mihi erunt populus. Quomodo ergo nos domus filii sumus: si filius deus non est? Sumus autem domus filii. quia oramus ut inquit paulus: Christum in interiori homine habitare. Deus igitur christus est non creatura. Videte fratres ne forte sit ĩ aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo. Fides in christum est: & per eam nobis uita eterna datur. Qui credit in me saluator ait: habet uitam eternam. Sed qui hanc fidem negliget corde cogitationibusq; prauis: a deo uiuo recedit. Quomodo igitur filius non erit deus uiuus. est autem etiam pater deus uiuus. Idem ergo natura deus pater & filius est. Viuum .n. est uerbum dei & efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti & perueniens usq; ad diuisionem animi & corporis iuncturarum quoq; & medullarum & discretor cogitationum & intentionum cordis. Nec est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. omnia uero nuda & aperta sunt oculis eius. De eodem.

Sic etiam uidere licet omnes dignitates nature patris proprias filio quoq; ab apostolo dari. Omnipotens deus pater est: omnia uidet: corda etiam & renes non ignorat. quis enim inquit iste est qui me consilium celat? & deus appropinquans ego sum dicit dominus & non deus de longe: nec poterit aliquid a me occultari. hec ipsa filio quoq; inesse paulus testatᷣ. Viuus est pater: immo uita ipsa: uiuus & filius & uita secundum naturam. Quomodo ergo non erit impius qui filium inter

creaturas enumerat: quarum nulla uera dicere potest ego sum uita? Vel quomodo non erunt eiusdem nature atque substantie illa quorum naturales operationes & proprietates eedem non sunt? Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei: quod ex inuisibilibus uisibilia facta sunt. Nulla certe creaturarum ante secula fuit. Verbo autem diuino idest per filium dei ipsa quoque secula facta scripturis dicentibus credimus. Quare necesse est ipsum ante secula esse qui a nihilo ad esse ipsa produxit. Quomodo ergo seculorum creator creatura erit: cum eternitatem deo soli conuenientem habeat. Beneficentie & communitatis non obliuiscamini. Talibus enim beneficiis deus placatur. Aperte hic quoque paulus filium deum appellat. Ipse enim iudex est qui reddit unicuique secundum opera eius: & placatus beneficentia dicit: Venite benedicti patris mei & possidete regnum uobis paratum ab initio mundi. Esuriui & dedistis mihi manducare. Sitiui & dedistis mihi bibere. Quomodo ergo non erit uerus deus cui sacrificandum est: & qui reddit unicuique secundum opera sua. De eodem ex epistola ad timotheum.

PAulus apostolus ihesu christi secundum imperium dei saluatoris nostri & christi ihesu spei nostre thimoteo proprio filio in fide. Ecce ex imperio dei saluatoris nostri apostolatus ministerium accepisse paulus asserit. Videamus ergo si christus in apostolatu eum constituit. Quis ignorat scriptum esse in actibus quando ab ierosolimis damascum aduersus christi discipulos proficiscebatur: uisum sibi fuisse christum atque dixisse Saule saule cur me persequeris? paulo uero interrogante atque dicente: quis tu es domine? ego inquit sum ihesus quem tu persequeris. sed surge & intra in urbem & dicetur tibi quid oporteat te facere. Quid autem sibi dictum sit in eisdem actibus rursum inuenitur. Ieiunantibus enim & administrantibus domino dixit spiritus sanctus: Segregate mihi barnaban & paulum ad opus ad quod eos uocaui. & rursus

Illi missi per spiritum sanctum inquit profecti sunt in seleuciam & inde in cyprum & postea in salamina: & annuntiarunt uerbum dei in synagogis iudeorum. Vides quia mandato saluatoris nostri per spiritum sanctum in apostolatum segregatur? Cum etiam & deus & saluator & spes nostra christus appelletur. quomodo non erit impium inter creaturas ipsum annumerare? Aut quomodo non erimus idolatre creaturam colentes & spem in ipsa habentes. Iusto inquit lex nō est posita: sed iniustis & inobedientibus multisq; connumeratis: tandem infert: & siquid aliud doctrine aduersatur que est secundum euangelium glorie beati dei quod creditum est mihi.

De eodem.

Cuius igitur euangelium paulo creditum est: nonne christi? cuius etiam apostolus predicatorq; fuit? nonne christi saluatoris nostri? Nunc igitur beatum deum appellans ostendit creaturam non esse. Non est .n. deus qui ex nihilo factus est. Nam omne huiusmodi recens est. quicquid autem recens est: deus esse non potest. Non erit inquit tibi deus recens. Non est igitur filius dei creatura. Quod autem euangelium saluatoris sibi creditum sit: ab ipso saluatore ipse in sequentibus significat dicens. Gratias habeo christe qui me confirmauit quia fidelem me existimauit ponens in ministrationem qui prius fui blasfemus persecutor contumeliosus sed misericordiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate & omni acceptione dignus. quia christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus sum ego. sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primo conderet christus omnem clementiam ad informationem eorum qui credituri sunt in ipsum ad uitam eternam.

Fidelis sermo.

Si per fidem qua credimus in christum saluamur & uitam eternam iugo mortis excusso assequimur: quo-

117

modo non erit secundum naturam deus qui uitam eternam credentibus largitur & a morte liberat? Solus. n. deus id facere potest: ut scribitur: ego sum deus saluans te & non est preter me. Vere. n. nec legatus nec angelus sed ipse dominus saluauit nos. qui nobis salutem per prophetas pollicitus est: & carne assumpta clamat: ecce adsum. Venit. n. & annuntiauit pacem nobis qui longe aberamus & his qui prope erant: ut paulus dicit. Regi seculorum. Incorruptibili inuisibili soli sapienti deo honor & gloria in secula amen. Rex seculorum filius est sicut dominus & creator ipsorum: ipse ergo est deus incorruptibilis inuisibilis solus sapiens. Hec autem naturales substantialesque dignitates patris sunt: quomodo igitur non erit consubstantialis patri? aut quomodo creatura erit cum hec sibi naturaliter insint? Quod autem rex seculorum sit: audi que gabriel archangelus ad sanctam uirginem de christo dicit. Hic erit magnus & filius altissimi uocabitur. & dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius & regnabit in domo iacob in secula. & regni eius non erit finis. Cum orare pro uniuersis ac precipue pro regibus & principibus paulus iusserit: sic deinceps ad discipulum scribit: hoc honestum est atque acceptabile coram saluatore nostro deo qui omnes homines saluari uult & ad cognitionem ueritatis uenire: uides quod saluator omnium deus est? Vides quod saluamur ad ueritatem conuersi? Veritas autem filius dei est. Ipse igitur est deus saluator noster. Natura igitur deus est & non creatura. Deus saluator ex saluatore deo patre eternaliter natus. Vnus deus unus mediator dei & hominum ihesus christus qui dedit se ipsum in redemptionem pro omnibus. Mediator dei & hominum ihesus christus est non solum quia reconciliauit homines deo: uerumetiam quia naturaliter atque substantialiter & deus & homo in una hipostasi est. hoc. n. modo naturam nostram sibi deus reconciliauit. Nam

aliter quomodo unum mediatorem christum paulus dixisset. Multi .n. sanctorum mediationis ministerio usi sunt. & ipse paulus clamans: Rogamus pro christo reconciliamini deo. Moyses quoq, mediator fuit. Ministrauit .n. filiis israhel legem datam a deo. Mediator etiam fuit beatus iheremias precipue quando clamabat ad deum: Recordare mei stantis coram te. ad loquendum pro ipsis bona. quid multa? Singuli prophetarum mediatores fuerunt. Apostolorum quoq; singuli. Quomodo igitur unicus mediator dei & hominum christus est. nisi noua inauditaq; in aliis meditatio sua sit? Sed modum quoq; perstringere non alienum est. quomodo igitur duo quedam sicut medium coniungit ob utrumq; necessario tangitur. Et hoc modo diuisa per medium coniunguntur. Est autem christus mediator dei & hominum. quia in eo uno deus & homo coniunguntur. Non est tamen ipse aliquid tertium preter deum & hominem sed deus uere. Ipse .n. est pax nostra. & quoniam naturaliter nobiscum coniungitur diuine substantie natura nostra in ipso coniungitur. Et hoc modo diuina natura communicamus. Quomodo igitur erit creatura filius dei si natura nostra ipsi coniuncta deo uero coniungitur. Fidelis sermo & omni acceptione dignus in hoc laboramus & certamus. quia speramus in deum uiuum qui est saluator omnium hominum & maxime fidelium: futura per spiritum sanctum & saluatoris aduentum preuidens psalmista clamabat ad ipsum: Spes omnium finium terre & in mari longe. Si ergo spes omnium christus est & in ipso fideles omnes speramus & is in quo speramus deus a paulo uiuus appellatur quia naturaliter uita sit: quomodo creatura erit spes nostra & non filius dei uiuus ex patre uiuo eternaliter natus? Ideo .n. uita naturaliter est: quia ex uita nascitur. precipio tibi coram deo qui uiuificat omnia & christo ihesu qui testimonium reddidit sub pontio pilato bonam confessionem ut serues mandatum sine macula. Irrepre-

hensibile usq; in aduentum domini nostri ihesu christi quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens rex regum & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem. Aut ipse certe christus aduentum suum ostendet: aut pater suus. Si primum quomodo creatura erit qui rex regum & dominus dominantium est & solus beatus? Hec n. ceteraq; huiusmodi non possunt naturaliter creaturis inesse. Nihil. n. nature diuine & creaturis commune inuenitur. Sed omnia que deo patri conueniunt filio quoq; suo inesse scribuntur. Non est ergo creatura filius dei sed uerus deus. Sin autem non ipse filius sed pater aduentum filii ostedet: & ipsi immortalitatem soli ceteraq; paulus attribuit. quomodo si solus pater immortalis est filius quoq; immortalis perhibetur. Immortalis. n. natura est qui uita naturaliter est. Christus autem ait de se ipso. Ego sum uita. Perspicuum igitur est quod non ad extra productus est ut creature sed ex patre natus omnia que patris sunt naturaliter habet. & ideo deus uerus est de deo uero: lumen de lumine: uita de uita: immortalis de immortali.

Excepta ad timotheum. II. & excepta ad titum.

Noli igitur erubescere testimonium domini nostri neq; me uinctum eius sed collabora in euangelio secundum uirtutem dei qui nos liberauit & uocauit uocatione sancta. Ecce rursus christum deum & saluatorem nominat. Ipse enim est qui uocat nos dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Quomodo igitur creatura erit: si est deus & saluator? Non. n. creatura sed solus deus saluauit nos. Apparuit gratia dei saluatoris omnibus hominibus paulus ad titum ait erudiens nos ut abnegantes impietatem & secularia desideria modeste iuste & pie uiuamus in hoc seculo expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei saluatoris nostri ihesu christi.

De eodem.

SI spes omnium christus est: & ipse deus quique magnus & saluator est: quomodo non erit furor inter creaturas eum collocare? Aut quomodo non omni benedictione priuabitur qui sic ingratus reperitur: ut patri consubstantialem esse ipsum neget? Benedictus .n. homo inquit propheta quidam qui sperauit in domino & est dominus spes eius. Qui ergo non sperat in naturaliter domino hoc est innaturaliter deo: maledictus est. Contrarium .n. ex contrario sequitur. Si ergo seruus & creatura filius est: nec natura dominus: quomodo secundum psalmistam benedicti nos domino qui speramus in ipso? Aut quomodo paulus uere dicit: Benedictus deus & pater domini nostri ihesu christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali? Dominus ergo secundum naturam filius est: non creatura. omnis .n. creatura serua est.

De eodem ex actibus apostolorum.

PErtransierunt autem phrigiam & regionem galaticam: & prohibiti sunt a spiritu sancto predicare in asia. Venientes autem per misiam tentabant in bithiniam ire: & non dimisit eos spiritus ihesu. Ecce hic etiam manifeste spiritus sanctus spiritus ihesu dicitur. Est autem etiam spiritus patris. quomodo ergo filius non erit natura deus: si spiritus sanctus ita suus est quemadmodum patris? Nam si cuiusdam umquam creature spiritus sanctus appellatus in scriptura est: credatur etiam filius creatura esse. Sin autem patris solummodo & filii spiritus scribitur: quomodo erit creatura: qui adeo creaturas excedit: ut solus cum patre spiritum sanctum possideat? In media uero nocte paulus & silas orantes laudabant deum & uincti audiebant eos. Factus est autem repente magnus terremotus: ut fundamenta carceris quaterentur: & porte omnes aperte sint. & post pauca. Tremens autem inquit custos carceris genua flexit paulo & sylle: & educens ipsos foras dixit: Quid oportet me facere domini ut saluus sim? Illi autem

dixerunt: Crede in dominum ihesum: & saluaberis tu & dom⁹
tua. & locuti sunt ipsi sermonem domini & toti domui eius:
& accipiens ipsos in hora illa noctis lauit a uulneribus & baptiza
tus est ipse & omnes sui statim & ducens eos in domum suam
apposuit mensam & gauisus est: quia cum tota domo sua cre-
didit in deum. Vide qd̄ qui credidit in dominum ihesum se
cundum apostolorum precepta sicut in deum credens cum
tota domo gaudebat? Si autem creatura filius dei esset secū-
dum hereticos: quare non ueritas custodi ab apostolis reperi
tur? Quare hortantur credere in dominum ihesum? Quare
cum credidisset in deum credidisse dicitur & non in creaturā?
Manifestum igitur hinc est qd̄ deus secundum naturam fili⁹
est & non creatura. De eodē ex epl̄a iacobi petri iohis & iude.

IAcobus dei & domini nostri ihesu christi duodecim tribu-
bus que sunt in dispersione: deum hic & dominum ihe-
sum christum appellat. Id. n. natura esse ihesum non igno
rabat predicator ueritatis. Quomodo igitur audent isti deū
& dominum natura creaturam predicare? nisi forte patrē
etiam qui similiter secundum naturam deus & dominus est:
creaturam esse opinentur? Nam si natura deus & dominus
creatura potest esse: cur filius solum erit creatura & non pa-
ter? Sed creaturam esse patrem recte negant. Credant igitur
etiam filium qui similiter secundum naturam dominus &
deus est creaturam esse non posse. Fratres inquit nolite in per-
sonarum acceptione habere fidem domini nostri ihesu chri
sti glorie. De eodem.

QVomodo igitur glorie dominus filius erit: si consubstā
tialis patri non est. Nihil. n. potest habere gloriā dei:
nec ullus glorie dominus appellari preter deum. Nō
. n. mentiri potest spiritus ueritatis per quem pater in sanctis
prophetis locutus est dicens: Gloriam meam non dabo alteri.
Non erit ergo filius dei creatura. Nam si creatura esset: nō esset

dominus glorie. Presbiteros petrus inquit qui in uobis sunt obse
cro presbiter & testis christi passionum qui & eius que in futu
ro reuelanda est glorie princeps: pascite gregem dei qui est in
uobis. De eodem.

SApienter admodum petrus filium dei deum esse ita hic
asserit. Cumq; audisset a saluatore nostro ihesu christo
simon iona diligis me? pasce agnos meos. & rursum pa
sce oues meas. Similia successoribus suis scripsit precepta & gre
gem dei saluatoris fideles appellauit. Nec per carnem aut san
guinem sed desuper ab ipso patre dei mysterium cognouit.
Quomodo igitur erit creatura filius qui deus ab apostolis esse pre
dicatur? presertim cum creature atq; creaturis differentiam
ostendens psalmista clamet: Ipse fecit nos: & non ipsi nos. Nos
autem populus eius & oues pascue eius. Deitatis igitur natura
in hoc cognoscitur. quia creatrix est. Natura uero rerum pro
ductarum a nihilo in hoc percipitur. quia creata est. Quoniam
ergo rerum omnium filius creator est: non potest esse creatu
ra: qui uirtutem creandi habet. Nec potest esse seruus qui na
tura dominus est. Scribo uobis patres. Iohannes in epistola in
quit: quia cognouistis eum qui est a principio. Nulla certe crea
turarum aut a principio aut in principio est. Omnia .n. in tem
pore uel in temporis quodam momento uocata sunt ad esse.
Filius autem quem fideles cognouerunt a principio & in princi
pio est. Quomodo igitur erit creatura? Qui negat patrem: fi
lium quoq; negat: & qui negat filium: is quoq; patrem negat.
Non aliter certe filius negatur: nisi creatura esse credatur: Negat
.n. ipsum qui consubstantialem patri non esse asserunt. Confite
tur autem qui uerum filium dei predicant & eiusdem esse cum
patre substantie fatentur. Quicquid igitur de patre dicitur: id
de filio quoq; necessario dicitur: preterquam quod nec pater filius est:
nec filius pater deus secundum naturam pater est. Omnipotens
creator dominus rex incorruptibilis immortalis: uita: non a ni

hilo productus: sed eternus. hec omnia incommutabiliter filius
etiam est. Si autem patrem hec esse concedis: a filio autem haec
remoues inter creaturas ipsum connumerans: a patre quoque re-
rum consequentia cogeris hec remouere. Similis enim omnino
immo idem natura filio suo est. Imago enim eius filius est. & qui
uidet filium uidet & patrem. quare si pater non creatura sed
creator est. filius etiam creator est non creatura. At uidimus
& testamur & annuntiamus uobis uitam eternam que erat
apud patrem & manifestata est nobis. Eternitatis uocabulum
de deo dicitur apud scripturam. productionem enim a nihilo
penitus interimit. & ideo eternitas dei solummodo nature
substantialiter inest. Si ergo eterna uita filius est & est apud
patrem: quomodo erit creatura: cum creatura eterna dici
non possit? At scimus quia filius dei uenit & dedit nobis men-
tem ut cognoscamus uerum deum & simus in uero filio eius
ihesu christo. Hic est uerus deus & uita eterna. quid dicent
heretici ad hec beati iohannis uerba quibus apertissime deus
uerus filius appellatur. Nam si deus uerus est substantialiter
& non per participationem: hoc ipsum est sicuti creature. Qui
autem deus uerus est: natura deus est. quomodo igitur erit
creatura? nisi hanc impietatem in ipsum quoque patrem trans
ferre uelint. Sed nullo modo deus uerus a nihilo producibi
lis est. Est autem filius deus uerus. Non est igitur productus
a nihilo sed natura deus & uita eterna. Commonere autem
iudas inquit uos uolo scientes semel omnia: quoniam ihesus
populum de terra egypti saluans secundo eos qui non cre
diderunt perdidit. De eodem

SI ihesus secundum apostolum iudam populum eri
puit ex egypto: ipse certe est qui dicit ad moysen:
Ego sum qui sum. Et audiens gemitum filiorum
israhel descendi ad liberandos ipsos. Si ergo ipse est qui est:
quomodo erit creatura? Nam qui est semper est. creatura

uero semper non est. Filius ergo est: nec essendi principiū ūq̄ sicut creature habuit. De eodē ex euangelio secūdū matheū

Joseph filius dauid ne timeas accipere mariam uxorem tuam. quod .n. in utero habet de spiritu sancto est. pariet autem filium: & uocabis nomen eius ihesum. ipse .n. saluabit populum suum a peccatis suis. Saluat populum suū filius: & dimittit peccata populi ut deus & dominus legis. quis igitur inter creaturas ipsum nisi temerarius atq; impius collocare audebit: Cum nullus possit peccata dimittere nisi solus deus: Cumq; populus nullius possit dici proprius nisi solius dei qui omnium populorum deus & creator est: Hoc autem totum factum est: ut adimpleretur quod dictum est per isaiā prophetam dicentem: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium: & uocabunt nomen eius hemanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Nisi filius naturaliter deus esset: non uocaretur nomen eius hemanuel: quod est nobiscum deus. per uirginem .n. sanctam & de spiritu sancto factus est homo. quem non angelus neq; aliqua creatura sed ipse deus hemanuelem appellauit. Sicut ipse ostendit propheta dicens de christo: & uocabunt nomen eius nouum quod dominus nominabit. Nomen .n. nouum hemanuel filio impositum est. Nam ante incarnationem deus solummodo uocabatur. post incarnationem autem non solum deus sed etiam nobiscum deus: hoc est deus homo factus. Cum igitur ipse dominus & pater deum filium suum appellet: erubescant aliquando qui temere audent creaturis ipsum connumerare. Audistis quia dictū est priscis: Non occides. quicunq; autem occiderit: reus erit iudicio. ego autem dico uobis q̄d omnis qui fratri suo frustra irascitur reus erit iudicio. hinc recte filii deitas uera ut mihi uidetur colligitur. Regi .n. maxime legum latio conuenit. ac ideo rex deus nulli permittit addere aut auferre aliquid a lege mosaica. filius autem quod minus est abstulit & addi

dit quod maius est atq; perfectius. ut deus ergo & legis dominus
id fecit. Aut si deus uerus non est: ut heretici dicunt: iniquius
uidetur. quia legi mosaice non parua neq; pauca addidit: sed
non est iniquius. peccatum .n. non fecit: ut scribitur. Vt deus
igitur & dominus legis magna cum licentia addidit dicens: Ego
autem dico uobis: quomodo igitur erit creatura: qui ut uer᷒
deus magna cum potestate mosaicam legem ad melius atq; per
fectius mutat? Si .n. dimittitis hominibus peccata ipsorum:
dimittet etiam uobis pater uester celestis. Si autem non dimi
ttetis hominibus: nec pater uester dimittet peccata uestra. De
us pater peccata potest dimittere: sed filius quoq; id potest. fili
.n. dixit ad quendam dimittuntur tibi peccata tua. Cum er
go dimittere peccata solus deus possit: quomodo audent here
tici creaturam filium dicere? si eadem potestate dimitten
dorum peccatorum fulget qua pater? Non potest arbor bona
malos fructus facere: nec arbor mala bonos fructus facere. Sen
tentia hec sic uniuersaliter saluatori nostro dicta uerissima
est. quare modo placet ad diuinam essentiam hanc ipsam redu
cere sententiam. Bona inquit arbor bonos fructus facit. Simi
le .n. omnio est quod producitur ei quod producit. Sed pater
increatus est. Non potest ergo creatum ex se naturaliter filiū
generare. posset arbor bona malos fructus producere. Nam
increatus pater bonus naturaliter hoc est ipsa bonitas est. Crea
tura uero quelibet ipsum bonum esse non potest. Non esset
ergo arboris fructus bonus: cum arbor sit bona. quod contra
dictam saluatoris sententiam est. Non est ergo creatura filius
sed patri consubstantialis. Et ecce leprosus adorabat ipsum di
cens: Domine si uis: potes me mundare. & extendens manum te
tigit ipsum dicens: Volo mundare. & statim mundatus fuit. Ita
.n. saluator sicut dominus iusserat. Quomodo ergo seruus &
creatura erit qui omnia potest que uult? quod dei solius pro
prium est. Omnia .n. inquit que uoluit dominus fecit. qui

ergo hac potestate hac omnipotentia qua pater fulget: quomodo
non erit consubstantialis patri? presertim cum eius substantie
sint omnia quorum una operatio est? Sed filius uiuens & con
substantialis actio & uirtus & sapientia patris est. Non potest ergo
esse creatura unc surgens increpauit uentum & mare: & fa
cta est tranquillitas magna. Homines autem mirati sunt dicen
tes: quis est iste quoniam & mare & uenti obediunt ei? Ad osten
dendam omnipotentiam suam deus per quendam prophetam
aduersus improbos huiusmodi uerba dicit. An non timetis me
dicit dominus? An non cauebitis a facie mea: qui posui arenam
terminum mari? mandatum eternum quod non pertransibit?
Simile quid etiam apud iob scribitur. posuit inquit ipsi mari
terminos & imposuit claustra & ostia & dixit ei. Ad hoc usque
uenies & non pertransibis. sed in te ipso conterentur unde tue.
Beatus quoque psalmista spiritualem pulsans lyram sic canit ad
deum dicens: Tu dominaris potestati maris: & motum fluctu
um eius tu mitigas. Quoniam igitur diuine nature proprium
est mari quoque dominari & aquis leges imponere: ac omnia ele
menta sub iugo suo domare: idque summa cum potestate filius
dei facit: quomodo non erit natura deus? aut quomodo erit
creatura: qui omnia potest facere que pater quoque potest? e
mones autem rogabant eum dicentes: Si eicis nos: mitte nos
in gregem porcorum: & dicit eis ihesus: Ite: illi autem ierunt
in porcos. & ecce uniuersus grex ruit in preceps ad mare: & mor
tui sunt in aquis. Id quoque proprium nature deitatis est: ut
omnia contineat atque gubernet. Res etiam deiectas atque hu
millimas. Ad cuncta enim prouidentia sua peruenit: quod ipse
saluator testatur dicens: Nonne duo passeres asse ueneunt: &
una ex ipsis non cadet in terram sine patre uestro qui in celis
est. Si ergo permaximum idipsum est deique proprium: & inueni
tur non magis in patre quam in filio cuius potestas detinebat demo
nes ne uel porcos abiecta certe animalia possint inuadere. Quo

modo

modo erit compos mentis qui audebit negare non eiusdem cum patre ipsum esse substantie? Et cum aduocasset inquit duodecim discipulos eius dedit eis potestatem contra spiritus immundos: ut eiciant ipsos: & curent omnem egritudinem & omnem langorem. Vide rursus sic potestatem filii non esse potestatem creature sed dei ueri. Nam facere quidem aliquid mirum quod nature uires excedat: sancti quoque uiri possunt: sed non a se ipsis neque naturaliter sed per participationem spiritus sancti & per gratiam dei. Donare autem ceteris eandem gratiam longe remotum est a sanctis uiris. Non enim potest creata natura spiritus sancti gratiam quibuscunque uelit largiri. Dominus uero noster ihesus christus sicut deus natura & filius dei uerus firma cum potestate sanat egrotos. non per orationem ad deum ut sancti faciunt. Non enim alienam uirtutem inuocat: sed a se ipso quibuscunque uult gratiam spiritus largitur. quemadmodum & ignis appropinquantibus calorem suum naturaliter immittit: quomodo ergo qui participes dei per uirtutem spiritus sancti facit appropinquantes sibi creatura erat & non deus uerus. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. & nemo cognoscit filium nisi pater: neque patrem cognoscit aliquis nisi filius. Non potest certe rationalium creaturarum mens diuinam essentiam apprehendere. Omnem enim mentem excedit pulchritudo substantie diuine: nec ab ullo quid sit secundum naturam nisi a se ipsa cognoscitur. Quare pater & se ipsum & filium cognoscit: & filius similiter & se ipsum & patrem. Sic enim uerum esse illud inuenitur: ego in patre & pater in me est. & qui uidit me uidit & patrem. Cum igitur nulla secundum naturam inter patrem & filium differentia sit: quomodo filius erit creatura: cum pater sit increatus?

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos. Omnis creaturarum natura sub iugo dei est & soli seruit creatori. Sed saluator noster omnes ad ferendum iugum suum uocat. Quomodo ergo ipse sub iugo

seruitutis creaturarum erit qui gubernacula omnium tenet? Aut quomodo poterit oneratos & laborantes reficere nisi deus uerus & non creatura sit? An nonne legistis in lege quia die sabbatorum sacerdotes in templo sabbatum non custodiunt? & tamen sine culpa sunt? Maior est & ideo magis colendus deus qui in templo habitat & sanctificat ipsum: cuius in gloriam templum quoque constructum est: quam ipsum templum. Quomodo ergo templo maior & sanctior christus est: si non est ille deus qui in ipso colitur templo? Est autem maior & sanctior ipso templo sicut filius dei & non creatura. Ipse certe est quem israhel in templo adorabat. Ipse inquam est de quo scribitur: Dominum deum tuum adorabis: & ipsi soli seruies. A fructu inquit arbor cognoscitur. Aut ergo facite arborem bonam & fructum eius bonum: Si ergo a fructu arbor cognoscitur: est autem filius patris fructus: erit profecto talis filius. qualis pater. Quare si filius creatura est: erit etiam pater creatura. Sed pater increatus est. erit ergo filius quoque increatus. & sic arbor a fructu suo cognoscetur. Agitabatur apostolorum scapha uehementius: quia non parue lacum procelle diffundebant & noctis quarta custodia saluator quasi per terram ambulans in medio lacu a discipulis conspicitur. Clamabant autem discipuli non cognoscentes eum. Saluator autem dicebat: Ego sum nolite timere. Cumque ipsum suscepissent in scapha: omnis uentorum & maris turbatio cecidit atque acquieuit. Tunc omnes qui erant in illa nauicula adorarunt ipsum dicentes: Vere filius dei es tu. Quid igitur dicent ueritatis inimici: cum uideant uniuersum apostolorum ordinem eum cultum filio dei reddere: ut non solum filium dei appellent: sed uere filium quasi iurantes addant. Nam si creatura est: quomodo uere filius dei erit. Non enim potest uere filius dei esse alicuius ille qui naturaliter non habet esse ex eo hoc est ex substantia illius cuius filius uere dicitur. Quod si discipulos dicant falsam de saluatore habuisse opinionem: quomodo

saluator tacuit & errantes non correxit? presertim cum in mul to minoribus errantes corrigat aperte? petro .n. non recte re spondenti vade sathana post me inquit. Scandalum .n. es qui non sapis que dei sunt: sed que hominum. Quoniam igitur ue re filium dei esse discipuli adorantes dicebant: neq; christus q̄si falsa dicentes redarguit. quis nisi insanus audebit creaturam dicere ipsum qui uere filius dei est? Non .n. potest simul filius dei esse uere & creatura. Idem .n. uere filius & naturaliter fili⁹ significat. Non ergo adoptione ipse filius est sed naturaliter. Nā per adoptionem filii per similitudinem quandam dicuntur filii. Quare nisi prius naturaliter filium deus habebit: nul lo modo poterimus nos ad similitudinem ueri filii per gratiā adoptari. Cum autem uenisset ihesus in partes cesaree phili ppi: interrogabat discipulos suos dicens: quem dicunt homines esse filium hominis? Illi autem dixerunt: Alii iohannem bap tistam: alii helyam: alii iheremiam aut unum ex prophetis: & dicit eis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens chri stus filius dei uiui. ihesus dixit: Beatus es simon bariona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in ce lis. Animaduerte credeq; q͞d ipse pater reuelauit petro. Non igitur ab alio petrus q̄ ab ipso patre didicit christum esse filiū dei uiui. neq; dixit unum esse de filiis dei ne per adoptionē & gratiam filius esse putaretur. Sed tu es inquit christus fi lius dei uiui: & quia unicus naturaliter filius patris est: hac professione petrus a christo beatur. quia maiora discere diui nitus potuit. Quomodo igitur creatura erit: quem ipse pater per petrum apostolum credentibus filium esse suum reuela uit. Venturus .n. est filius hominis in gloria patris sui cū angelis suis: & tunc reddet unicuiq; secundum opera sua. Si uere dictum per deum patrem est: Non dabo gloriam meā alteri: quomodo eam dat filio si creatura est? & non eiusdem substantie cum patre? Sed nefas est opinari non uere dictū

esse a patre: Non dabo gloriam meam alteri. Dedit autem ipsam filio: ut euangelium loquitur. Eiusdem igitur essentie atque nature filius & pater est: etiam spiritu sancto semper connumerato. Quomodo igitur creatura erit filius: si eiusdem substantie cum patre est? Et ecce inquit nubes lucida obumbrauit eos. & ecce uox ex nube dicens: hic est filius meus dilectus. Magna est inter filium dei & creaturam differentia. Nam si idem esset creatura & filius: ut quibusdam uidetur: quicquid creatura est: filius dei esset. Verum qui hec dicunt: non uident etiam in hominibus quanta differentia inter filios nostros & ea que facimus sit. filius enim ex nobis ipsis consubstantiales nobis parimus. que uero facta sunt a nobis extrinsecus alienam a natura nostra capientes materiam ea facimus. Similiter & in deo dicendum est: nisi quod materia non indiget deus. Quomodo igitur potest filius dei creatura esse: cum sit ex ipso deo & in ipso non autem ad extra productus sicuti creature? Sed uere atque secundum naturam filius de quo pater desuper clamat: hic est filius meus dilectus: per quem nos adoptati in spiritu eius dicimus Abba pater. Quid faciens magister bone dixit quidam christo: uitam eternam possidebo. Et christus ad eum: Cur me dicis bonum? Nullus bonus nisi unus deus. Illud proprie bonum est: quod non participatione alterius sed secundum naturam hoc est essentialiter bonum est. Cum ergo alius sit personaliter pater: alius filius: quem dicent isti essentialiter bonum esse? Non dubito quia patrem respondebunt. Quis igitur audebit negare filium quoque naturaliter atque essentialiter ipsum bonum esse: cum ab ipso audiat: Ego & pater unum sumus: qui uidet me uidet & patrem? Nam si ipsum bonum essentialiter filius non esset: quomodo patrem qui bonus essentialiter est: in se ipso ostenderet? Non aliter igitur quam pater ipse quoque bonus est. Sed quomodo inquiunt unus ab eo dicitur esse bonus: quia uidelicet sanctissima trinitas unum est. Vna enim

& eadem essentia in tribus personis est. & ideo unum bonum essentialiter est; & nullus bonus nisi ipse deus. Non est igitur creatura filius sed patri consubstantialis. Cum a sacerdote summo interrogaretur christus si filius dei esset: non negavit: sed annuit dicens: Tu dixisti. deinde addidit: Veruntamen dico vobis ex nunc uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis & uenientem super nubem celi. Nihil autem aliud intelligitur quando de deo sedere & sedes aut solium dicitur: nisi principatus & regia potestas quam naturaliter supra omnes habet creaturas. Magna .n. scientia est sessionem & sedem aut omnino situm aliquem deo attribuere. Sed que corporaliter nostro more de ipso scribuntur conuenienter intelligenda sunt. Quare cum a dextris sedere uirtutibus etiam scribitur: nihil aliud significatur nisi non esse filio minorem quam patri cultum & honorem attribuendum: sed eundem omnino. Id autem assumptum est a consuetudine nostra. In dextris .n. nostris collocamus quos non minoris dignitatis putamus. quomodo igitur hec omnia filius haberet: nisi patri esset consubstantialis: Secundum istos .n. non solum deus regnat super omnem creaturam: neque solus deus adoratur: sed creatura quoque simul cum ipso. quod omnino impium est. Unus ergo est deus ipsa trinitas sancta. Cumque ipsa unus sit deus & pater similiter & filius & spiritus sanctus deus est: ita ut tres persone sint & unus deus: Non est igitur creatura filius: ut impie multi contendunt.

De eodem ex euangelio secundum iohannem.

IN principio erat uerbum. Si erat in principio: quomodo isti dicunt factum atque creatum esse. Nam quod creatum est unquam potest in principio esse. Principium .n. necessario ante omnem creaturam est. Nec potest quod a nihilo ad esse productum est in principio esse: sed ipse filius etiam principium est. Non est igitur ipse ab alio principio creatus. Ita .n. duo principia unum ante alterum darentur: quod dicere

stultum est. Deinde si erat filius: quomodo a nihilo productus est? Nam si a nihilo productus est: non erat: sed erat. Non est igitur a nihilo productus. At uerbum erat apud deum: Aptius nobis euangelista principii uocabulum explanat: nihil aliud esse dicens: quod principium appellauit. quam ipsum deum patrem unde filius effulget sicut lumen ex sole. Alius quidem hipostatice a patre sed non alius ratione substantie. Principium igitur filii pater est: non temporis aut aliud huiusmodi: sed ex quo filius & in quo simul est: sicut calor ex igni. caloris enim principium ignis est. & tamen ex ipso & in ipso inseparabiliter calor est: & quamuis omnes huiusmodi similitudines in infinitum a diuinis distare non ignoremus: hinc tamen intelligere possimus filium ex patre & in patre eternaliter esse: nullo tempore intellecto. Nam uerbum erat. Sic nos intelligere cogit. Et deus erat uerbum. Apertissime hic non esse recentem deum filium asserit. Deus enim erat ait & in principio erat. Quomodo igitur isti creaturam esse ipsum opinantur? presertim cum non possint dicere per gratiam deificatum? Nam quod per gratiam alicui datur: id addi postea necesse est. preintelligitur enim necessario natura & essentia & hipostasis cui conceditur gratia: sicut & nos cum simus natura homines: per gratiam dei dii appellamur: & homines nos esse per prius intelligitur quam simus per gratiam deificati. Sed non habent dicere qui creaturam esse filium mentiuntur: quid filius secundum naturam esse per prius intelligatur quam deus esse dicatur. Deus enim erat uerbum secundum iohannem. Hoc erat in principio apud deum. Non ad extra productum sed ex ipsa patris substantia emanare filium ostendit: sicut in ipso & ex ipso secundum naturam effulgentem: neque idem tempore. hoc enim ait erat in principio apud deum. Quomodo igitur ueris genitoris fructus aliud natura quam genitor suus erit? Nam sicut non nascuntur ex dumis uue: sic nec ex uite nascuntur dumi. Quoniam

ergo pater natura deus est: erit filius quoque deus natura. Aliter minoris erit dignitatis quam creature sue. Creature enim consubstantialem sibi fructum ex se ipsis producunt. Deus autem secundum istos non natura deum ex se generabit: quod absurdum penitus est. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Si omnia facta per ipsum sunt: nihil factum est quod ab ipso factum non sit: ut ipse asserit. Quare qui numero factorum non comprehenditur: aliud est preter ipsa facta: ipse est filius dei qui ad esse uniuersa uocauit. Non est igitur creatura creator omnium sed deus uerus & patri consubstantialis. Scriptum est inquit: Dominum deum tuum adorabis: & ipsi soli seruies. quomodo igitur si creatura est filius secundum istos & a nobis & ab angelis adoratur? cuius rei testis paulus est. quando autem introducit primogenitum in orbem terrarum & adorent ipsum ait omnes angeli dei. Certe si homines solum adorarent: dicerent forsan isti non esse mirum: si nos erramus. Nunc uero celorum uirtutes adorant: nec errare ipsas cum angeli dei sint audebunt dicere. Accedit quod premia in celis deposita sunt colentibus christum. Non est igitur deus recens: quem colere prohibemur: sed deus uerus & natura deus. quia colere ipsum iubemur. Preterea si creatura esset filius: cum omnia per ipsum facta sint: non deus sed creatura erit creator. Magna itaque ostentatione iactaret deus: cum dicat: Manus mea fecit hec omnia. sed nihil factum creandi uirtutem que infinita est suscipere potest. Ad hec ab omni creatura deus esse uerus creator predicatur. Magna igitur impietas est filium dei creaturam appellare. Erat lux uera. Non possunt negare lucem ueram patrem esse. Est autem etiam filius lux uera. quomodo igitur aliud pater natura: aliud filius erit? Aut quid magni deo patri attribueretur: quando dicitur lux uera. Si aliqua etiam dicitur creatura: posset esse lux uera. Quare si nihil creatum

proprie hoc est essentialiter id potest esse naturaliter quod deus
est: Nihil .n. habet quod non accepit. Consubstantialis patri cẽ
te filius erit. quia naturaliter lux uera & id ipsum quod pater
est. Non est igitur filius creatura. Que illuminat omnem
hominem uenientem in hunc mundum. lux que ad mūduz
a patre missa est: uerbum eius hoc est filius suus est qui ex ipso
nascitur. Ego inquit ex patre exiui & ueni: & ego lux in mū-
dum ueni. Ad ipsum igitur etiam illud psalmiste dicitur quia
tu illuminabis lucernam meam domine deus meus: illumi-
nabis tenebras meas. quomodo ergo creatura est: quem dauid
in spiritu sancto dominum & deum suum appellat. Quotquot
autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri:
Conditio quedam atq; proprietas uel si ita uis dignitas alia crea
ture alia creatori necessario inest. Creatura serua est. Creator
dominus. Sed creatura quoq; domino suo coniuncta a pro
pria conditione liberatur: & ad meliorem traducitur. Ita natu
ra nostra a filio dei assumpta mensuram suam excessit: & in
conditionem assumentis eam per gratiam translata est. qui au
tem suscipiunt filium hoc est qui credunt in eum filii dei per
gratiam fiunt. Quare qui dedit potestatem hominibus filios
dei fieri per gratiam: non potest ipse filius dei per gratiam esse.
Necessario igitur filius dei secundum naturam est: & non crea
tura. t ex plenitudine eius nos omnes accepimus. Sola deita
tis natura perfecta est. Sola nullius rei indiget. Sola omnia re
plet. Sed hoc ipsum filius quoq; dei habet naturaliter. quomo
do ergo erit creatura? Quia lex per moysen data est: gratia & ue
ritas per ihesum christum facta est. Si filius dei non est deus se
cundum naturam sed creatura: falsus esse uidebitur deus. quo
modo igitur gratia & ueritas per ipsum facta est. Ecce agnus dei
qui tollit peccatum mundi. Isayas etiam dicit: Quis deus sicut
tu: qui deles iniquitates. Si ergo dei est proprium delere pecca
ta: christus autem id facit: quomodo erit creatura. In crastino

inquit cum exisset ihesus in galileam: inuenit philippum: & dixit ei sequere me. & ita philippus saluatoris discipulus ostenditur. Sed aduerte queso quomodo etiam hinc colligitur quod deus secundum naturam filius sit. Nam cum multos undique concursuros ad fidem saluator uideret: dixit ad discipulos: Messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate igitur dominum messis ut multos in messem suam operarios immittat. nec ullam rem aliam messem appellat quam uenientium hominum ab idolatria ad fidem christi: quorum dominus ipse christus est. quomodo igitur non est deus uerus? presertim cum etiam paulus per penitentiam omnes ad christum uocet dicens. Rogamus pro christo reconciliamini deo. quoniam igitur solus deus qui est dominus omnium messis quoque huiusmodi dominus est. Ipse solus erat operarios in messem missurus. Sed hoc ipse fecisse saluator inuenitur. Iussit enim philippo ut sequeretur. Deus igitur uerus est & non creatura. Tollite ista hinc inquit & nolite facere domum patris mei domum emporii. Si filius creatura: & per gratiam filius dei uocatur sicut & alie rationales creature: quibus non natura dignitatem huiusmodi prestat sed gratia dicentis: Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes. Erit frater naturaliter omnium qui filii dei per gratiam appellantur. Quomodo igitur si nihil plus ceteris ipse habet commune omnium per gratiam patrem suum solius appellat dicens: Nolite facere domum patris mei? Non enim ita uere dicere potuisset: si creatura esset: sed illo potius modo: Nolite domum patris nostri domum negociationis facere. Cum igitur sibi soli magna cum potestate hanc dignitatem attribuat non gratia sed natura filium dei se ipsum esse cognoscit. Quod signum nobis ostendis quia hec facis. Respondit ihesus Soluite templum hoc: & in tribus diebus suscitabo ipsum. Quod uero suum corpus templum appellaret: statim euangelista ostendit dicens: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Quando igitur surrexit

ex mortuis: recordati sunt discipuli quia hoc erat quod dicebat
ipsis. Templum autem proprium atq; uere nullum dicitur:
si deus in ipso non habitet. Nemo .n. corpus suum anime
templum appellabit: sed tunc per gratiam homo templum
dei fit: quando per fidem christi spiritus sanctus in eo habitat.
Corpus uero christi templum est uere: in ipso .n. uoluit habi
tare corporaliter tota plenitudo deitatis: ut ait paulus. Nec
ullus dubitat quia uerbum dei caro factum sit. quomodo
igitur erit creatura filius dei: qui corpus in quo habitauit
sicuti uerus deus templum dei effecit? Cum autem esset
ihesus in iherosolimis in festo pasce multi crediderunt in no-
men eius: uidentes signa que faciebat. Ipse uero ihesus non
credidit se ipsum eis: quia ipse omnes cognoscebat: nec indige
bat ut aliquis testaretur de homine: ipse .n. sciebat quid erat
in homine. Diuinam admiratus naturam beatus psalmista
illi soli testatur proprium esse ut corda hominum sciat. Di
cit .n. ad deum qui finxit sigillatim corda eorum: qui intel-
ligit in omnia opera eorum. Quoniam ergo solus uerus de-
us corda hominum scit & occulta hominum intelligit: & hec
ipsa filius quoq; dei scire ac intelligere perhibetur: quomodo
non erit uere deus? aut quomodo erit creatura? Cum sal-
uator noster ad nathanaelem dixisset: anteq̄ philippus uo-
caret te: cum esses sub ficu uidi te. Hoc solo signo nathana-
el admiratus Rabi dixit tu es filius dei: tu es rex israhel. Si
ergo secundum ipsius saluatoris testimonium israhelita ue-
rus erat: nathanael in quo dolus non erat: necesse est crede
re ipsum non mentiri dicentem de christo: Rabi tu es filius
dei & tu es rex israhel. Nam si mentitus est: cum hec dixe-
rit: dolus erat in eo. Sed saluator mentiri non potest. Nec
igitur nathanael etiam mentitus est filium dei & regem
israhel christum appellans. Quam quidem dignitatem re-
gni non gratia neq; ut homini nullos .n. uidebat satellites

sed ut uere filio dei incarnato attribuit. Quomodo igitur filius
dei & rex israhel creatura & seruus erit? Legimus preterea
saluatorem non recte interrogantibus phariseis dixisse: Er-
ratis ignorantes scripturas. Decebat .n. ipsum sicut dominū
& magistrum non recte dicentes corrigere: & ab ignorantia
homines ad ueritatem reuocare. Si ergo nathanael creaue-
rit filium dei & regem israhel ipsum appellando: cur statim
non corrigitur? cur statim non fuit ad ueritatem reuoca-
tus? Cur non audiuit illico erras o amice? Non .n. sum
rex sed seruus: nec filius dei sed creatura. Sic .n. & nathanae-
lem ab errore reuocasset: & nullam sibi ipsi reprehensionē
relinqueret: qđ sic falso tante dignitatis opinionem uereret.
Nunc autem qui semper alios errantes reprehendebat nathanae-
lem ut recte dicentem honorat. Rex ergo israhel & filius dei
est & non creatura. Sic .n. deus dilexit mundum: ut fili-
um suum unigenitum dederit: ut omnis qui credit in eum
non pereat: sed habeat uitam eternam. Si precipua mirabi-
lisq; dei patris dilectio erga mundum ex hoc cognoscitur: qa
filium suum hominem factum pro mundo dederit: certe
uere ac naturaliter filium suum assumere hominem uolu-
it. parua .n. res: nec magni existimanda esset: si non uere
filium sed creaturam quandam pro mundo dedisset: & ad
hec non uere unigenitus filius diceretur: cum etiam alie
rationales creature filii nomen per gratiam habeant. Sed
precipua maximaq; dei patris in mundum dilectio est. non
ergo creaturam sed uere filium suum assumere hominem
pro mundo uoluit. quod inde significauit euangelista: qa
unigenitum ipsum appellauit. Deinde ait ut omnis qui
credit in ipsum non pereat: Quomodo ergo creatura est: si
fides in eum saluatur? Nam si creatura esset: perirent cer-
te omnes qui in eum credunt. Nunc autem qui sincere
atq; integre in ipsum credunt saluantur. Non est igitur

creatura sed patri consubstantialis. Non .n. misit deus filium suum ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per ipsum.
Dominam omnium rerum naturam significare uolens deus per prophetam isayamq; Ego inquit sum deus: & non est preter me qui saluat. Sed filius etiam saluator mundi est: & a patre missus est in mundum saluare ipsum. Ipse igitur est qui per prophetam clamat: Ego sum deus: & preter me non est saluator.
Non est igitur creatura sed patri consubstantialis. Scribitur iohānes baptista de christo dixisse: quia illum oportet crescere: me autem minui. Neq; certe incrementum aut decrementum corporum hic intelligendum. Dignum .n. aliquid mente iohannis dictum ab ipso existimare debemus. Maior igitur fiebat christus: & iohannem in dies minorem magnitudine sua efficiebat: non quia quantum homo homini aut creatura creature prestabat quotidie homines aīaduertebant. parua .n. hec & indigna differentia est. Sed quia opera ipsa christi dei opa erāt: & ita in dies ab operibus deum esse ipsum uerum homines colligebant. Et ita sequebatur ut quanto magis christus secundum opinionem hominum ueram in sublimitatem deitatis ascendebat: tanto iohannes ut homo nudus & creatura minor uideret̄.
Quomodo igitur non erit amentia filium dei creaturam appellare? ui desuper uenit: super omnia est. Nihil aliud desuper in hoc loco ut ego arbitror significat q̄ substantiam dei patris que super omnia est. Nemo .n. dicet locali altitudine filium gloriari: aut baptistam de hui(us)modi spatiis intellexisse. Nec ullus nisi om̄o amens motum a loco in locum hic intelligi dicet. Quid aliud igitur significare desuper hic potest q̄ ex sublimi ac ineffabili patris substantia? Quomodo igitur qui ex illa uenit hoc est ex ipso patre secundum naturam nascitur: non erit eiusdem nature cum patre? Aut si erit creatura: quomodo uere dicetur super omnia esse qui non dominus sed seruus ut cetere creature naturaliter erit. Serua .n. est omnis creatura secundum psalmi

stam . filius uero super omnia est . Non est igitur creatura sed de
us uerus . Quare si est super omnia : non erit unus ex omnibus :
sed aliud preter omnia . Super omnia . n . est non locali ut di
ximus spatio sed sublimiore & ineffabili natura in qua nihil
ex creaturis cum ipso potest conuenire . Nam si aliqua conue
niret : non esset ipse simpliciter super omnia . Idem iohannes
baptista de saluatore ait : Qui acceperit eius testimonium signa
uit quia deus uerax est . Qui ergo credit omnia que christus
dicit : is signauit quia deus uerax est . Christus ergo deus est :
qui ut uerus ab audientibus fide suscipitur . Cumq; nullum
recipere deum recentem iubeamur : quomodo erit creatura
filius dei : quem sicut deum iubemur recipere ? go inquit
saluator sum uita . & rursum : Ego sum ueritas . Veritas autē
mentiri non potest . Vita igitur est secundum naturam . Nul
la uero creatura secundum naturam uita est . Sola . n . uita
est secundum naturam que semper & essentialiter uita est .
Creatura uero nec semper est cum ex nihilo producta sit : nec
essentialiter uita esse potest . Pater meus usq; modo operatur : &
ego operor . Ideo igitur magis querebant iudei occidere ihesum
quia non solum soluebat sabbatum sed etiam patrem suum
dicebat deum equalem se ipsum faciens deo . Infesti erant iudei
christo . quoniam cum homo sibi esse nudus uideretur : non
communem patrem sed suum proprium deum esse dicebat :
Pater meus dicens usq; modo operatur . Ex iis illi uerbis q̄a deū
patrem suum appellabat : ad naturalem & ueram sententiam
uocati dei equalitatem christum sibi rapere querebantur . Nam
quod ex aliquo naturaliter est : equale illi naturaliter compro
batur . Huius sententie cum iudei essent : quis unq̄ illos redar
guit ? aut quis ipsis dicere ausus est non esse saluatorem equa
lem deo ? q̄uis proprius sibi pater deus est . Sed ne ipse saluator
hanc illorum increpauit opinionem : cum soleret etiam occul
tas cordis eorum cogitationes quando improbe erat rep̄hēdere .

immo contra equalem se ipsi deo patri comprobat dicens deinceps: Quecumque .n. pater facit: hec & filius similiter facit. Suum ergo naturaliter patrem deum esse omnibus manifestat: & se patri equalem ac consubstantialem ostendit. Quomodo igitur creatura erit? Sicut .n. pater suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. Quid ad hec saluatoris uerba heretici dicent: si eos interrogabimus: quomodo pater mortuos uiuificat. Utrum tamquam particeps uite: an sicut ipse uita secundum naturam ac essentialiter. Hoc ultimum scio dabunt: & cum ipse pater uita sit: uiuificare mortuos dicent participationis gratia. Quoniam igitur etiam filius non aliter uiuificat mortuos quam pater: uita etiam naturaliter ac essentialiter erit. Cum ergo idem sit quod pater uita .n. uterque est. Quomodo filius erit creatura: si pater non est creatura? Deus igitur uerus de deo uero & uita de uita filius est. Nullum .n. pater iudicat: sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorent filium sicut honorant patrem. Deus secundum naturam pater etiam ab istis conceditur. filius autem creatura esse dicitur: & non uere deus secundum istos. Quomodo igitur equaliter poterit ab istis & ita sicut pater honorari: si pater sicut deus uerus honoratur: & filius non ita ab istis? Aut quomodo ipse pater eum honorem iubet filio suo dari qui sibi datur? Nonne ipse dixit per moysen. Dominum deum tuum adorabis. & ipsi soli seruies? nisi forte credant ab ipso deo patre nobis iuberi ut creaturam colamus: quod dictu impium est. Quare cum pater iubeat ut non aliter colamus filium suum quam se ipsum: non erit filius creatura nec ad extra ex nihilo productus sed ex ipso patre natus. Sicut .n. pater uitam habet in se ipso: sic dedit & filio uitam habere in se ipso. pater non per participationem sed essentialiter uita est. sed filius sic habet uitam ut pater. Non habet ergo per participationem:

sed ipse essentialiter uita est. Nec conturbetur aliquis: cum audiat uitam filio esse datam a patre. Simile .n. est quemadmodum si calor qui profluit ex igni diceret sicut ignis calidus est: sic etiam mihi dedit ut calidus sim. Nulla enim participatio est: quis calor id ipsum quod est ab igne accepisse dicatur. Sed nec diuisio aut separatio aliqua intelligitur sed propter unitatem que est in emittente & in emisso consubstantiali recte dicitur quicquid habet emissum ab emittente accepisse. Quomodo igitur filius qui sic incommutabiliter uitam habet: sicut pater creatura erit? Si ergo testimonium perhibeo de me: testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quod uerum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad iohannem: & ipse testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non accipio testimonium ab homine. perhibuit certe testimonium baptista: cum dixerit de saluatore: Ecce agnus dei qui tollit peccatum mundi. Verum quoniam saluator dicit non accipere se testimonium ab homine: sed alium esse qui de se ipso testimonium perhibet. quis est iste alius iohanne immo simpliciter homine maior? patet de patre ipsum dicere: pater .n. dixit ad iohannem: In quem uideris spiritum descendentem & manentem in ipso: hic est qui baptizat in spiritu sancto. spiritu autem descendente in ihesu uox patris audita est dicentis: hic est filius meus dilectus. Cum igitur ipse deus pater filium suum christum appellet: idque testimonium uerum sit: quia ab ipsa ueritate de ueritate dicitur: nonne manifeste impietatis crimine isti se ipsos damnant qui filium dei creaturam audent predicare. Ego inquit habeo testimonium iohannis testimonio maius. opera .n. que dedit mihi pater ut faciam ipsa opera que ego facio: testimonium perhibent de me. quia pater me misit. parum posse iohannis testimonium christus

dicit: non quia iohannes non uere testimonium perhibuerit. Venit .n. in testimonium missus a deo: ut testimonium perhiberet de lumine. Sed quia iam apud iudeos testimonium eius quis uiri magni & omnis uirtutis genere integerrimi parui pendebatur. Operum magnitudine atq; miraculo demo͞strari recte saluator ait. quia ex patre ipso exiuit ac uenit. Non .n. potestate propria ut deus tot tantaq; preter naturam fecisset: nisi uere filius dei esset. Cum igitur omnia que pater potest facere filius quoq; facere possit: nonne ut impii fugiendi su͞t omnes: qui non deum sed creaturam dicere ipsum audent?

Ego ueni in nomine patris nostri: & non suscepistis me. Si alius uenerit in nomine proprio illum accipietis. Quomodo filius uenit in nomine patris? uidelicet ut deus: ut dominus: ut uita: ut omnipotens: ut lumen: ut ille qui potest mortuos uiuificare. Hec .n. omnia pater est. Quare si hec omnia filius quoq; non est: non uenit in nomine patris. Venit autem in nomine patris. quia omnia que pater est ipse quoq; est. Vno solo excepto quod pater non est. Quomodo igitur creatura erit? [S]icut misit me uiuens pater: & ego uiuo propter patrem. & qui manducat me: uiuet propter me. Missum se filius dicet a patre aut secundum incarnationis modum: quia se ipsum exinaniuit formam serui accipiens & factus est obediens usq; ad mortem. Aut quia sicut ex sole lux emittitur uel ex igni calor: sic inseparabiliter ex patre emanat. Viuere autem propter patrem dicit: non quia particeps uite sicut nos sit: sed quia omnia paterne substantie propria naturaliter in ipsum sicut in filium transeunt. Proprium autem patris est uiuere: uel ut apertius dicam ipse essentialiter uita est. Hoc igitur & filius est propter patrem. quoniam ex eo nascitur. Non .n. potest ex uiuo patre non uiuus filius nasci: nec ex increato creatus. [R]espondit ihesus: Nec me cognouistis nec patrem meum. Hinc etiam animaduerte ueram patris imaginem filium esse. Nam si

a cognitione ipsius filii cognitio patris habetur: quomodo nō erit necessarium eandem naturam hoc est essentiam patris & filii esse? Si ergo nulla differentia est inter patrem & filium nisi sola personalis: quia hic pater est. ille filius: quomodo filius erit creatus: cum pater increatus sit? presertim cum relatiua nomina alterum ad alterum dicantur: & uno dicto alterum statim intelligatur. Nam qui patrem dixit filium illico intellexit: & qui filium appellauit: ad patrem confestiꝫ retulit. Si ergo creatura filius est: non poterit ad patrem uere referri sed ad creatorem. & ita non poterit aliquis a cognitione filii cognitionem patris habere: sed qui nouit filium nouit & patrem. Vere igitur filius est & consubstantialis patri. Iure igitur audire isti simul cum iudeis possunt. Si me cognosceretis: patrem quoq; cognosceretis: Responderunt iudei. Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem deum habemus. dixit eis ihesus. Si deus pater uester esset: diligeretis utiq; me. ego .n. ex deo exiui: & ueni. Non .n. ueni a me ipso: sed ille me misit. qui filium dei non dilexerunt: quomodo possunt dici deum patrem ex quo filius est dilexisse: & qui fructum non honorarunt: quomodo arborem honorasse uidebuntur? Si autem patris dei fructus ipse filiꝰ est: hoc .n. significat qđ ex patre exiui & ueni: quomodo erit creatura aut quomodo ex ipso deo patre non deus nasci naturaliter poterit? cum nec creatura quidem nulla hoc patiatur? homo .n. ex homine & bos ex boue nascitur. Deuꝫ igitur uerum de deo uero nasci necesse est. Aliter uerior in creaturis generatio q̃ in deo inueniretur. quod absurduꝫ est.

Missum autem se filius a patre dicit non mutatione locorum. Non est .n. deus in loco: sed sicut calorem ex igni aut illuminationem ex lumine pater meus qui dedit mihi omnibus maior est: & nullus potest rapere de manu patris mei. ego & pater unum sumus. Maior omnibus pater est: non ut corpus

corporibus sed ut creator creaturis. Sic .n. omnia excedit & super omnia est. Sed ipse pater qui super omnia est unum est cum filio. quare ipse quoq; filius similiter ut pater maior omnibus & super omnia est. Non est igitur creatura: sed unum & idem essentialiter cum patre. Multa & bona opera ostendi uobis ex patre meo propter quod igitur ipsorum lapidatis me? Responderunt iudei. De bono opere non lapidamus te sed de blasfemia. quia tu cum homo sis: facis te ipsum deum. Cum saluator noster diceret. Ego & pater unum sumus: non intelligentes iudei a quo id diceretur & in carnem solummodo aspicientes impietatis crimine accusabant: & lapidare conabantur. id .n. solum recte intellexerunt quod opinarentur deum se ipsum facere illum qui dicebat: Ego & pater unum sumus. Meliores igitur iudei arrianis uidentur. quippe qui quoniam christus dixit: Ego & pater unum sumus: hoc admisso uiderunt necesse esse christum deum uerum & equalem patri concedere. quomodo .n. unum potest esse cum deo uero si creatura est? Secundum ergo naturam deus uerus est & unum cum patre. espondit ihesus: Nonne scriptum est in lege uestra: ego dixi dii estis. Si illos dixit deus ad quos uerbum dei factum est: & non potest solui scriptura quem pater sanctificauit & misit in mundum uos dicitis quia blasfemas: quia dixi filius dei sum? Animaduerte quomodo se ipsum aperte distinguit ab his qui per gratiam dii sunt: ut ostendat non gratia se ut illos sed natura deum esse. Quomodo igitur natura deus erit creatura? Si opera patris mei non facio inquit: nolite credere mihi. Si autem facio: si mihi non creditis: operibus credite: ut cognoscatis & credatis quia in me pater est & ego in patre. que natura hoc est essentia disseparantur. Diuersas habent operationes quorum autem eadem simpliciter operatio est: eorum substantia etiam eadem est. Id saluator ostendens dixit Si non creditis in me quia hominem esse uidetis: operum

tamen inaudita potestas & magnitudo facile potest impellere ut credatis quia deus uerus de deo uero sum. Nam qui deo patri equalis in operibus est: quomodo erit aliud ab eo secundum substantiam: immo uero quomodo non erit unum & idem in omnibus ita ut & ipse in patre sit: & patrem in se ipso habeat. Ego sum resurrectio & uita. Si pater resurrectio & uita est: & idcirco ut deus uerus colitur: cur filium similiter quoque heretici non colunt: cum ipse quoque resurrectio & uita sit? Cum autem uita sit: quomodo erit creatura? Omnis enim creatura particeps uite non uita est. Solus autem deus uerus ipse uita est. Quare pater & filius & spiritus sanctus ipsa uita essentialiter est. Qui credit in me: non credit in me sed in eum qui misit me. Si ita unum cum patre filius est: ut qui credit in filium & in patrem credat: quomodo non erit stultum dicere filium esse creaturam? nisi fortasse quis diceret ipsum quoque patrem creaturam esse. Verum quoniam pater increatus ab omnibus est: sicut creditur: erit filius quoque increatus. Sic enim solummodo uere filius erit: & pater in ipso conspicietur. Omnia inquit que pater habet mea sunt. Si omnia que patris sunt: filii quoque sunt: est autem precipuum essentie patris: ut increate substantie sit: erit ergo etiam filius similiter increatus. & ita in principio cum patre & in patre uerbum eius & filius eius est secundum ineffabilem & incomprehensibilem generationis modum. Exiui ex patre & ueni in mundum. & rursum: Dimitto mundum & uado ad patrem. Dicunt ipsi discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris. & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia nosti omnia: nec opus est tibi: ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. maximum est sanctorum apostolorum testimonium & quasi quoddam sigillum fidei. Credere enim iam dicunt quia a deo exiuit: hoc est ex ipso patre natus eternaliter est: ut uere filius est. hoc enim non aliud certe significat quam

ex deo exiuit. Sed ad aduerte queso unde & quibus argumetis
in hanc firmam & ueram fidem deducti apostoli sunt. Nunc
inquiunt scimus omnia te scire: nec esse tibi opus ut ab aliquo
interrogeris. In hoc credimus qd a deo exiuisti: quia omnia
christum corda etiam ipsorum scire uiderunt. ideo filium
dei uerum esse crediderunt. Deo .n. uero solummodo reruz
omnium scientia conceditur: nec minus cogitationum no
strarum. Quomodo ergo creatura erit qui omnia non ali
ter q̄ pater scit? Hec autem est uita eterna: ut cognoscant
te solum uerum deum & quem misisti ihesum christum. So
lus est uerus deus pater. quia dii gentium omnes falsi erat:
sed cum patre simul etiam filius deus uerus est & spiritus sā
ctus similiter. quia pater & filius & spiritus sanctus unum
sunt. Manifestaui nomen tuum hominibus. quod nomen
patris manifestum saluator hominibus fecit? an quia deum
esse predicauit? Sed prophete quoq. omnes dominum om
nium deum appellant. & significatio huius nominis etiam
ante incarnationem uerbi dilucida erat. An creatorem
esse ipsum patrem christus docuit? Sed beatus moyses gene
sim scribens ita statim incepit: In principio fecit deus celuz
& terram. Quod igitur nomen a saluatore declaratum est?
non aliud certe q̄ nomen patris. Nemo .n. ante incarnatio
nem uerbi aperte declarauerat qd deus haberet filium ex
se ipso natum. per euangelicam autem doctrinam in filiuz
dei credidimus. & ita patrem quoq; ipsum uere patrem esse
cognouimus a naturali pulchritudine filii ad pulchritudi
nem genitoris sui deducti. Si ergo filius creatura esset: nō
cognosceretur per ipsum deus esse pater uere sed creator. fi
lius .n. sic ad patrem dicitur: ut creatura ad creatorem. q̄a
re si re ipsa & uere deus pater cognitus est: errant uehemen
ter qui filium dei ex ipso deo uere natum non confitentur.
Aliter .n. non erit uerum qd nomen patris hominib; christ⁹

manifestauit

manifestauit. Noli me tangere saluator ad mariam post re-
surrectionem dixit. Nondum .n. ascendi ad patrem meum.
uade autem ad fratres meos & dic eis: qd ascendo ad patrem
meum & patrem uestrum & deum meum & deum uestrum.
Hinc etiam siquis aduertat: non creatura sed uere filius dei chri
stus esse ostenditur. Nam cum uere homo propter nos factus
sit sicut propria nature nostre sibi uere assumit: sic sua nobis
attribuit: & ad honorem diuinitatis sue hominem exaltat.
homines .n. nos sumus secundum naturam. ipse uero deus se
cundum naturam. Sed factus est homo ex misericordia. Ser
ui nos dei sumus secundum naturam. ipse dominus qdem
secundum naturam: quia deus. sed seruus factus est: qa ue
re homo. Contra etiam deus ipse secundum naturam est: dii
& nos per gratiam eius facti sumus. filius ipse deus est secundu3
naturam. nos per adoptionem ad fraternitatem eius uocati.
Si ergo nos per gratiam dii & filii dei sumus: erit uerbum dei
cuius gratia dii & filii dei facti sumus: re ipsa uere filius dei.
Non .n. potuisset si per gratiam ipse quoq; deus esset ad simi
lem gratiam nos exaltare. Non .n. potest creatura quod a
se non habet sed accepit a deo alius propria potestate dona-
re. Non est ergo creatura filius dei: sed uerus deus. Pax uo
bis saluator ad discipulos ait: Sicut misit me pater: & ego mi
tto uos. Cumq; id dixisset: sufflauit & dixit ipsis: Accipite
spiritum sanctum. creatus secundum naturam spiritus san
ctus a psalmista etiam predicatur. Emittes .n. inquit ad deu3
patrem spiritum tuum: & creabuntur: & renouabis faciem
terre. Quoniam igitur spiritus sanctus & creat & renouat;
omnia sicut substantialiter uerus deus: quomodo erit crea
tura filius qui creatoris spiritus est largitor. Cum discipu
li thome condiscipulo dicerent surrexisse saluatorem e mor
tuis: seq; ipsum uidisse: subditans thomas respondit: Si non
inmittam manus meas in loco clauorum: non credam. Cu3

dominus deinde rursum apparuisset: & manus atq; latus tho-
me ostenderet: ad firmam reuocatus fidem ille magna uoce
respondit. Dominus meus & deus meus. quo dicto & tunc lau
datus fuit: & nunc a nobis in admiratione habetur. quia salua
torem uere & dominum & deum appellauit. Nec minus bea
ti ab ipso christo dicuntur qui quamuis ipsum non uiderint do
minum tamen & deum ut thomas confitentur. Quomodo
ergo erit creatura si deus & dominus est? Cum iste appellatio-
nes uere ac secundum naturam increate solum nature uere
congruant. Quod si creatura esset filius ut isti mentiuntur: non
erraret aliquis profecto ceteras quoq; creaturas ut uerbi cau-
sa angelos dominos & deos uocaret. Errat autem & impius
existimatur quicunq; recentem hoc est creatum deum &
dominum sibi facit. Non est igitur filius dei creatura sed
patri coeternus. Multa etiam alia signa fecit ihesus coram
discipulis suis que non sunt scripta in libro hoc. hec autem
scribuntur ut credatis quia ihesus est christus filius dei. Non
considerant profecto heretici que differentia sit inter crea-
turam & filium. Creatura enim non est ex ipsa creatoris sub-
stantia sed ad extra producta. Quod uero ex aliquo nascitur.
ex ipsa natura eius est. hoc ipsum a similitudine creaturarum
ad deum commode reducere debemus: & sic a nostris diuina
recte intelligemus. Cuius igitur gratia si creatura esset filius
dei: multa dicit euangelista facta signa per christum: ut
credamus quia ipse est filius dei? An quia difficile esset crede-
re ipsum esse creaturam? profecto non. Scripta enim esse signa
inquit que ihesus fecit: ut credatis christum esse filium dei:
deum uidelicet de deo uero. Ad hunc enim intellectum signa
illa & miracula summa cum potestate nos impellunt.

Liber xiii. Quod spiritus sanctus deus uerus est. cap. primum. Quod ex substantia
patris & filii emanat: & quod per filium creaturis donatur.
obiectio hereticorum.



I quoniam spiritus ex deo a scripturis dicitur: idcirco consubstantialis patri est: erunt omnia consubstantialia patri. Omnia .n. ex deo esse scribuntur. & ita innumerabilis multitudo deorum introducetur. quod non solum impium uerumetiam stultum est. Opus est ut qui uolunt recte scripturas intelligere: parati ad fidem sint. Nisi .n. credideritis: non intelligetis quidam ait propheta. Verum quoniam multi impudenter hec nobis obiciunt: necesse est ut pro uirili parte conemur in ueritatem eos reducere: aut saltem a recte credentibus huiusmodi tela ipsorum repellere. Dicimus igitur quod non similiter spiritus sanctus & cetera omnia dicuntur ex deo esse. Nam spiritus quidem sanctus in ipso deo essentialiter est: & inseparabiliter ex eo prodit. Creature uero ex deo patre per filium in spiritu sancto ad extra producta sunt. Quod si qua ex deo patre omnia dicuntur: & spiritus sanctus ipse similiter contendant non esse differentiam inter creaturas & spiritum sanctum. Dicant nobis queso quare nulla creaturarum scit ea que dei sunt: & quare nulla inuestigat profunda dei? Cur etiam per nullam creaturam secreta sua deus pater reuelat: sed solummodo per spiritum sanctum? quoniam igitur per spiritum creatoris reuelatio fit: ipse uero spiritus profunda quoque dei nouit: patet quia non est ad extra productus ut creature: sed in ipso deo & ex ipso inseparabiliter est: & ita deus uerus una cum patre & filio est & non creatura. Hec autem ita se habere paulus testatur dicens: Non autem spiritum dei accepimus: ut sciamus que a deo donata sunt nobis. & rursus. Quis .n. hominum nouit que hominis sunt nisi spiritus hominis qui est in ipso? sic & que dei sunt nullus nouit nisi spiritus dei qui est in ipso. & alibi. Nobis .n. reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus .n. omnia inuestigat etiam profunda dei. Aduerte quod spiritus hominis

non per reuelationem scit que in homine sunt. sed proprie atq; naturaliter occulta cordis cognoscit. sed spiritus sanctus similiter scit que sunt in deo patre secundum paulum. Sicut ergo spiritus humanus non est alienus a natura hominis: sic & spiritus dei patris eiusdem substantie cum ipso deo patre est. Vos autem ipse paulus ait non estis in carne sed in spiritu. Siqdem dei spiritus habitat in nobis. Siquis autem spiritum christi non habet: hic non est eius. Si autem christus in nobis corpus qdem mortuum propter peccatum: spiritus autem uita per iustitiam: disce rursum a paulo rectas de spiritu sancto sententias. hinc .n. habes ex saluatoris substantia spiritum sanctum esse. Nec alienum ab unius deitatis essentia. Nam cum spiritum dei uocauerit: statim & christi spiritum appellauit: ut ostenderet omnia que patris sunt in filium suum dum ex eo nascitur naturaliter ptransire. Sed spiritum sanctum christum etiam uocat dicens. Si autem christus in uobis: ut ostenderet non esse alienum de substantia uerbi sed ita unum cum uerbo: ut quis in propria hipostasi sit: in ipso tamen uerbo sit & uerbum in ipso. Ex deo patre igitur spiritum sanctum esse confitemur. Sed heretici cetera quoq; omnia ex deo patre similiter esse aiunt: & paulum dicentem nobis incutiunt: unus deus pater ex quo omnia: & sic nō ex substantia patris sed extra productum spiritum sicuti creaturas contendunt. quoniam ex deo ipse quoq; dicitur esse. Neq; animaduertunt qđ spiritus sanctus in deo & ex deo inseparabiliter est. Creature uero ad extra per uoluntatem dei producte. quod ita esse patet. quia cum spiritus sanctus in nobis habitet: ipse christus qui est deus uerus in nobis habitat. Non autem ita fit. si creatura in nobis habitat. Non .n. si angelus uẽbi grã uel archangelus in nobis habitaret: deus quoq; statim diceret habitare. Cum igitur tanta differentia inter spiritum & creaturam sit: patet spiritum non esse creaturam: quia naturalitẽ

in ipso creatore est: & ita eiusdem essentie cum patre & filio necessario inuenitur. Idem paulus qui inquit spiritu dei ducuntur: filii dei sunt. Non .n. accepistis spiritum seruitutis in timore: sed accepistis spiritum adoptionis: in quo clamamus abba pater. Si ergo spiritus sanctus filios dei facit eos in quibus habitat & participes dei ostendit: eosq; deo ipsi coniungit: adeo ut possint clamare abba pater: non erit certe seruus nec creatura sed essentialiter uerus deus ex ipso deo patre per filium creaturis donatus. & ideo deos & filios dei per adoptionem facit eos in quibus habitat. Ipse inquit spiritus contestatur spiritui nostro quia sumus filii dei. Nam quia ex substantia filii est: ideo christus largitur ipsum sanctis hominibus. Verbum igitur dei per spiritum sanctum in nobis habitat: & sic adoptamur in filios dei ipsum filium in nobis habentes: ad quem spiritus sancti participatione reformamur: & ad filiorum conditionem per gratiam suscepti audemus dicere abba pater. Non igitur & essentialiter spiritus sanctus deus est: quoniam qui ipsum suscipiunt: dii per gratiam efficiuntur. Sicut .n. induimus rursum paulus ait imaginem terrestris induamus & imaginem celestis. Terrestrem hominem appellat primum omnium hominum cuius imaginem induimus in similitudine preuaricationis eius ad mortem atq; corruptionem impulsi. Celestem autem uocat dominum nostrum ihesum christum: cuius imaginem hoc est uiuificantem spiritum si acceperimus ad ipsum uerbum dei uiuum reformamur: & ad incorruptionem reducimur in eternam uitam renouati. Spiritus .n. est qui uiuificat: ut saluator ait. Quemadmodum igitur quoniam filius imago patris est: si quis filium susceperit: patrem etiam habet. Sic quoniam spiritus sanctus imago filii est: si quis eum susceperit filium quoq; habet. Ita si quis spiritum sanctum acceperit in filium & patrem similiter accipit. Quomodo igitur spiritus sanctus cum sit incommutabilis: imago filii dei iter̄

creaturas connumerabitur? Non .n. puto aliquem ita insanire ut audeat dicere posse creaturam aliquam incommutabilem creatoris imaginem esse & ueram atque perfectam. Ita scilicet ut omnia in se ipsa sint que in eo sunt cuius imago est. Deus igitur uerus spiritus sanctus est: quoniam filii dei qui est uerus deus imago perfectissima est. Scriptum est rursus prophete duo uel tres loquantur: & deinceps si autem omnis prophetat intrauerit autem infidelis aliquis uel idiota & redarguitur ab omnibus & occulta cordis eius manifesta fiunt: & sic cadens in facie adorabit deum annuntians quia uere deus in uobis est. Quoniam igitur qui spiritum sanctum acceperunt sicut deum habentes in se ipsis prophetant: & ideo admiratione habentur. Quomodo erit creatura spiritus sanctus? aut quomodo non erit uerus deus a patre per filium ad idoneos procedens sicut & calor ex igni ad reliqua corpora? Qui .n. loquitur linguis inquit non hominibus loquitur sed deo. Nemo .n. audit: spiritu autem loquitur mysteria. Ecce aperte paulus dicit deo ipsum loqui: qui linguis loquitur. deinde non minus aperte deum esse spiritum sanctum ostendit dicens: Spiritu autem loquitur mysteria. Quomodo igitur non erunt impietatis rei qui inter creaturas audent sanctum spiritum collocare. Ad corinthios scribens paulus ait: Nos .n. templa sumus dei uiui sicut dixit deus habitabo in ipsis & inambulabo: & erunt mihi in populum: & ego ero ipsis in deum: & paulo post: Nolite contristari spiritum sanctum dei qui habitat in uobis. & rursus: Siquis templum dei corrumpit: corrumpit hunc deus. Templum .n. dei sanctum est: qui estis uos. Si ergo sancto spiritu accepto domus & templum dei efficimur & deum habemus in nobis habitantem & ambulantem: quomodo spiritus sanctus non erit uerus deus? aut quomodo erit creatura ut contendere audent qui scripture obtemperare non solent. Idem paulus seruum se ipsum christi & uocatum apostolum dicens de

stinatum se in euangelium dei ait. Id ipsum etiam aliter significans scribit ad quosdam de deo qui sufficientes nos inquit ministros noui fecit testamenti non littere sed spiritus. Si ergo testamentum spiritus ipsum euangelium dei ad quod destinatus fuit appellat: quomodo spiritus sanctus non erit deus. Idem paulus rursum scribit. Si autem spiritus eius qui ihesum christum suscitauit a mortuis habitat in uobis: ipse qui suscitauit ihesum christum a mortuis uiuificabit etiam mortalia corpora uestra per spiritum suum qui habitat in uobis. Si creatura spiritus sanctus est secundum hereticorum furorem: quomodo totam operationem dei habet? Non enim puto posse aliquos adeo insanire: ut audeant dicere deum uerum organis atque instrumentis aliquibus operationes suas ad extra emittere. Quoniam igitur uita secundum naturam filius est et spiritus etiam sanctus quem ipse largitur uiuificat: necesse est omnino confiteri spiritum sanctum ex substantia patris et filii esse: totamque ipsius uirtutem atque operationem habere. ueluti si ex aqua uapor ascendat et eos frigefaciat ad quos peruenit. non enim aliam naturam quam ipsius aque ostendit. Quod spiritus sanctus deus est et eandem operationem cum filio habens nec est alienus a substantia filii et quod quando dicitur deus habitare in nobis: ipse spiritus est qui habitat. paulus ad thimoteum.

Bonum depositum serua per spiritum sanctum qui habitat in nobis. At ad romanos. Non audeo loqui aliquid eorum que fecit christus per me in obedientiam gentium: uerbo et opere et uirtute signorum et prodigiorum in uirtute spiritus dei. et rursus. Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum ihesum christum et per caritatem spiritus sancti ut adiuuetis me in orationibus uestris. Ad corinthios An ignoratis quia membra uestra templum spiritus sancti sunt qui in uobis est. quem habetis a deo? et rursum: Qui adheret domino unus spiritus est. Ecce aperte hic spiritum sanctum dominum esse ait: quod dilucidius facit docens de iudeis. Usque

ad hodiernam diem uelamen in lectione ueteris testamenti manet.
Nonne legitur moyses uelamen super corda ipsorum iacet. quãdo
autem conuertuntur ad dominum: aufertur uelamen. Dominus
uero spiritus est. Ubi autem spiritus domini: ibi autem libertas.
& rursus. Nos autem omnes discoperta facie gloriam domini
intuentes in eandem imaginem reformamur a gloria in gloriaȝ
sicut a domino spiritu. Quoniam igitur unus est dominus ihe
sus christus ut ipse paulus ait. Et quoniam spiritum sanctum
dominum similiter appellat: nullam certe differentiam essen
tialem filii & spiritus nouit. & ideo spiritum sanctum dominuȝ
similiter appellat sicut ex ipso filio & in ipso naturaliter existen
tem. Idem paulus scribit: quis cognouit mentem domini. De
inde ait: Nos autem mentem christi habemus: & intelligit spi
ritum sanctum qui habitat in nobis. Si ergo mens christi uoca
tur: quomodo erit creatura: cum nullo modo possibile sit ut
deitatis natura que simplicissima est habeat aliud in essentia
sua nisi eternum atq; increatum. In hoc inquit euangelista io
hannes cognoscimus quia in nobis est deus ex spiritu quem de
dit nobis. & rursum. In hoc cognoscimus quia in ipso manemus:
& ipse in nobis. quia de spiritu suo dedit nobis. Si ergo spiritu sa
cto inhabitante in nobis deus est qui inhabitat: quomodo spiri
tus non erit deus? Cum omnia propria que dei sunt habeat?
& a deo patre per filium creaturis prebeatur? Christus etiam ad
iudeos ait. Si autem in digito dei ego eicio demonia: uenit
ergo in uos regnum dei digitum hic dei spiritum sanctum no
minat. Modo n. quodam ex substantia dei emanat: & naturali
ter inde dependet sicut ex humana manu digitus. Brachium
n. & dextram dei filium dei scripture uocant. Seruauit n.
inquit dextera eius & brachium sanctum eius. & rursus: Domi
ne sublime est brachium tuum & nescierunt. quemadmoduȝ
igitur brachium toti corpori naturaliter captatur omniaq; fa
cit que menti uidentur iniungere quoq; solet digito: sic filium

quidem dei ex ipso & in ipso patre naturaliter esse intelligimus.
In filio autem naturaliter ac essentialiter spiritum sanctum ex pa
tre naturaliter peruenire credimus: per quem filius omnia immũ
gens sanctificat. Non est igitur aliud spiritus a deitatis essentia:
sed ex ipsa & in ipsa naturaliter sicut & digitus in manu & manꝰ
in corpore. Eiusdem .n. substantie digitus cum manu & manꝰ
cum corpore est. Hec cum ita se habeant: deus certe uerus & nõ
creatura spiritus sanctus est. quo ibo a spiritu tuo psalmista ca
nit: & a facie tua quo fugiam? Si ascendero in celum: tu ibi
es. Si ad infernum descendero ades. Si suscipiam alas meas in ma
ne & habitauero in extremis maris: & enim manus tua deducet
me: & detinebit me dextera tua. Spiritum sanctum tũ faciem
patris appellat. quoniam ostendit ipsam essentiam dei unde est.
tum manum propter uirtutem omnipotentem que ipsi inest.
Quomodo igitur non erit deus uerus & consubstantialis patri
spiritus qui ex ipso & in ipso est non separatus ab eo quemad
modum & manus non est separata a corpore humano. Qđ aũt
spiritus sanctus sit ab apice quoq; apostolorum petro cui haec
mysteria ut saluator ait: non caro & sanguis sed ipse pater celestis
reuelauit discere possumus. Dicit .n. ad ananiam: Anima cur sa
thanas impleuit cor tuum: & ementitus es spiritum sanctum:
tibiq; attribuisti a pretio loci. & addit: non ementitus es homi
nibus sed deo. Si ergo spiritui sancto mentitus deo mentitur:
deus certe spiritus est & non creatura. Paulus ad galathas filioli
quos rursus parturio quoadusq; formetur christus in uobis per
operationem. formatur autem christus in nobis per operationẽ
spiritus sancti renouatis nobis in similitudinem suam & spiritua
libus effectis. Deus igitur est spiritus sanctus christi quo in no
bis ipse christus formatur. Deus ipsius aduentus saluatoris bo
na nobis pronuntians de gregibus suis dicit: Suscitabo ipsis pa
stores secundum cor meum: & pascent gregis cum scientia pau
lus uero ephesinis presbiteris scribens dicit: Attendite uobis ipsis

& omni gregi in qua uos spiritus sanctus posuit episcopos. Adu͞e
te qđ deus pollicitus est hoc facere quod cum potestate spirit᷒
sanctus facit: pastores suscitans ut predictum est a prophetis.
Non est ergo alienus a deitatis essentia spiritus sanctus: sed quasi
operatio naturalis ac essentialis in propria tamen hipostasi ex
ipso prodiens deo & in ipso manens omnia que dei sunt opera
tur. Christus ad suum patrem de nobis dicit: sanctifica ipsos
in ueritate tua. & ipse deus rursum per ezechielem prophetam:
Et ero ipsis deus: & ipsi mihi erunt populus: & cognoscent gētes
quia ego sum dominus qui sanctifico ipsas. Vides qđ deus est qui
sanctificat permanentes in caritate sua. Spiritus autem sanctus
sanctificat. Deus igitur est & non creatura. hominem a dei u͞e
bo assumptum esse uniuersa scriptura clamitat. Nec isti nega
re audent. De ipso igitur christo scriptum est quia ducebatur
spiritu in heremo: & ducebatur ihesus in uirtute spiritus in
galileam. Dicant ergo nobis qui spiritum inter creaturas collo
cant: quomodo filius dei qui est sapientia & uirtus patris ipsi᷒
spiritus sancti uirtute modo in galileam ducebatur: modo in
heremo diabolum uincebat. An ita imbecillem dicent filium
dei fuisse: ut creati spiritus secundum ipsos auxilio indigeret:
& quomodo dominus uirtutum creature adminiculo quasi
necessario uteretur: quoniam igitur id dictu stultissimum est:
necesse est deum esse spiritum sanctum qui naturaliter ex pa
tre in filio est: & totam ipsius habet operationem. Verbum
autem per spiritum sanctum uincit. Vtitur .n. ipso ut propria
uirtute est ergo in eo essentialiter: quo & diabolum in heremo
uicit: & in galilea signa effecit. Omnia ex patre per filium in
spiritu sancto facta sunt. Deus ex parte cuiusdam prophete. Nō
ne ego celum & terram impleo dicit dominus: Implet autem
quia ubiq; per spiritum suum est quod psalmista ostendit dicēs:
quo ibo a spiritu tuo: Si ascendero in celum: tu ibi es. Si ergo
deus omnia replet: idq; per spiritum sanctum: deus certe spiri

tus sanctus est & non creatura. In deo uero paulus ait uiuimus & mouemur & sumus. Dominus autem ihesus christus has operationes a deo nobis datas a spiritu sancto datas asserit dicens: Spiritus est qui uiuificat. Si ergo deus est in quo uiuimus & mouemur secundum paulum: uiuimus autem in spiritu secundum saluatorem: non erit creatura spiritus sanctus sed deus uerus. Ego ait saluator & pater ueniemus: & mansionem apud eum faciemus. Sed nemo dubitat patrem & filium in sanctis uiris per spiritum suum habitare. Quoniam ergo patris & filii simul presentiam spiritus sanctus cum in hominibus habitet facit. perspicuum est non esse alienum a deitatis essentia sed ex ipsa naturaliter emissum totam patris & filii habere operationem. Quod autem spiritus sanctus a patre per filium ad sanctos uiros mittitur: ipse saluator ostendit dicens: Quando autem ueniet paraclitus quem ego mittam a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. & rursum: Paraclitus autem spiritus sanctus quem pater mittet in nomine meo: ille docebit uos omnia: & suggeret uobis omnia que dixi uobis. Paulus se ipsum in principiis epistolarum apostolum ihesu christi uocatum appellat. apostolatum ab ipso ihesu christo accepisse ostendens. In actibus uero apostolorum huiusmodi aliquid scribitur. Ministrantibus autem ipsis domino & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi barnabam & paulum ad opus ad quod uocaui ipsos. Si ergo a spiritu sancto in apostolatum uocatus a ihesu christo uocatus dicitur. manifeste probatur spiritus sanctus non esse alienus a substantia filii: sed esse in ipso filio & ex ipso. Sicut operatio quedam naturalis in propria hipostasi & omnia facere posse que uult sicut & filius.

Quod spiritus sanctus perfectus est. nec quicquam in eo imperfectum est hereticorum obiectio.

Sed quomodo inquiunt non erit stultum ex substantia dei patris spiritum predicare: & deum ipsum putare cũ deus perfectus sit: & nihil habeat imperfectionis: spiritus autem imperfectus: Quippe qui nihil habet ex ipso: sed quicquid habet participatione habeat. quod liquide saluatō in euangeliis dicit. Non .n. inquit loquetur a se ipso: sed loq̄tur que audiet. Certe si spiritus perfectionem haberet. loqueretur etiam a se ipso: nec admonitione alterius semper egeret.

Non iniuria mirabitur aliquis tantam hereticorum uel superbiam uel amentiam: quibus .n. doceri possunt deum esse spiritum sanctum & fructum ut ita dicam diuine essentie. quoniam in ipsa est & ex ipsa inseparabiliter prouenit: & eiusdem substantie cum patre & filio & in propria hipostasi illis ipsis magis turbari uidentur. Sed peccatis ut scribitur propriis oppressi rectam discipulorum christi uiam agere non possũt.

Non .n. hec saluator de spiritu sancto dicit: ut imperfectionẽ eius ostendat: sed ut auditores intelligant non aliud audituros a spiritu sancto q̄ quod ipse uelit. Id autem eiusdem eiusdẽ substantie spiritum & filium probat. Mens .n. filii spiritus est, secundum paulum. Nos autem mentem christi habemus inq̄t.

Non ergo potest spiritus alia loqui q̄ ille cuius mens est. Nihil ergo ex se ipso locuturum dixit: quasi diceret: Ego ipse rursum locuturus sum uobis quemadmodum si humana mens de prodeunte ab ipsa sermone diceret. Nihil loquetur a se ipso: sed loq̄tur que audiet. Non .n. propter hoc sermonem hominis qui pri̇ in mente unde prodit formatur: & ea que mentis sunt accipit: imperfectum aliquis dicit: immo naturalem coniunctionem sermonis omni mente uidebit. quoniam que in mente sunt: ea ipsa in sermone sunt. huiusmodi aliquid de spiritu quoq; scō intelligere oportet. Nam cum mens christi sit omnia que christi sunt discipulis loquitur. Non .n. in propria aut aliena uoluntate a uoluntate eius in quo & ex quo est loquitur: sed ueluti

ex substantia eius naturaliter prodiens totam ipsius uoluntatem operationemque habet. Quod autem ex substantia patris et filii spiritus sanctus sit: beatus quoque moyses ostendit. Formato .n. ex terra homine sufflasse in faciem ipsius deum ait spiritum uite: et factum esse hominem in animam uiuam. Spiritum autem ita per sufflationem homini datum non dicimus animam esse hominis. Cesset .n. immutabilis tamquam ex diuina progressa essentia: sed spiritus sancti participationem anime hominis impositam credimus. Creaturarum .n. perfectio per spiritum est. Hinc ad imaginem dei hominem factum asserimus. quoniam participatione spiritus sancti ad deum formatus fuit. Sed quem spiritus moyses per sufflationem datum homini asserit: hunc christus denuo post resurrectionem in nobis renouans sufflauit discipulis suis dicens: Accipe spiritum sanctum: ut reformati ad pristinam imaginem creatori conformaremur per participationem spiritus sancti. quoniam igitur spiritus sanctus nobis datus conformes nos dei efficit: et quoniam ex patre per filium prodit: patet quia diuine substantie est in ipsa substantialiter et ex ipsa prodiens sicut et spiritus qui ex humano prodit ore quamuis parua et indigna similitudo uideatur: omnia .n. deus excedit. Vtilem paulus doctrinam ecclesiis tradit precipiens singulis quomodo apparere deo debeant. Vir inquit non debet caput uelare. Imago .n. et gloria dei est. Mulierem autem in eodem loco uiri gloriam asserit esse. Querendum igitur utrumque est et primo quomodo uir imago dei et gloria dei sit. Sic igitur appellari uirum putamus: quoniam spiritus sancti particeps factus est: hoc est ipsius diuine nature et ita gloria etiam dei fuit repletus. quia igitur spiritum dei habet in se ipso et participatione ipsius in similitudinem eius formatus est: immo imago et gloria dei uocatur. quod etiam inde apparet: quia et mulier gloria uiri esse dicitur. quoniam ex substantia eius facta est. Cepit .n. deus inquit unam de

costis uiri: & fecit ex ea mulierem. Sicut igitur mulier gloria
uiri dicitur: quia ex parte membrorum uiri facta est: sic &
uir gloria dei dicitur. quoniam particeps dei est per habitan
tem in eo spiritum. Non est igitur creatura spiritus sed de⁹
uerus simul cum patre & filio adoratus. Adiit quidam do-
minum nostrum ihesum christum: & dixit ei magister bo
ne: cui christus respondit: quid me dicis bonum? Nullus bo
nus nisi unus deus. Et christus uere hic unum uere ac essen-
tialiter bonum ait: quod est deus. Psalmista uero Spiritus in-
quit tuus bonus deducet me in terra recta. Si ergo bonus nō
est aliquis preter deum spiritus autem sanctus bonus est. q̄s
ambiget ipsum deum esse uerum qui a scriptura bonus appel
latur? Et paulus Notum inquit facio uobis: quia nemo in-
spiritu dei loquens dicit anathema ihesus. Et nemo potest di
cere dominus ihesus nisi in spiritu sancto. Quare patet nemi
nem scire ihesum dominum esse nisi qui participat spiritu
sancto: & neminem ignorare ihesum non dominum esse nisi
qui non participat spiritu sancto. Sed quomodo qui parti
ceps est spiritus sancti cognoscit q̄d ihesus dominus est? Non
aliter certe q̄ qui mel gustarunt. Isti .n. cum gustarint ex
qualitate propria ipsius nouerunt quia mel dulce est: sic &
spiritus sancti particeps ihesum cognoscit dominum esse. Ex
substantia igitur filii spiritus sanctus est: & quasi ut ita dicā
dei ipsius qualitas ex ipso est. Deus igitur est non creatura.
ratiarum distributionem paulus spiritus sancti operationi
attribuit dicens. Alii per spiritum sermonem sapientie dari:
alii fidem in eodem spiritu: alii operationes uirtutum: alii
prophetiam: alii discretiones spirituum: alii genera lingua
rum: alii interpretationem linguarum: & hec omnia inq̄t
operatur unus & idem spiritus diuidens unicuiq; sicuti uult.
Ita cum sciret spiritum sanctum deum esse in eadem epistola
scribit. Q̄d deus constituit in ecclesia primum apostolos se-

cundo prophetas: tertio magistros: postea uirtutes. Deinde gra
tias curationum opitulationes gubernationes genera lingua
rum. Quis ergo mentis compos potest ambigere deum esse
uerum spiritum sanctum. Ecce enim apertissime paulus gene
ra gratiarum a spiritu sancto diuidi quibus uult ait. Deinde
deum asserit eum qui huiusmodi gratias in ecclesia distribuit.
Quare si auctoritatem pauli suis cauillationibus preferrent
spiritum sanctum sicut deum uerum cum patre atque filio
adorarent: Leges mulieribus distribuens paulus Mulier inquit
quanto tempore uiuit uir eius ligata est. Si autem mortuus
uir fuerit: libera est. nubere cui uelit solum in domino. Bea
tior autem erit: si sic manebit secundum sententiam meam.
Videor autem etiam ego spiritum dei habere. Quid igitur hinc
nobis colligitur? hoc certe soli deo congruit huiusmodi leges
ferre. paulus uero has leges scribit sicut spiritum dei habens.
Deus ergo spiritus sanctus est qui in paulo erat: et leges per ipsum
dictitabat. Ipse paulus alibi Nos inquit uobis spiritualia semi
nauimus. patet autem sicut carnalia carnis sunt: ita spiritua
lia dei esse. Que spiritualia ideo paulus appellauit: quia spiri
tum sanctum deum esse non ignorabat. Saluator in euangeliis
ueritatem se ipsum appellat. Deinde ostendens spiritum san
ctum ex substantia patris et filii esse spiritum inquit ueri
tatis qui a patre procedit. In epistola uero idem iohannes
euangelista Spiritus inquit ipsa ueritas est. Quomodo ergo
spiritus sanctus qui ex patre procedit qui spiritus ueritatis
est: et ita ut sicut filius ueritas est: sic et ipse ueritas sit: crea
tura erit. Impossibile certe id est dictuque stultissimum. De
us igitur spiritus sanctus est et uere ueritas qui ex patre
procedit. Iohannes euangelista uerbum dei lucem ait esse
ueram que illuminat omnem hominem uenientem in hunc
mundum. Paulus uero ipsum spiritum sanctum illumina
re asserit corda nostra ad illuminationem cognitionis glorie

dei in facie christi. Si ergo dei uerbum lux uera est que illu
minat omnem hominem: illuminat autem etiam spiritus sanctus:
necesse est ut unum & idem essentialiter filius & spiritus sint.
Ita enim filius per spiritum sanctum omnem hominem illumi
nat quasi quendam radium nature sue protendens ipsam il
luminationem spiritus sancti. Sanctorum inquiunt ani
mas ungi a deo spiritu sancto dicitis. quare spiritus quasi
unguentum uobis erit. quomodo igitur erit consubstantialis
deo? Nonne uidetis etiam apud nos aliud natura esse quod un
git: aliud quo ungitur. temulentos omni amentia homines
& turpissima fatuitate refertos. In theologia enim sic omnia que
dicuntur de deo accipiunt tamquam si de corporibus dicerent. Di
mittant queso corporum proprietates & que de deo uerbis di
cuntur hominum. nec enim aliter loqui possumus. non aliter
intelligant quam diuinam decet naturam. Nam si nos quoque isto
rum amentiam sequeremur: & carnalia non spiritualia sape
remus: quid prohiberet dicere quoniam deus spiritu sancto
nos ungit: non solum aliud natura esse spiritum sanctum: aliud
deum. Verumetiam compositionem esse in spiritu sancto. quoniam
loco unguenti ipso perungimur. Vnguentum enim a multis atque
uariis compositum est. Ad hec irrationalis creatura unguentum
est. quoniam ergo spiritu sancto perungimur: erit etiam spi
ritus sanctus irrationalis creatura. Sed hec taliaque impia in ca
pita hereticorum conuertantur. Nos autem respondeamus si
non esset consubstantialis spiritus deo qui ipso spiritu perungit
sanctos suos: quomodo spiritu sancto habitante in nobis ipse fi
lius dei qui est patri consubstantialis habitare dicitur. quod sci
ens paulus dicit. Vt det uobis secundum diuitias glorie sue con
fortari uirtute per spiritum suum in interiorem hominem &
habitare christum per fidem in cordibus uestris. Quando ergo
per spiritum sanctum in interiore homine christus habitat: non
potest spiritus sanctus alterius esse nature quam sit ille qui habitat

in sanctis uiris per ipsum. Extreme puniri lex mosayca iussit,
eos qui blasfemia usi sunt. Vnde filius egyptie in heremo lapi
dibus a tota multitudine iussu dei oppressus fuit. Sed non
minus ipse quoque dominus noster ihesus christus eundem na
ture deitatis seruans honorem dimitti peccatum dixit in filio
hominis blasfemantibus. Blasfemantibus autem in spiritum
sanctum nec in hoc seculo dimitti nec in futuro. Sed si crea
tura esset spiritus sanctus & non deus uerus una cum patre
ac filio: quomodo blasfemia in ipsum sic puniretur sicut blas
femia in deum uerum? Ex deo igitur & in deo spiritus sanctus
est: & deus ipse quoque uerus. Aliter enim non ut deus a scripturis
honoraretur. Qui natus est ex spiritu spiritus est saluator ait.
hic autem nec ex sanguinibus nec ex uoluntate uiri aut mu
lieris sed ex deo natus est. Spiritus sanctus ergo deus est secun
dum naturam. quoniam ipse homines regenerat ad unitatem
dei. Nam cum habitet in ipsis nature sue participes facit. qua
re si deos participatione sui per gratiam fideles facit: ex deo
ipse igitur naturaliter erit: cuius largitor est filius. per ipsum
enim renouat creaturas ad se ipsum. Et sicut luminis illuminatio
opus est: sic & spiritus sanctus opus est deos per gratiam refor
mare participes suos. quod facere non posset nisi ipse deus
natura esset. Quod spiritus non participatione dei patris sanctus
est: sed natura: quia essentialiter ex ipso est.

Quod spiritus non participatione dei patris sanctus est sed natura quia essentialiter ex ipso est obiectio.

SAnctificare inquiunt spiritum sanctum etiam ipsi con
fitemur. Sed non quia ipse per se ipsum sanctus sit:
sed quemadmodum uasculum quodpiam ex ferro
uerbi gratia uel auro uel ex quacunque materia uelis cum par
ticipatione ignitum fuerit ignis ipsius opera facit: sic & spiri
tus sanctus cum sanctitate dei participatione refertus fuerit:
creaturas ipse sanctificat. cuius rei saluator ipse testimonium

perhibet dicens de spiritu quia ex meo accipiet. Vndiq; argu-
mentum hoc suum impietate referctum probabitur. Non
.n. intelligere scripturas sed puertere conari uident. Nam
uerba etiam quedam saluatoris ad comprobandam falsita
tem proferunt. Neq; sensum testus exponentes & multa cō
sequentia antecedentiaq; consulto pretereuntes: ut ad sentē
tiam suam euangelii uerba dolose accommodent. Non .n. in
quit loquetur a se ipso: sed quecunq; audiet loquetur. Nam
quoniam carnis dispensatione iam fere absoluta ascensurus
erat ad patrem & paraclitum missurus: nequis suspicaretur
alienam fortassis doctrinam spiritus sancti a sua fore: ut ostē
deret suum esse spiritum sanctum: ac ideo non alia uerba lo
cuturum q̄ ipse uellet: & eandem uoluntatem ac unam suā
& spiritus ostenderet: non loquetur inquit a se ipso: sed que
cunq; audiet loquetur: quia ex meo accipiet. Simile .n. pene
est si mel quoq; de dulcedine sua que qualitas sibi naturalitē
inest diceret. Nihil sui dulcedo mea dabit a se ipsa gustan-
tibus: sed de meo accipiet. Naturaliter .n. substantiarū qua
litas atq; inseparabiliter prodit ex ipsis: ut uerbi gratia: dul
cedo ex melle: calor ex igni: frigiditas ex aqua. Sicut igitur
iste qualitates non dicerentur participare substantias in qb;
sunt sed naturaliter in eis esse & ex eis prodire: sic de spiri
tu quoq; sancto intelligendum est. Preterea quicqd per par
ticipationem sanctitatis receptaculum est: in propria natu
ra constitutum prius intelligitur. Vt uerbi gratia homo an
gelus aut aliqua alia rationalis natura. Dicant ergo nobis isti
qui per participationem dei patris non naturaliter esse spiri
tum sanctum contendunt. quidnam aliud est ipse spiritus
sanctus per se. Sed nihil aliud q̄ sanctum esse a scripturis di
dicimus. Non ergo per participationem neq; per compositio-
nem sanctus est. sed substantia est per se ipsam & naturalitē
sanctificatiua ex deo prodiens sicut dulcedo ex melle aut

sicut ex flore odor. Ad hec quod per participationem alicui
datur: auferri etiam ab eo potest. Sola .n. que naturaliter in-
sunt: inseparabilia sunt. Si ergo quasi accidens spiritui sco
sanctificatio accessit secundum ipsos poterit ipsa sanctitate
spiritus priuari: quod impium omnino est. Non igitur parti-
cipatione sanctitatis sanctus est spiritus sed quia ex deo na-
turaliter est. Accedit qd scriptura spiritum dei sanctum
semper appellat. Vnde ostenditur non accidens aliquod sed
ipsam essentiam spiritus sancti significari. Sanctus .n. spi-
ritus dicitur: quia sanctus essentialiter est. Naturalis .n. &
uiua & subsistens dei operatio est: que creaturas per suam
participationem sanctificando perficit. Postremo omnium
rerum nomina aut substantias ipsas aut operationem uel
ministerium significant: ut si hominem dixeris substan-
tiam: hoc est ipsum hominem significasti. prophetam autem
aut apostolum si appellaueris ministerium homini datum
expressisti. Si ergo spiritus sanctus per participationem
sanctus est: erit sanctitatis nomen ministerii sui non sub-
stantie significatiuum. Quare si non erit secundum essen-
tiam sanctus: necesse est aliud aliquid ipsum spiritum
esse: & sanctificandi proprietatem extrinsecus sibi adiec-
tam a deo. & ita erit imperfectus essentialiter cum dei san
ctificatione indigeat. Quomodo igitur ipse si imperfectus
est: omnes perficit creaturas? aut quomodo si participa
tione sanctus est non solum homines uerum etiam angelos
archangelos potestates dominationes principatus ceterasque
celorum uirtutes ipse sanctificat? Quomodo autem a pa
tre ipse sanctificatione repletur? quia scilicet uirtus &
operatio sanctificans a patre in ipsum transit. Sed qd est
opus o uos qualitates & accidentia in deo fingere? Ipsam
.n. sanctificandi uirtutem que ex patre naturaliter prodit
& ceteras sanctificat atque perficit. Spiritum sanctum appellamus.

Non .n. per medium aliquod creature perficiuntur aut sanctificantur. Sed ipse deus pro misericordia sua ad minima usq; p uenit & perficit atq; sanctificat omnia per spiritum sanctu3 proprium. Omnia .n. ex patre per filium in spiritu sco facta sunt. ex inquit per moysen data est gratia & ueritas per ihesum christum facta est. Magnum quid immo & immensum inter moysi & mediatoris domini nostri ihesu christi ministerium interesse uidetur. Necesse est .n. moysi legem imperfectam & quasi mancam concedere. Nihil .n. secundum paulu3 perfecit. At uero saluatoris gratia uera imperfecta esse scribit. Que uero hec gratia est? Non alia certe q̃ sancti spiritus in cordibus nostris facta infusio. Hec quomodo uera erit si per creaturam nobis ministrata est: sicut lex per angelos fuit. Si .n. spiritus sanctus non est natura sanctus sed per participationem deitatis sanctitate repletur: & datam sibi gratiam nobis infudit: per spiciuum erit per creaturam nobis sanctificationem infundi. que igitur differentia erit inter legem per angelos ministratam & gratiam saluatoris? Nulla profecto aut parua secundum istos. euangelium autem immensam esse predicat. Gratia .n. inquit & ueritas per saluatorem facta est. Gratia uero effusio sancti spiritus in cordibus nostris est. Ipse igitur spiritus sanctus essentialiter ut deus uerus sanctus est: & non participatione sicut creatura. Liber .xiiii. Auctores scripture qd spiritus sanctus natura deus est & non creatura. cap. pmu3 ex epistola pauli ad romanos.

AD romanos scribens paulus de saluatore nostro ihesu christo predestinato ait filio dei in uirtute per spiritum sanctificationis ex resurrectione dei mortuis ihesu christi domini nostri. Si ergo quoniam ex mortuis christus resurrexit & uiuificatiua spiritus sancti uirtute uincula mortis soluit. idcirco filius dei uerus cognoscitur. non erit profecto creatura ille pque3

divina

diuina hec uirtus ostenditur: hoc est spiritus sanctus. Nam si crea
tura esset spiritus sanctus per quem resurrectio christi facta est:
uideretur filius dei creature auxilio indigere: & non potius spi
ritu sancto tanq̄ sua usus uirtute. Idem paulus desidero inqt
uidere uos ut tradam uobis aliquam gratiam spiritualem ad cō
firmandos uos: si spiritus sanctus per suam gratiam eos confir
mat quos uult: non ambiget ullus qui recte uoluerit intellige
re: non esse ipsum inter creaturas neq; inter seruos collocadu3.
Scriptum est. n. confirmat iustos dominus. Si ergo dominus
confirmat secundum psalmistam: Spiritus autem sanctus est:
qui sua gratia confirmat: dominus certe spiritus sanctus est:
non seruus. Omnis autem creatura naturaliter serua est. Nō
est igitur spiritus sanctus creatura sed deus uerus. Quanta
misericordia usus erga nos deus pater sit paulus docet dicens
qđ caritas dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū
qui datus est nobis. Sed ipse deus amor & caritas est secundum
iohannem. Nec aliud est ipse deus: aliud caritas & amor qui in
eo fit. Simplicissimus. n. atq; incompositus est qui effusus est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui habitat in nobis.
Deus ergo spiritus sanctus est qui habitat in nobis ipsa caritas dei
hoc est ipse deus in nobis habitat. exit. n. ab ipsa substantia dei
& intelligitur esse ex patre. In propria tamen subsistentia &
per filium creaturis donatur. Scimus ait paulus qđ lex spiritu
alis est. & post pauca condelector inquit legi dei secundum in
teriorem hominem. & rursum. Lex. n. inquit spiritus uite in
christo ihesu liberauit me a lege peccati & mortis. Ecce cum
legem primo spiritualem nominasset legem uidelicet spirit⁹
sancti: statim ipsam dei quoq; legem appellat. Deus igitur spi
ritus sanctus secundum paulum est. Sed apertius deum esse
clamat dicens legem spiritus uite. Non. n. solum leges ferre
spiritus sanctus dicitur: sed spiritus etiam uite scribitur. Sed
que nam porro uita est: ipse profecto christus qui dicit: Ego

sum ueritas & uita. Cum igitur christus leges ferat & statuat: spiritus quoque sanctus qui in ipso & ex ipso naturaliter est: easdem leges sancit. Cum motus carnis paulus improbare ostendereque uellet quantum uoluntati spiritus repugnet: caro inquit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. hec. n. inter se opponuntur. Deinde post pauca infert: Ego igitur ipse mente quidem seruio legi dei: carne autem legi peccati. Ita legem quidem peccati carnis ad uarias uoluptates motus appellauit. Dei autem legem spiritus uoluntatem dixit. Quare perspicuum est quia spiritus sanctus deus uerus est: qui secundum uoluntatem suam leges nobis imponit. Non. n. ignoramus nulli conuenire ut sua potestate leges ponat nisi soli deo. Vanitati ait creatura subiecta est non uolens sed propter eum qui subiecit in spe. Quare si creatura spiritus quoque sanctus sit secundum istos necesse erit confiteri ipsum quoque uanitati subiectum esse & congemiscere doloresque partus nobiscum pati & esse modo in seruitute liberalitatemque uix habiturum in redemptione glorie filiorum dei. Sed contra hec omnia paulus clamat. Non. n. inquit accepistis spiritum seruitutis rursum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis dei: in quo clamamus abba pater. Non est igitur seruus spiritus sanctus sed liberator omnium in quibus habitat. Quos etiam reformat in libertatem & adoptionem filiorum dei per participationem sui. Deus igitur uerus est & non creatura.

Congemiscere paulus creaturam dixit. deinde addidit non solum autem sed etiam ipsi nos qui primitias spiritus habemus. Quid igitur est quod dicere uolo? primitie rei alicui primitie sunt: & eiusdem speciei atque nature cum illa re sunt cuius primitie sunt. Vt uerbi gratia. Vini primitie uinum est: tritici triticum & ordei ordeum. In futuro autem seculo perfectissimam habituri sunt sancti uiri participationem

deitatis quantum fieri poterit in singulis. Cuius participatio-
nis primitie spiritus sanctus est qui a sanctis a filio etiam in
hac uita donatur. Quare necesse est quoniam primitiarum
participationis dei future loco nunc datur: deum ipsum esse
& non creaturam. Deus igitur est & ex deo & in deo natura-
liter. Idem paulus ad eosdem romanos scribens ait. Dico n.
per gratiam que mihi data est omnibus qui sunt inter uos
non plus sapere q̄ oporteat sapere: sed sapere ad sobrietatem.
unicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Et idem rursum.
sancti spiritus potestati gratiarum distributionem attribuit
dicens: Alii. n. deus dat spiritum sapientie multisq; gratiaruꝫ
generibus enumeratis addit alii fidem. & hec omnia inquit
operatur unus & idem spiritus diuidens unicuiq; sicuti ui-
lt. Si ergo ad ceteras gratias fidei etiam spiritus sanctus largi-
tur & mensuram unicuiq; quantam uult determinat: quo-
modo non erit impium non ex deo esse ipsum dicere: sed crea-
turis connumerare. De actis per se ipsum in utilitatem gen-
tium a saluatore rebus gloriatur paulus scribens: Gloriari
habeo in christo ihesu. nec. n. audeo quicq̄ loqui eorum que
non perfecit christus per me in obedientiam gentium uerbo
& opere in uirtute signorum & prodigiorum in uirtute spi-
ritus sancti. Si ergo prodigia & signa per paulum christus
operatur in uirtute spiritus sancti: naturalis quedam uirtus
& uiuens & ut ita dicam qualitas deitatis filii spiritus sanct9
est. quomodo ergo erit creatura qui naturaliter in deo &
ex deo est: aut quomodo tota filii naturalis uirtus inter
creaturas non impie collocabitur: De eodem ex epistola
prima ad corinthios. c. ii.

Non indigere predicationem euangelicam ui oratio-
nis & eloquentia paulus docens dicit ad corinthios:
Et ego in infirmitate & timore tremoreq; multo fui
apud uos: & sermo meus & predicatio mea non fuit in persua-

sione sapientie humane sed in demonstratione spiritus & uirtu
tis: ut fides uestra non esset in sapientia hominum sed in uir
tute dei. Vide quomodo demonstratione spiritus hoc est ope
ratione ipsius sancti spiritus uirtutem ait esse dei: ex ipso .n.
& in ipso naturaliter spiritus sanctus est: quo uniuersa perfi
ciuntur. Quomodo ergo erit creatura: si deus in ipso natura
liter quantum nobis possibile est & quasi in spetie & enigmate
cognoscitur. Nullum de turpiter uiuentibus celorum regnū
posse adipisci paulus docens enumeratisq; fornicatoribus & aua
ris & rapacibus statim infert. Et qui eratis: sed abluti estis: sed
sanctificati: sed iustificati in nomine domini nostri ihesu chri
sti & in spiritu dei nostri. Si ergo soli deo conceditur posse pec
cata dimittere dimittit autem spiritus sanctus quia iustificat
quos uult: & sanctificat eos in quibus habitat. Deus profecto uer⁹
est. quoniam dei ueri habet in se ipso naturaliter operationem.
N nescitis inquit qđ qui coniungitur cum scorto: unum cor
pus fit. Qui uero cum domino unus spiritus est: Coniungimur
autem per fidem & gratiam cum spiritu sancto. Dominus er
go spiritus sanctus est. Quare deus etiam uerus: participatione
nanq; ipsius participes dei efficimur: & cum ipso coniuncti deo
coniungimur. Non est igitur creatura. An ignoratis inqt qđ
uestra membra templum sunt sancti spiritus: qui in uobis est:
quem habetis a deo. Si membra nr̄a templum sunt sc̄i spiritus:
habitantis in nobis: Templum autem dei domus est. quomodo
non erit deus sed creatura spiritus sanctus: Nulla .n. creatura
ut deus in templo dicitur habitare. Proprium .n. id cum mul
tis aliis dei ueri est. Qui loquitur linguis inquit non homi
nibus loquitur sed deo. spiritu autem loquitur mysteria. Si
ergo qui spiritu loquitur: deo loquitur: deus profecto spirit⁹
sanctus est. De eodem excepta ad corinthios ii. c. iii.

RESurrectionis mortuorum uerissimum dogma introdu
cens paulus ait: qđ nos qui sumus in tabernaculo hoc

ingemiscimus grauati eo qd nolumus expoliari sed supuestiri: ut absorbeatur quod mortale est a uita. Qui autem effecit nos in hoc ipsum deus est qui dedit nobis arram spiritus. Arram uite spiritum sanctum appellat. quia uita naturaliter est. Spiritus. n. inquit uiuificat. Nihil autem naturaliter uita est nisi solus deus. pater. n. uita est: & uerbum suum similiter. Sicut. n. pater uitam habet in se ipso: sic dedit & filio uitam habere in se ipso. & rursus. Sicut. n. pater quos uult uiuificat: sic & fili' quos uult uiuificat. Si ergo cum pater & filius uiuificet: spiritus etiam sanctus uiuificat: quomodo non erit consubstantialis patri & filio spiritus sanctus qui similiter uita essentialiter est? Nam si creatura sit secundum hereticorum amentiā: & tamen non aliter q̄ pater & filius uiuificat quos uult: quid magni erit in deo cum dicitur uiuificare? Aut quare scriptura de ipso dicit: Viuo ego dicit dominus? si spiritus sanct' q̄uis sit creatura: ipse etiam uita est? Quomodo autem eadē erit operatio creatoris & creature? aut quomodo ex diuersissimis naturis creatoris dico & creature equalis immo eadē profluet uirtus? Eadem. n. uirtus & eadem operatio unitatem substantie atq; nature arguit. Necessario igitur o uos aut creatricem naturam in creaturarum naturam ĩdigne deducitis: aut creature deo conuenientem dignitatem accommodatis & confunditis inter se atq; pmiscetis illa que secūdum naturam misceri non possunt. Si ergo nihil esse potest essentialiter in creatura quod in deo essentialiter est: est aūt in spiritu sc̄o uita essentialiter: uiuificat. n. non aliter q̄ pater & filius: quomodo erit creatura spiritus sanctus qui naturaliter habet in se proprietatem diuine substantie que est uiuificare? quare ex deo spiritus sanctus uero est: & deus ipse uerus est sed non creatura ut multi predicare audent: qui temerarie bellum ueritati induxerunt. Si qua inquit in christo noua creatura uetera transierunt: ecce facta sunt

omnia noua. Christus ergo est qui nos renouat & in uitam no
uam transponit. Sed spiritus etiam sanctus renouare scribi
tur sicut in psalmis ad deum canitur: Emittes spiritum tu
um & creabuntur: & renouabis faciem terre. quare necesse
est concedere spiritum sanctum consubstantialem filio esse:
Nam quia ex ipso naturaliter est: ab ipso etiam ad creaturas
missus renouationem facit sancte trinitatis ipse compleme̅
tum est. Deus ergo & de deo est & non creatura. Suauissime
inquit gloriabor in infirmitatibus meis: ut habitet in me
uirtus christi. Spiritus certe sanctus est qui habitat ĩ nobis:
& per ipsum christus. quare christi uirtus spiritus sanctus
est. quomodo igitur erit creatura qui filio dei naturaliter
inest? nisi forsan uelint dicere uerbum dei ex creatura &
increata natura hoc est sua compositum esse. Sed hoc impi
um longeq; alienum a ueritate est. Non est igitur creatura
spiritus sanctus sed ex incomprehensibili diuina essentia
ut uirtus eius naturalis emanat. Vos ipsos tentate si estis in
fide. uos ipsos probate an non cognoscitis uos ipsos: quia chri
stus ihesus in uobis est: nisi forte reprobi estis. spero autem
q(uo)d cognoscetis quia nos non sumus reprobi. Perspicuum
est quia spiritus sanctus in probis habitat. Spiritu sancto
autem habitante in probis christus est qui habitat. quare
necesse est dicere spiritum sanctum diuine substantie esse
cuius fiunt participes omnes qui ipso participant. Nemo
.n. dicet non insanus dicet participationem dei per creatu
ram in nobis fieri. Nihil .n. longius distare potest q̃ crea
tura a creatore. Vnde fit ut nullo modo per creaturam
possit creatoris participatio in nobis fieri. Gratia domini
nostri ihesu christi & caritas dei patris & communeratio
sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Ecce rursum hic co̅
pletiuus sancte trinitatis spiritus sanctus ostenditur. quo
modo autem simplex deus erit: si spiritus sanctus qui in

ipso est creatura sit & aliud ab eo. Sed uere deus unus atq; simplicissimus & ab omni compositione remotissimus est: ita ut unum simplicissimum sit: & nihil aliud ab eo in eo sit. Quas ob res spiritus eius qui ex ipso & in ipso naturaliter est quasi fructus eius non ad extra productus est: neq; a nihilo hoc factus est quod est secundum hereticorum furorem. De eodem ex epistola pauli ad galathas & ephesios. c. iiij.

Filioli quos iterum parturio quousq; christus formetur in uobis. Christus in nobis per solum spiritum sanctum formatur: & liniamenta ut ita dicam sua per spiritum sanctum in nobis imprimit: ad deitatisq; pulchritudinem naturam nostram per spiritum sanctum renouat. Deus ergo spiritus sanctus est: sicut & ille qui formatur in nobis per ipsum.
Non ergo ad extra productus spiritus sanctus est: sed ipsius substantie filii proprius. Fratres spiritu inquit ambulate & desideria carnis non perficietis. caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. hec sibi inuicem aduersantur: ut non quecumq; uultis illa faciatis: quia si spiritu ducimini non estis sub lege. Si per uoluntatem spiritus sancti in deuotionem & recte uiuendum conuersi ad libertatem a seruitute legis uocamur: deus profecto spiritus sanctus est qui potest nos liberare. Dignitas enim hec & potestas liberationis huiusmodi deo soli attribuitur. quod patet quia nullus potest preter deum peccata dimittere. Sed saluator etiam id uerbis suis affirmat dicens: Nisi filius uos liberauerit: serui estis. Nulla igitur creatura hoc facere potest. filius autem ut heres & deus de deo potest: sed potest etiam spiritus sanctus ut proposito testu pauli perspicuum est. Quomodo igitur non erit eiusdem cum filio substantie spiritus sanctus qui eadem uoluntate & potestate cuncta gerere potest: que filius. Magna ergo impietas est filii spiritum alienum ab essentia sua putare. Idem paulus de saluatore nostro ihesu christo uerba

faciens ad ephesios scribit in quo & uos cum audiueritis uerbum ueritatis euangelium salutis uestre. In quo etiam credentes signati estis spiritu repromissionis sancto qui est arra hereditatis nostre. Si spiritu sancto signati ad deum reformamur: quomodo erit creatura spiritus sanctus per quem essentie diuine caracter nobis imprimitur. quo suscepto ipsius increate nature signa in nobis imprimuntur. Non .n. pictoris more diuinam essentiam spiritus sanctus in nobis depingit: neq; nos ad similitudinem dei hoc modo ducit: ut possit dici aliud esse q̄ deus. Sed cum ipse deus de deo uero sit quasi quoddam sigillum in cordibus suscipientium sicut in cera inuisibiliter imprimit. Et sic communicatione atq; similitudine sua in pristinam pulchritudinem naturam nostram depingit & ad imaginem dei rursus hominem renouat. quomodo igitur spiritus sanctus erit creatura: per quem natura nostra reformatur ad deum per participationem ipsius spiritus sancti. Idem paulus de saluatoris aduentu disserens ait: Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe & pacem nobis qui prope quia per ipsum habemus ad deuotionem utriq; in uno spiritu ad patrem. Si cum spiritum christi susceperimus per ipsum ad deum patrem adducimur: & participes diuine nature inuenimur. quomodo erit creatura spiritus sanctus per quem filio & patri coniungimur. Ergo inquit non estis iam hospites & aduene. sed estis conciues sanctorum & domestici dei. In fundamento apostolorum atq; prophetarum superedificati ipso summo angulari lapide christo ihesu in quo omnis edificatio constructa crescit. In templum sanctum in domino in quo & uos coedificamini in templum sanctum in habitaculum dei in spiritu sancto. De eodem

TEmplum sanctum per spiritum sanctum efficimur. per ipsum .n. deus in nobis habitat. quomodo igitur non est impium inter creaturas spiritum collocare qui ex diuina profluit natura. & ut deus in nobis habitat.

Mihi ait omnium sanctorum minimo data est gratia hec in genti
bus euangelizare inuestigabiles diuitias christi: & illuminare
que sit dispensatio mysterii occulti a seculis in deo qui omnia
creauit. Dixit autem paulo ante a sic scripsi uobis paucis. Ad
quod potestis legentes intelligere intellectum meum in myste
rio christi quod aliis generationibus non est cognitum: filiis ho
minum sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & pro
phetis in spiritu. Si ergo uere clamat propheta ille: quis cogno
uit mentem domini: perspicuum est a nulla creatura diui
num sciri consilium: nec solum homines id ignorare quod
omnes ut arbitror concedent: uerum etiam omnes celorum
uirtutes. Angelus .n. apud prophetam zachariam orans dicit:
Domine omnipotens quoadusq; non misereberis iherusalem
& ciuitatibus iudae? Non .n. interrogaret si sciret. Nulla igi
tur creatura diuinum consilium scit. Spiritus autē sanctus
optime nouit. Ipsa etiam profunda dei scrutatur & occulta
ta in ipso deo sanctis uiris reuelat manifestaq; facit quando ui
lt & quibus uult. Quomodo igitur pie negari poterit nō esse
consubstantialis deo. Aut quomodo dici poterit non esse deus
de deo qui in ipso deo naturaliter est sicut spiritus eius q scit
omnia que in deo sunt: quorum nihil rationalis scire potest
creatura nisi ipse spiritus sanctus reuelauerit. De eodem qđ
scilicet spiritus sanctus deus sit: ueluti deus uerus de deo ue
ro: ac ideo creatura esse non possit. ex eptlis iacobi petri &
iohannis. c. v.

Nolite fratres mei dilecti errare inquit. Omne datum
optimum & omne donum perfectum desuper descē
dens a patre luminum. Aduerte diligenter qđ ex pa
tre luminum uaria diuinarum gratiarum demittitur co
pia. quas omnes gratias paulus per spiritum sanctum dari
asserit. Spiritus .n. sanctus ait diuidit eas unicuiq; sicuti
uult. Quomodo igitur spiritus sanctus non erit deus de deo:

& deus in deo: qui omnia operatur que deo conueniunt: & diuidit summa cum potestate sicuti uult? Non est igitur creatura sicut impie contendunt heretici. Petrus etiam modesti ait sitis: & uigilate in orationibus: & ante omnia caritatem inter uos habeatis. quia caritas multitudinem peccatorum operit hospitales adinuicem sine murmuratione unusquisque sicut accepit gratiam in uos ipsos eam ministrantes sicut boni dispensatores uarie gratie dei. Aduerte rursus hic diligenter. quia cum spiritus sanctus diuinas gratias summa cum potestate sicuti uult singulis sanctorum distribuat. a deo huiusmodi gratiarum uariam distributionem petrus fieri asserit. Si ergo petrus spiritum sanctum deum esse affirmat: quomodo non erit impium simul & stultum creaturis ipsum connumerare: & sanctorum apostolorum doctrine atque predicationi repugnare? Sed iohannes quoque in epistola hec inquit: Scripsi uobis de decipientibus uos: & uos unctionem quam accepistis ab ipso maneat in uobis. Nec opus habetis ut aliquis uos doceat: sed sicut unctio eius uos de omnibus docet: & uerum est & non est falsum: & sicut docuit uos manete in ipso. Fertur quidam in prophetis sermo: Et erunt omnes docibiles dei. Quoniam ergo qui crediderunt in christum & sancto spiritu peruncti sunt per ipsum sanctum spiritum omnia docentur: nec sibi hominum doctrina opus est sed solius dei docibiles secundum prophetam sunt. Deus certe spiritus sanctus est: quomodo igitur erit creatura? Qui seruat inquit mandata eius in ipso manet: & ipse in eo: & in hoc cognoscimus quia in nobis manet ex spiritu quem dedit nobis. Si ergo spiritu sancto habitante in nobis non alius quam ipse deus in nobis habitat: quomodo spiritus sanctus non erit deus & de deo: quem qui habet deum habet in se ipso habitantem? qui per quendam prophetam dixit: habitabo in ipsis & inambulabo & ero deus ipsorum. Si ergo deus & de-

deo spiritus sanctus est: quomodo eternos fugere poterit cruciatus qui audent inter creaturas ipsum enumerare. Quis est qui uincit mundum nisi qui credit quia ihesus est filius dei. hic uenit per aquam & sanguinem & spiritum ihesus christus. Non in aqua solum sed etiam in spiritu & in sanguine. Et spiritus est qui testimonium perhibet. Spiritus .n. ueritas est: quia tres sunt qui testimonium perhibent spiritus & aqua & sanguis. hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accepimus: testimonium dei maius est. Aduerte rursus diligenter quia hic etiam ueritatis predicator deum uerum & de deo uero spiritum sanctum naturaliter esse docet. Nã cum dixisset spiritum esse qui testimonium perhibet: post pauca statim addidit qđ testimonium dei maius est. quomodo igitur creatura erit spiritus sanctus qui non aliter q̄ pater deus ab apostolis appellatur. De eodem ex euãgelio secundum matheum & iohannem. c. VI.

Ihesu autem christi natiuitas sic fuit: Cum .n. desponsata esset mater eius maria ioseph ante q̄ conuenirent inuẽta est in utero habens ex spiritu sancto. potestas creandi diuine solummodo inest nature. Et hec est inter alias deo conuenientes dignitates precipua. Sed spiritus sanctus in utero uirginis templum filio dei creauit. quis ergo nisi amẽs simul & impius creaturam esse spiritum sanctum dicere audebit. Ipsam .n. diuinam essentiam conatur hoc modo ad creaturarum conditionem deducere: cum recentem nobis deum tradere uelit. Sed non erit in nobis deus recens ut scribitur. Increata ergo & eterna diuina essentia & natura est. quomodo igitur spiritus sanctus qui in ipso deo eternaliter est creatura erit. Si ego in belzebuch demonia eicio: filii uestri in quo eiciunt. Propter hoc ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu dei eiicio demonia: ergo peruenit ad uos regnum dei. Si operatione spi-

ritus sancti filius dei & deus ipse demonia eiciens glorificatur. Si creatura ut isti aiunt spiritus sanctus est: erit potestas dei hoc est filii dei in creatura que maior q̄ ipse deus erit: aut certe equalis. Siqdem deus & dei filius in ea glorificatur. Quare si hoc impium uel cogitare solummodo est: non erit certe spiritus sanctus creatura: in quo deus pater per filium uniuersa operatur atq; glorificatur. uotquot autem receperunt eum euangelista iohannes ait: dedit eis potestatem filios dei fieri qui non ex sanguinib; neq; ex uoluntate carnis neq; ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. Spiritus sanctus est qui per fidem christi ad salutem nos regenerat: & huius rei gratia filii dei efficimur. Quomodo igit̄ spiritus sanctus non erit deus per quem nos dii per gratiam efficimur ab ipso regenerati? Quod autem de spiritu sancto fideles renascuntur: ipse saluator testatur dicens ad nichodemum: Spiritus ubi uult spirat: & uocem eius audis. sed nescis unde uenit: & quo uadit. Sic est inquit omnis qui natus est ex spiritu. uan do autem ueniet paraclitus quem ego mittam uobis a patre: spiritus ueritatis qui ex patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. A deo patre spiritus sanctus procedit quasi fructus aut odor essentie ipsius. Est autem deus pater increatus. Quomodo igitur spiritus sanctus qui a deo profunditur creatus erit? aut quomodo fideles suscepto spiritu sancto dei templa efficiuntur? si ipse spiritus sanctus ut isti temere contendunt: deus non est?

GEORGII TRAPEZVNTII PREFATIO IN VITĀ MOYSI PER GREGORIVM NISENVM FRATREM MAGNI BASILII EDITA & PER PREFATVM GEORGIVM DE GRECO IN LATINVM TRADVCTA FELICITER INCIPIT.

NVPER REVERENDISSIME PATER BEATI gregorii nysseni de uita moysi qua perfectam hominis uitam ostendere uoluit: opus profecto perutile de greco in latinum traduxi: quod multis de causis dominationi tue statui dedicare: uel quia in eo scripture inuolucra explicantur ac enodantur. Quam rem ad ecclesiasticos uiros pertinere nemo unquam dubitabit: uel quia qui traducunt aliquid aut ipsi de se pariunt: soleant magnis plerunque uiris ac dominis hec destinare: ut pondere auctoritatis sue opus firmatum per ora multorum uolitet: uel quod ipse maxime impresentiarum secutus sum ipsius rei conditione atque natura. Nam siquis a principio casus humanos per sacras aut gentiles historias repetet: inueniet profecto excellentes ac summos uiros aut in principes aut in assistentes optimis principibus diuinitus destinatos fuisse. quorum opera studio consilio imminentes casus homines effugerunt.

Hac ratione statim in illis hominum primordiis diluuio deus omnia uastaturus predestinauit noe. qui diuine uoluntatis instrumentum & quidem animatum ac rationale uirtute sua factus

Arca humanum genus ne omnino periret effecit. Sic iacob senescentis temporibus uniuersum pene uexaturus orientem ioseph premisit: quem uendi etiam permisit: ut gubernatorem frumentarie rei in uniuersa egypto constitueret. Atque hoc modo israheliticam gentem a peste inedie simul cum egyptiis liberaret. Sic moysen omni uirtute preditum & fide precipuum ad libertatem iudaice gentis produxisse certe uidetur. Cui & iosue quasi assistentem atque ministrum dedit: quo post mortem moysi duce usus in promissionis terram populum deduxit. Multa sunt in sacris litteris eiusmodi: nec solum uiri uerumetiam quod maius ac difficilius esse uidetur mulieres electe sunt: ut iudith & esther ostendunt. Ex gentili quoque historia similia legentibus fuisse constat. Nam ne grecia persis subiugaretur aduersus infinitas

eorum opes & innumerabiles copias summam potentiam mil
ciadem themistoclem cimona tres summos uiros deus susci
tauit. Quorum consilio diuersis temporibus uires persarum
pfregit. Quid romanum imperium nonne ita sepenume
ro confirmauit. Nam nisi camillus gallorum fuisset tem
poribus: romanum nomen omnio deletum fuisset. Nisi fa
bius maximus & scipio africanus hannibalis temporibus flo
ruisset: affrice italia seruisset. quid plura? ita semper fuit
& ita erit: non quia deus non possit etiam absque hominum
immo absque ullo ministerio sola uoluntate hos liberare: illos
deprimere. Sed quia res hominum humanis consiliis geri
summe sue maiestati atque clementie placet: Iccirco summos
uiros quamquam omni uirtute preditos aliis tamen alios secundum
exigentiam temporum fulgentiores produxit. Castimo
nia excelluit ioseph: ut nulla illecebrarum illectus ui a ser
uitute posset euadere ad gubernandam egyptum. Caritate
ardebat moyses. ita enim opus erat ut durissimum populum
ferre posset. Bellica uirtute iosue prestabat: ut facilius obti
nentes sancta loca euceret. Qui uero in gentibus floruerunt:
alii singulari iustitia ut aristides qui iustus cognominatus
est: alii admirabili prudentia ut themistocles: qui futura
non peius apolline predixit a gentibus dictus est. Alii mora
laudabili: ut fabius maximus: qui cunctando restituit rem.
alii uelocitate agendi. alii alio uirtutis genere claruerunt.
Femine uero uel castitate uel forma uel audacia non impro
banda: muliebres enim uirtutes he fere sunt: rem optime gesse
runt. Videmus autem his nostris temporibus quot bella quot
turbationes quot conciliabula contra christianorum pacem
atque concordiam oborta sunt. Quare oportuit electos quos
dam ac predestinatos diuinitus ut iam ostendimus uiros ex
tare: qui hec christianorum incommoda uel omnio tolleret:
uel ita minuerent ut ferri possent. Hos autem quis non

uidet summum esse pontificem & te ministrum ipsius: ac ipsi
uelut iosue moysi assistentem. Summus .n. pontifex liberali
tate mirabili: patientia inaudita: summa constantia: arden
tissima fide: caritate feruenti ceterisq; diuinis uirtutibus uis
effecit: ut non solum fluctus tempestatum deo duce roma
na ecclesia euaserit: uerumetiam greciam armeniam syriaꝫ
aliasq; complures orientis partes ne nimium dicam magis
his temporibus nostris q̄ alias unq̄ citra quadringentos annos
sibi coniunxerit. Sed ille quasi alter moyses extra turbam
existens consilio & auctoritate agit: & manus in celum pro
ecclesia tollit. Tu ueluti alter iosue modo mira uelocitate:
fortitudine prudentia exercitus conscribis: in aciem prodis:
hostem fundis. Cuius rei salus pontificis libertas florentie par
te conseruata. Testes sunt etiam tot tanteq; ciuitates italie ac
populi: qui francisco sfortie multos annos turpiter serui e
runt. quos tu breui tempore tyranno ui ac prudentia ex
pulso liberasti. Sic duos maxime italie duces ac memoria
nostra florentissimos solus fudisti ac fugasti. Modo multis
ponderosisq; legationibus & preliis populum dei idest ecclesi
am suam in pace tuta tanq̄ in terra repromissionis constitu
tam conseruas. Sed de laudibus tuis alias. Neq; nunc quideꝫ
ex proposito sed quantum res ipsa postulare immo uero flagi
tare uidebatur summis ut dicitur digitis tetigi. Nam liber
is de perfecta hominis uita uel de uita moysi inscribitur. Moy
sen uero illis temporibus ad liberandum populum diuinitus
electum scimus: & secundum humani generis necessitatem
summos a deo concedi nobis uiros non ignoramus. Quare reꝝ
ipsarum serie ad hec usq; nunc peruenisse satis sit. Illud sane
non pretermittendum beatum hunc gregorium cuius opus
transtulimus magni illius basilii fratrem fuisse nysae episco
pum uirum tam in secularibus q̄ in diuinis doctrinis eruditi
ssimum uirtutis quoq; omni numero preditum. Quod tu

ipse in hoc opere legendo. Si tamen pre occupationibus tuis licuerit: iudicabis. Sed iam ipsum latine loquentem si placet audiamus.

EXPLICIT PREFATIO. INCIPIT VITA MOYSI. LEGE FELICITER.



QVEMADMODVM QVI CERTAMEN EQVORVM NON SINE MAGNA delectatione animi spectant: & si nihil ad cursum diligentie illi pretermittant: quos uincere optant. oculis tamen cursum ipsorum sollicito prespicientes clamat atq. hortantur. Incitareq; ac efficere putant ut uelocius equi peruolent. Cum huc atq; illuc una cum equis inflectantur ac manum quasi flagellum in ipsos extendant atq. incutiat: non quia nesciant hec nihil ad uictoriam conferre: sed quia beniuolentiam ac studium erga certantes uoce corporisq; motibus natura duce significare impelluntur. Sic mihi ipsi de te facere uideor amice ac frater carissime. Nam cum tu in uirtutis spectaculo probe diuino cursu ac certamine perseueres: & ad superne uocationis premia crebris leuissimisq; saltibus festines: addamo atq. impello & diligentia studioq; intẽdere uelocitatem iubeo. que omnia non ideo facio quia temerario quodam studio tui detinear. Sed quia ut carissimo filio morem tibi gerere studeam. Cum. n. litteris tuis petieris ut tibi a nobis ad perfectam uitam admonitio quedam conscribatur: equum arbitrati sumus ut hoc libro nostro & si nihil aliud forte utilitatis: attamen illud profecto non contemnendum tibi nos ipsos obedientie proponamus exemplũ. Nam si qui tam multarum animarum curam ut patres gerimꝰ: oportere duximus ut hec senectus modestie tue mandata suscipiat: maiores obedientia in te profecto uires habebit: cum etas tua nostro exemplo magis roborata fuerit. Sed hec hacte

Vita Moysi

nus. Nam nobis iam incipiendum est. Petisti a me carissime
fili ut tibi quenam sit perfecta uita diligenter describam: quod
te ideo uelle non dubito: ut cum inueneris quod queris ad
uitam tuam: quod inuenisti accommodes. Ego uero duo
in hac re & ambo mihi impossibilia conspicio: utrumque enim &
perfectionem uidelicet uite ratione describere: & quod ratio
ne comprehendisti in uita ipsa monstrare. Supra uires me
as esse facile fateor. quippe cum putem multis etiam in uir
tute prestantioribus & magnis omnino uiris difficilia hec esse
dictu immo uero impossibilia. Verum ne uidear ibi timere ut
psalmista ait ubi timor non est: planum id ita esse faciam. Cum
perfectum dicatur quod finem suum atque terminum ita con
secutum est ut nihil sibi desit nihil deficiat nisi in iis quidem
omnibus que sensu capiuntur: certis quibusdam terminis con
tinetur. ut uerbi causa. In quanto tam continuo quam discreto
propriis quibusdam terminis omnis mensura concluditur.
Nam qui ad cubitum uel senarium respicit numerum: non est
nescius unde utrumque istorum incepit & quo exiuit: quibus illo
rum finis habeatur atque perfectio. In uirtute uero hunc ab apo
stolo perfectionis terminum esse didicimus: quod nullus in ipsa
sit terminus. quippe cum ille ipse paulus uir diuinus & mentem
altissimus semper ac iugiter per uirtutem suum cursum inten
deret. nec umquam ad maiora conscendere negligeret. Non enim ui
debatur tutam sibi cursus perfectionem ac finem. Cur ita? quo
niam omne bonum ipsa natura qua bonum est non habet ter
minum. sed contrarii comparatione terminatur: ut uita mor
te: lux tenebris & omnino bonum omne in eo desinit quod ipsi
contrarium esse intelligitur. Quare quemadmodum uite fi
nis mortis initium est: Sic cursus ipsius finis qui secundum
uirtutem est: uitiosi cursus initium inuenitur. Non igitur
falso nobis dictum est impossibile esse perfectionem ac finem
uirtutis comprehendere. Demonstratum enim iam est quod nullus

Bonum non habet terminum

uirtus terminis continetur. nunc autem alterum etiam quod scilicet impossibile sit eis qui cum uirtute uiuunt ad perfectionem finemque uirtutis peruenire nobis explanandum uidetur. Primum igitur ac proprie bonum cuius natura bonitas est deus dico ipse quodcunque natura esse intelligitur id ipsum & est & nuncupatur. que quidem diuina natura quoniam nullus uirtutis terminus preter uitium est: ut iam rationibus comprobauimus. Quoniam diuinitas contrarium suscipere non potest: interminata ac infinita est. At uero qui non simulate sed uere uirtutem sequitur: deo qui uera uirtus est participatione coniungitur. deus autem terminum non habet. Quare necesse est participantis quoque desiderium cum ad interminatum infinitumque se ipsum extendat nullum habeat exitum quo cessare possit. Quas ob res si nullis uite perfectio terminis continetur. Si uirtutis id ipsum terminus est quod interminata est: impossibile omino est ita perfectionem hanc aut re consequi aut uerbis assequi: ut ad altiora nullus ascensus relinquatur. Quomodo igitur ad quem queris finem quispiam peruenturus sit: cum finis nullus inueniatur. non tamen quoniam quod queritur exitum non habet. idcirco preceptum illud domini negligendum: quo dicitur perfecti sitis: sicut & pater uester celestis perfectus est. Nam & si totum consequi nequeas: tamen in rebus omnibus que natura bone sunt non paruum est lucrum: nisi desipias: uel partem earum aliquam consequi.

Omne igitur studium omnem curam diligentiam denique omnem adhibeamus: ne ab ea perfectione decidamus ad quam peruenire possibile sit. Tantumque ipsius possideamus quantum capere possumus. Ita enim se habere: ut ad ulteriora semper in uirtute ac bono uelis ascendere. Id ipsum forsan humane nature perfectio est. Sed recte ut mihi uidetur faciemus: si hac nostra in questione sacre scripture utemur consilio. Per prophetam igitur isayam diuina uox clamat: Respicite in abraam patrem

uestrum & in sarram que uos peperit. Hec .n. diuinus sermo non his qui in uirtute permanent sed iis qui a uirtute aberrant precipit ut quemadmodum qui tempestate ac ui uentorum longe a recta nauigationis sue uia in pelagus exacti sunt. Si uel ignem uel cacumen montis prospexerint: facile se ab errore in tutum reducunt. Sic quicunque huius uite fluctibus oppressi a uirtute aberrant exemplo abrae ac sarre quasi quodam gubernaculo ad diuine uoluntatis portum reducant. ac ideo quoniam in masculum & feminam natura humana diuisa est: & utrique libera tam ad uirtutem quam ad uitium proposita est electio: ad habraam inquit & ad sarram respicite: ut uiri a uiro femine a femina propria idoneaque nature suscipientes exempla: facilius suos ad uirtutem dirigant gressus. Quare si nos quoque si unius probati probati uitam in exemplum sumpserimus: ardentissimum tuum ut spero explebimus desiderium. Ostendemusque quomodo possibile sit hos uite fluctus absque naufragio superare: Animamque nostram perturbationum undis minime submersam in tutissimum uirtutis portum deducere. Id enim circo credendum est prestantissimorum uirorum uitas exquisitissime prescriptas ut uita nostra imitationem ad uirtutem ac bonum rectius deducatur. Sed dicet quispiam quomodo si nec chaldeus sum ego: ut de habraam scribitur nec alumnus regis egypti filie: ut de moyse scriptura testatur: nec denique cum priscorum aliquo mihi quicquam commune sit: alicuius eorum potero uitam consequi: cum nihil habeam quo possim a deo diuerse uite ac morum longeque aliorum seculorum hominem imitari. Nos uero respondebimus neque ad uitium neque ad uirtutem pertinere: Si chaldeus quis sit: nec si in egypto uiuat: an in babylone uersetur. Ideo a recta uirtutis uita expellitur: nec .n. in iudea solum ut quondam deus cognoscitur: nec syon illa dei scilicet domicilium determinatus quidam locus est: ut

littera sonare uidetur. Sed subtilius nobis atq; acutius inspiciendum est: ut uideamus quos chaldeos aut quos egyptios fugiendos scriptura per historiam admonet: & qua babyllonis captiuitate liberati ad beatitudinem tandem conscendimus. quas ob res moyses ille in exemplum nobis proponatur. Cuius uitam si prius sicut a diuinis didicimus litteris breuiter percurremus. Sic demum consentaneum historie sensum inuestigabimus: quo perfectam hominum uitam facilius cognoscemus. Scribitur igitur moysen quando egyptii lege tyranni masculi hebreorum infantuli uiuere uetabantur: tunc in lucem editum fuisse quem gratia statim ab incunabulis scitum ac elegantem cum uidissent parentes maiori studio fuisse ut uitam ei conseruarent conatos. quare non simpliciter sed in fiscella quadam bitumine ac pice rimas illita impositum in fluenta infantem nyli exposuisse: diuinaq; uoluntate ad eam ripam amnis fiscella uerticibus aquarum eiectam qua regis tunc filia forte spatiabatur. Ita repertus ac gratia que in eo apparebat & spetie a regis filia dilectus in filium fuit adoptatus. Verum natura quadam insita mammillam omnino fastidiens consilio propinquarum cuiusdam a propria enutritur parente. Cum uero in regia educatione doctrinaq; seculari ex ephebis iam esset egressus: Inglorius degere apud suos maluisse quam fictam illam cuius adoptatus in filium erat matrem profiteri. Egyptio autem uiro in hebreorum quendam impetum faciente occiso: duos hebreorum contentione commotos in rixam admonuit: non ira concitari sed natura que propinquitate ipsos coniunxit conciliatrice & quasi iudice arbitroq; fratres uti oportere ab eo qui premio iniuriam afferebat repulsus ad contemplationem hac contumelia impellitur. Ciuitatum enim turbationibus omnio relictis secum uiuere maluit. Filia cuiusdam alienigene in uxorem ducta qui tanta erat ad pernoscenda ingenia hominum moresq; comprehendendos

Moyses

prudentia

prudentia preditus ut unica re gesta quam moyses aduersus pa
storum uim magno animo fecerat adolescentis uirtutem con
spexerit: qd non proprio lucro aut laude commotus pro iu
stitia pugnauerit. Sed iustum ipsum per se ac natura sua
honestum iudicans pastores qui nihil in se ipsum peccarunt
castigauit: eorumq; iniuriam reppulit. Quapropter uirtu
tem moysi admiratus prestantiorem q̃ ipsam aliorum diui
tiis existimans filiam ei tradidit in uxorem: facultatemq;
fecit ut ipse quamcunq; uiuendi rationem uellet eligeret. At
ille montanam ac solitariam elegit: ubi a turbatione procul
remotus in ouium cura sibi in deserto attendebat. Quo inge
nere uite non paruo transacto temporis spatio mirabilem
dicit historia ipsum uidisse uisionem. In medio .n. claroq; die
alia prestantior q̃ solaris lux circa oculos suos effulsit. Cuius
rei insolentia cum respexisset ad montem arbustum ardens
scribitur aspexisse: Cuius rami cum arderent quasi cõtinua
irrigatione uirescebant. Admiratumq; secum dixisse uadaʒ
& uidebo uisionem hanc magnam: ne uidelicet oculos soluʒ
uerumetiam quod mirabilius est auditum eius radiis lucis
illuminaret. Natura .n. illius lucis ueluti in duorum obie
cta sensuum diuisa: ut in oculos splendore radiorum fulge
bat sic ĩ auditum immortale dogmatum intonabat. Vetuit
.n. ad montem calceorum pondere pressum accedere. solue
req; iussit calciamenta ac demum nudo pede terram illam
attingere que diuina luce resplendebat. deinde ne longior
in historia sim hac uisione corroboratus ab egyptiorum serui
tute suos liberare iubetur. Sed ut disceret quanta diuinit'
uirtus sibi prestaretur: Ita deo iubente huiuscemodi pericu
lo usus est. Virga manu in terram proiecta in colubrum
uertitur: rursusq; recepta ut uirga prius erat subito facta
est. Manus quoq; in sinu recondita in niueum candorem im
mutat᷑: & iterum in eundem sinum immissa in pristinam

rediit naturam. descendente autem ipso in egyptum addu-
centeq; secum uxorem alienigenam & liberos sibi ab ea natos
angelus obuiam factus timorem mortis intulisse fertur. quē
mulier circumcisionis filii sanguine facile placauit. Tunc
aaron quoq; frater eius diuinitus monitus obuiam prodiit:
& paulopost in concionem ab utrisq; populis conuocatur. li-
bertas tam laboriosa seruituti preponitur. Cum ipso quoq; ty-
ranno hac de re loquuntur. Irritatur ille magis: imperat du-
riora: ut non solum luto sed paleis stipulisq; colligendis afflic-
ti iudei contabescant. Cum uero ad inaudita signa miracu-
laq; moyses uersus esset: coramq; ipsis egyptiis uirgam suam
in colubrum uertisset: pharo: id. n. nomen erat tyranno: ma-
gorum ineptiis fretus magis resistebat. hi. n. uirgas similiter
suas in terram proiectas in dracones mutasse uidebantur. Sed
qui ex uirga moysi uere animatus erat: magorum uirgas re-
ligna uisus deceptione dracones facile deuorauit. Tunc consen-
tientes tyranno egyptios omnes cum uidisset moyses: in uni-
uersam eorum gentem nemine omnino excepto intolerabilia
infert uulnera. Commouebantur autem iussu eius elementa
ipsa: terra scilicet ignis aer aqua. ad impietatem. n. tyranni ac-
tiones suas facile commutabant. Eodem itaq; tempore eodem
in loco iudei ab officio non recedentes nil mali sentiebant. Egyp-
tii uero perperam & cogitantes & agentes acriter plectebantur.
Nam aqua per uniuersum egyptum in sanguinem iubente moy-
se conuersa est: ut uel pisces ipsi crassitudine aquarum carnea
morerentur. Iudeis solis sanguis aqua erat limpidior. Hinc ne-
cessitate rerum coacti egyptii aque que apud hebreos inuenie-
batur permistione sanguinea aquam suam mitigabant. Simi-
liter quoq; ranarum irrepens multitudo quarum generatio
non naturali cursu elementorum sed coactis ut ita dicam ele-
mentis iubente moyse facta est. Solis turpissima egyptiis infe-
rebat fastidia. Iudeorum uero uita nihil ex huiusmodi bestiolis

incommodi patiebatur. Sic etiam aer nullam diei ac noctis faciebat differentiam. Egyptiis in eadem continue crassitudine palpitantibus: at iudeis nihil noui afferebat. Similiter cetera quoque omnia se habent grando scilicet ignis scyniphes musce canine locustarum nubes. Nam he aduersus egyptios omnia ut natura sua fert perniciosissima erant. Iudei uero rumoribus solum uerbisque cohabitantium hos morbos nullo suo incommodo cognoscebant. Postremo primogenitorum omnium nece cum hi quidem suorum pernitie confusi lugerent: hi uero sanguinis signaculo liminaribus atque postibus iniunctis tuti quiescerent quanta inter iudeum & egyptium esset differentia cunctis apparuit. Itaque percussis egyptiis suaque publice ac priuatim lugentibus: educit moyses populum diuitiis simul egypti abductis. Verum cum iam tribus peragrasset diebus: uidet penitentia ductum hostem cum magno exercitu & instructissimo equitatu aduersus se festinare. Que res non mediocriter imbellem populum moysem in se concitauit. At ille intrepidus uoce quidem populum ut in domino spem haberent hortabatur: animo autem ad deum penitus conuersus auxilium tacitus implorabat. Quo recondito clamore creator exoratus presto miseris ac mirabiliter affuit. Nubes enim que dei iussu non natura precedebat non presso aere uaporibus constipata. Sed aliud quoddam diuinitus atque altius quam humana mens percipere ualeat que in die solis ardores temperabat: & noctu in ignem uersa noctis & frigora temperabat & tenebras remouebat. Hec inquam nubes quam ueluti ducem sequebantur priore omisso itinere in rubeum mare ducebat. Deuenerunt igitur secuti ducem hebrei usque ad litus quos egyptii persecuti undique ita concludunt ut nulla iam fuga humano consilio posset excogitari. Ante ipsos mare rubeum erat: post ipsos ualidissimus atque instructissimus egyptiorum exercitus.

Tunc summus ille uir omnium diuinitus motus ad litus descendit: mareque rubrum uirga percussit: & subito ut in uitro facta

scissura facile ex altera parte in alteram puenit. Sic ictu mo
saice uirge in oppositam usq; ripam hinc atq; hinc cedentib;
aquis scissura puenit. Ita facto per medium pelagus itinere u
traq; ex parte undis aquarum quasi muris consistentibus in
greditur deo fretus cum populo moyses: quem pharao impe
tu animi concitatus insequitur. Sed mare uirga percussum
in pristinum statum reducitur: ac egyptios omnes obruit. he
brei uero in oppositum litus incolumes cum puenissent: cantu
deo qui tam gloriosum aduersus hostem sibi tropheum prebue
rat: grato animo cecinerunt. Trium deinde dierum itinere
confecto cum siti populus laboraret: mira quadam amaritu
dine aquarum a potu earum deterritus lignum moyses qd
deus ei ostenderat in amarissimas illas aquas immisit: & illico
natura ligni aquarum ablata putredine dulces atq; potabiles
effecte fuerunt. Nubis deinde ductu quam precedentem se
quebatur & qua stante ipsi quoq; castra metabantur ad locu
deuenerunt aquis atq; arboribus amenissimum. duodecim .n.
fontibus irrigabantur: & septuaginta palmis consitus alternis
miraculo simul ac usui uidentibus fuit. hinc rursus nubes a
mota in desertum deduxit ubi ardens arena locorum aridi
tas aquarum penuria ingenti populum siti affligebat: ac
moyses ex lapide quodam uirga percusso iocundissima atq; co
piosissima aquarum inde fluenta exilire fecit. hic commea
tus & omnis quem exeuntes ab egypto abduxerant cum defe
cisset: non a terra sibi ut solet que uictum prestabant orieba
tur. Sed a celo quotidie in crepusculo non aquea stillicidia
sed quasi cristalline gutte in coriandri seminis formam con
globate roris uice discedebant: que ad cibum collecte gustum
mellis pene afferebant. Sed mirabile quid in ipsa quoq; collec
tione fiebat. nullus .n. minus q egeret aut propter etatem
aut propter infirmitatem sibi assumpsit. Nullus quia ualidi
or plus q esset sibi opus in eo die potuit arripere. Itaq; quicqd

in uno die congregauerant: eius ipsius diei solummodo cibus
erat: qđ si quis timore furtim quandam sibi particulam ad cra
stinum conseruasset: totum quod repositum erat per noctem
corruptum in uermes transformabatur preter q̄ in die sabbati.
Nam cum hec dies ratione quadam & mystica cessatione ab hebre
is honoraretur ne quid in ea die preter consuetudinem facere
cogerentur: q̄uis tanto in collegio unusquisq; studium quãtuз
in ceteris diebus die sexta adhibebat. duplum tamen collectuз
sibi esse inueniebat. Cumq; in ceteris diebus si quid seruabatur:
in crastinum: in uermes totum transmutaretur. Solum quod
die ueneris collectum erat: per totum diem sabbati ꝑdurabat.
Bellum deinde aduersum amalech exarsit: & tunc primum he
brei constructi in aciem sunt non omnes sed electi quibus io
sue qui post moysem gubernacula sumpsit susceperat prefuit.
Nam moyses extra prelium in colle quodam altiore una cum duo
bus necessariis constiterat ad celos aspiciens quando ut in histo
ria traditum est: id quoq; inter cetera mirabile dictu factuз est
Nam cum moyses manus in celum leuaret: tunc ingenti animo
irruebant in hostes hebrei. Cum uero manus remisisset. tunc
contra ferociores facti hostes facillime iudeos pellebant. quod ali
quotiens factum facile intellexerunt qui cum eo erant. Itaq;
moysi ulnas subeuntes occulta quadam de causa grauiores
factas manus eius sustentabant. Veꝝ quia imbecilliores erant
q̄ ut possent rectum diutius moysem sustinere lapidem illi
in sedem supposito facilius suo adminiculo effecerunt: ut ma
nus in celum leuatas diutius retineret. quo facto fusi omnio
fugatiq; hostes sunt. Ita sine molestia in heremo uiuebant nec
.n. poterant recedere: cum nubes quam ut ducem sequebant̄
immobilis in eodem loco moraretur. His ita factis maiora oc
cultioraq; mysteria deus & ipsum ductorem & populum in
struere cum uoluisset: precepit populo per moysem ut tam
corpore q̄ animo mundus fieret: adeo ut & a nuptiis ipsis ceto

quodam dierum numero abstineret aspersionibusq; quibusdā maculas abstergeret: ut omni labe animi corporisq; deposita mundus ad montem synai posset accedere: qui qdem mos ratione utentibus solum illo tempore aditum prestabat: neq; his omnibus sed uiris solummodo nec uiris & omnibꝫ sed illis tantum qui diligenter a se omnem maculam expulerunt. Studium autem omnibus erat non paruum: ne qd brutorum monti appropinquare paterentur. Qđ si forte aliter accideret: lapidibus obrui a populo statutum erat: qcqd brutum iuxta montem apparuisset. His ita dispositis in sereno die subito tenebris mons circundatus fuit. & ignis e medio tenebrarum exiliens ac totum ut uidebatur montis tractum depascens terrebat prospicientes fumo atq; caligine omnia repleta adducebat: tamen ad montem populum moyses q̄uis ipse q̄; huiuscemodi uisu timore perculsus ita erat: ut celare id minime posset. Sed uel ipsius corporis motibus commotum se patefecit. nec. n. tantum per oculos uerꝫ etiam per auditum terror animos inuadebat. Cum sonitus desuper ueluti buccine aut tube dirumpere subiecta locorum spatia uideretur: eratq; eis tanto terribilior quanto magis accedebant: qđq; mirabilius est: articulatus erat. Nam aer absq; uocalibus instrumētis non inanem orationem significantem diuina formabat uirtute que populo leges atq; instituta ponebat. Que omnia cuꝫ ferre populus non posset: impetrauit a moyse ut a deo ipso mediante lex sibi traderetur: nec se quicq̄ retractaturum. Sed omnia sicuti ab ipso deo per moysem sibi tradita crediturum asseruit. Ita populus qdem ad subiecta montis loca relabitur. Moyses uero solus in montem relictus contra q̄ ceteri homines pati solent affectus est. Nam cum ceteri omnes desolati magis in societate minus timeant: ipse derelictus solus audacior factus est: unde patuit non ut timidum quendam ꝑterritū in principio fuisse: sed caritate timentis populi fuisse com-

motum. quare cum quasi onus quoddam timorem populi depo-
suerit: ac in se ipso factus esset: tunc etiam in ipsam caliginem
audacter ingreditur. Itaq; ad penetralia diuinorum ingressus
nec iudeis amplius uisibilis solus erat: cum inuisibili ut nos ut
arbitror his gestis instrueret quod oporteat. Siquis uelit esse
cum deo omnia hec que uidentur contemnere: ac mentem
suam ad inuisibile atq; incomprehensibile quasi ad summita-
tem montis dirigere. Ibiq; credere deum esse: quo peruenire
cogitatio non potest. hac igitur in summitate montis consti-
tutus moyses diuina suscipit mandata: que uia doctrinaq;
sunt ad uirtutem: cuius caput est pietas: ut scilicet condecen-
tes de deo opiniones habeamus: qd omnem cognoscibilem spe-
tiem omneq; supexcedat exemplum nulli rei que cognoscit
similis. Iubet .n. ad nullam rem que comprehendi possit respi-
cere: nec iis similem putare naturam: que super omnia est:
que comprehensionibus cognoscuntur. Sed esse qdem ipsam
credere oportere. quanta uero aut qualis aut unde aut qmo-
do sit non esse querendum cum eo peruenire humana ingenia
nequeant. Ad pietatem autem & adduntur illa que morum
sunt castigationes in genere uel in parte distributa. In genere
qdem totam simpliciter iniustitiam propellit lex illa: qd opor-
teat proximum amare: quo stabiliter constituto necessario se-
quitur nihil aduersus proximum cuiq esse faciendum. In
parte uero parentes colere ac carminibus q diligenter enume-
rantur cauere precipit quibus legibus quasi instructus ad
sublimiora transit mysteria: tabernaculo diuina uirtute si-
bi proposito. Tabernaculum autem erat templum inaudita
quadam uarietate pulcherrimum: propulea columne corti-
ne mensa & candelabrum & thuribulum altare ac propitiato-
rium & quod intra sancta est aditum & impenetrabile. Quo-
rum omnium dispositionem & pulchritudinem partim ne
memoriam fugiat: partim ut etiam posteris miraculum sub

appareat non picture tradere sed materiali edificatione imma
teriali illud exemplar diuino consilio splendidis acceptis mate
riis imitari compellitur. Fuit igitur plurimum aurum in
columnis circumfusum & cum auro argentum cacumina & ba
ses eorum exornabat: ut uarietate coloris sicuti arbitror ma
gis fulgerent. Sed eris quoque materia non inutilis usa est. Ca
pita .n. & bases columnarum ex ere facte sunt. Cortine porro
atque tentoria totiusque templi septum & super columnas exten
sum tectum omnia per texturam artem conueniente singu
lis attributa materia conficiebantur. Aliis ex hiacintho & pur
pura erat tinctura & igneus cocci rubor. Splendor quoque by
ssi natura ipsa productus ac sine arte confectus color. In aliis li
num in aliis capilli prout texture usus petebat assumebatur.
Sed rubricate quoque pelles nonnumquam accepte sunt. Verum hec
postea quam de monte descendit per ministros secundum expositum
sibi exemplar moyses construxit. Tunc autem cum in illo adhuc
absque manu constituto templo esset: quibus sacerdos uestibus
quando in templi penetralia intrandum erat uteretur. de in
teriore simul atque exteriore amictu leges posuit. Initium non
ab interiore sed ab exteriore faciens. Superhumeralia uariis
coloribus quibus tentorium ornabatur ac insuper auro distin
xit. Vncinos quoque fecit & catenulas: smaragdos in circulum
auro connectentes. Hi lapides tum natura uirides atque fulgen
tes tum sculptura mirabiles uidebantur. nec ad simulacrorum
figuram aliquam sculptura tendebat. Sed patriarcharum no
mina sex in singulis lapidibus erant impressa. Ex his ad interio
rem partem scuta quedam dependebant: & complicate catene
inter se permutatim in quendam numerum atque rithmum mo
do retis connexe a fibulis ex utraque parte desuper a scutis exten
se ut magis connexio perfulgeret. In his erat ex auro fabricatus
ille ornatus pectoris in quo diuersi patriarcharum numero la
pides tres in singulis ordinibus ordines quatuor fuerunt. Tri

biuum nomina litteris exprimentes. In his erat tunica inter hu-
meralia ad talos a ceruicibus delapsa: aptissime composita. In
his erat inferior limbus non texture uarietate solum uer(um) &
aureis appendiculis pulcherrimus. hec au(tem) erant aurea tin
tinnabula pomaq(ue) punica: uicissim dictum limbum ambe
unt ea. In his erat caputium & lamina pontificis imminens fro(n)
te ex auro purissimo mirabili quadam figura formata: &
cingulum quo circu(m)fusus amictus sustinebatur & ornatus
occultior ac cetera omnia que per enigmata in amictus spe
tie sacerdotalem ostendunt uirtutem. hec a deo ipso p(er)doct(us)
maiorq(ue) se ipso hac effectus doctrina descendit a monte ad su
os: ut eos eandem disciplinam doceret & leges eis proponeret.
Ferebat n. tabulas manibus non manu factas sed ipsius dei op(us)
pariter tam materia q(uam) littere in materia impresse. Ver(um) popu
lus qui ante q(uam) legis auctor descenderet pietatis frenum excu
sserat: hanc gratiam non meruit. Nam cum quadraginta die
bus ac noctibus nullius indigens rei quibus hoc corpus suste(n)
tatur immortali uita sub illa caligine moyses uiueret quasi pue
ri cum pedagogi non absunt sic populus aduersus aaron con
citatus impulit eum ut ad simulacrum adorandum dux eis
fieret. Simulachrum autem uitulus erat. quare offensus moy
ses prupit tabulas: ne in homines indignos tanta res deueni
ret. deinde leuitis administrantibus populi sanguine scelus
expiauit. Simulacrum contriuit deum hac ira sua propitia
uit. & sic rursus quadraginta dierum spatio tabulas a deo im
petrauit: quas ipse q(ui)dem composuit: deus autem proscripsit.
Sic igitur postq(uam) diuino exemplari tabernaculum ipsis edifica
uit. propylea cuncta interiora thuribula altare candelabru(m)
propitiatorium. In aditis sacerdotii ornatum uarium sacrifi
ciorum modum alium in purgationem alium in agendis gra
tiis alium ad auertenda mala imminentia alium ad expianda
peccata. Hec omnia postq(uam) optime p(er)fecit atq(ue) constituit: suoru(m)

perpessus inuidiam est. Soror. n. maria diuino fratris honore
commota non nihil locuta est: qui diuina ira commota ue -
locem intulit punitionem: quia in re mirabilis clementia in -
auditaq; mansuetudo moysi uisa est. Non. n. solum iratus in
inuidenti non fuit: sed deum etiam orationibus sorori propi
tium reddidit. Cum uero multitudo uoluptate uicta carnes
edere desideraret: meliusq; se in egypto uixisse ubi carnibus
abundabat: q̄ celesti cibo in deserto predicaret. Tunc deo moy -
ses rem commisit. Deus uero mira multitudine aues per stati
ua iudeorum circumuolantes gregatim sic immisit: ut au
cupium esset facillimum. Quarum carnium nimium reple -
ti in morbos deciderunt: mortuiq; non pauci fuerunt. que
res residuis exemplo ad modestiam fuit. Exploratores deinde
ad promissionis terram mittuntur: qui reuersi non idem om
nes sed multi pene impossibilem esse transitum nuntiarunt.
Vnde rursus multitudo aduersus moysem commota fuit: mt -
tiq; desperarunt se posse illuc peruenire: qui omnes diuino
iudicio condemnati non uiderunt quod se posse uidere despe -
rarunt. Proficiscentes autem per desertum cum rursus aque
penuria premerentur: nec ullam miraculorum dei teneret
memoriam: tam aduersus deum q̄ aduersus moysem impie
conclamabant. Cum moyses quoq; ipse uisus est propter perfi
diam populi dubitasse. Verũtamen ex acrotomo illo lapide rur -
sus fontes aquarum mire produxit. Paulo aũt post egyptiacaꝫ
uitam & uentris nimiam repletionem iterũ expetierunt. qua
ob rem serpentes uenenosis morsibus diuinitus eis immissi. Cũq;
plures hoc modo in dies perirent: diuino nixus consilio moy -
ses es in serpentis confudit figuram: quam in tumulo q̄dam
imposuit: iussitq; ut quicunq; serpentis morsu laborarent. In
ereum serpentem aspicerent: atq; ita pestiferum ex morsu
serpentum morbum fugauit. Immittebantur. n. ex uisu q̄si
antidota quedam in corpus quod serpentum uenena imbeci

lliora reddebant: quod ut possent homines occidere. Rursus populo in eum seditione insurgente ac non nullis in se ipsos transferre sacerdotalem dignitatem conantibus. Moyses quidem pro peccantibus orabat. Deus uero non ut ille orabat: sed ut iustum erat hiatu terre omnes seditiosos qui in moysem insurrexerunt absorsit. Qui autem sacerdotii cupiditate exarserunt: igne cremati circiter ducenti & quinquaginta exemplo suo ceteros castigarunt. Verum ut crederent non ab hominibus sed a deo sacerdotii gratiam concedi: uirga litteris a quo esset allata significante per unamquanque tribum assumpta est: quas in templo moyses apposuit: ac postero die sententiam de sacerdotio dei omnibus ostendit. Sola. n. aaron uirga floruit: fructumque edidit. Nux autem erat fructus: quod quidem miraculum etiam infidelibus maximum omnium uisum est. Stupentibus scilicet quomodo siccum ac leuigatum lignum tam paruo temporis spatio arboris naturam suscepit atque perfecit. Nam pro uligine terre pro cortice pro humore pro radicibus & ramis diuina uirtus ei suffecit. Procedebat deinde ulterius cum populo moyses: edixitque regiam ut dicitur uiam esse custodiendam: ne uidelicet ad dextram uel ad sinistram declinarent: neue quicquam habitantium ea loca arriperent. Coloni autem locorum parum his contenti a transitu prohibebant. Sed pugna uicti concesserunt inuiti: quod sponte dare noluerant. Post hec Balach madianitarum gentis magne princeps affinium exemplo perterritus non ab aliis principibus nec armorum & exercitus sed a balaam augure quodam qui magicis artibus ac demonum inuocatione claruerat: famaque de ipso erat: sepius ciuitatibus etiam ingentibus suis artibus nocuisse auxilium petiit. Is cum ad regem balach iter faceret: asine uoce non prosperam eam sibi uiam fore instruitur: & uisione quadam quid faciundum esset didicit: ac demum in locum maledictionis magice tales de iudeis misit uoces: ut uer-

ba eius aperte essent diuinationes. Ita balaach uincitur: sed po
pulus in bello uictor non parua ex parte luxuria uincitur.
Tunc phines zelo uirtutis uno ictu tam iudeum q̄ alienige
nam mulierem in ipso impudico actu confodit. quo facto
diuina in eos qui peccauerunt ira cessauit. His ita gestis ascen
dit in altum moyses montem: & procul repromissam maiori
bus suis terram speculatus humanam uitam exuit. Ita ut
nihil in terris huius migrationis sue signum relinqueret. Mi
rum autem est qđ nec forme nec pulchritudinis sue quicq̄
nec ex facie sua resplendentem gratiam nec oculorum aciē
uel temporum quibus cum hominibus erat spatia uel labo
res comminuerant. Sed uno eodemq; modo uirtutes corpo
ris atq; sensuum in eo semper uiguerunt. Hec quidem sunt
que de illo uiro ab historia diuina pcepimus: que cursim
narrata iam tempus est proposito nostro accommodare: ut
uideamus ueteris scripture historiam ad perfectam uitam
multum conducere.
Cum masculinam iudeorum prolem tyranni lex occidē
dam statuit: tunc moyses nascitur. quonam igitur pacto
dicet quispiam si tunc forte a tyranno lex aduersus infantes
lata est. Cum moyses in matris uentre ferebatur huiusmodi:
ego partum imitari potero. Nec. n. in potestate hominis
est cum uoluerit nasci. Sed hoc literalis sensus historie est:
que ut ad mores accommodetur altius intelligenda. Cuncta
ergo que in mutatione ac fluxu posita sunt: nunq̄ firma
manent. Sed alterum ex altero gignitur: & aut ad melius
aut ad peius semper exitus fit. In hominibus autem carnalis
hec & pturbationum plena dispositio que tyranno ac hosti
humani generis placet: ac ideo eam fouet: uitaq; donat per
muliebrem sexum ostenditur. Virilis uero partus hosti con
trarius atq; suspectus uirtuosam uitam significat. Est autem
uita humana mutationi semper supposita. Quare oportet cū

Omnia
fluxa

Mysterium vite Moysi ad perfectam vitam

non sit eterna & immutabilis semper nasci. Sic autem nasci, nō aliena fit appetitione nec extrinsecus ut in corporali natiuitate sed electione propria unusquisq; nascitur. Vnde fit ut nos ipsi patres simus nostri qualescunq; nos uolumus electione gignentes: & aut marem aut feminam, uitii aut uirtutis ratione fingentes. Itaq; licet nobis profecto cum audiamus quāta hostis noster afficiatur mestitia masculine prolis idest uirtuosi uiri natiuitate: licet inq̄ nobis mares nos ipsos gignere: ac parentibus nostris cogitationibus scilicet bonis que uirtutem pariunt uoluptatem afferre. Iocunda .n. est cogitatio uirtutis: que uoluptas, facile facit ut in uirtute perseueremus ac contra tyrannicas etiam leges atq; instituta uiuamus. Id igitur enigmate historie ueritas nos docet: ut omni diligētia studeamus. In hoc partu qui in nobis est ita nasci ut hosti nr̄o partus noster molestus sit. nemo .n. hosti mestitiam affert: nisi ea signa ostendat quibus ille uictum se possit cognoscere. Est autem eiusdem uoluntatis masculam edere prolem: ac eã conuenienter nutrire: & quomodo in aquis saluari possit prouidere. Nam qui hosti partus suos interficiendos condonant: hi nudos filios fluctibus exponunt. Fluctum autem aquarum hanc uitam dico. In qua perturbationibus alternis multi obruuntur. at uero cogitationes recte rationesq; uirilis partus parentes fiscella muniunt: quos genuerunt: ne undarum impetu confringantur atq; submergantur. Est autem ueluti uirgulis diuersis compacta fiscella doctrina ut arbitror ea que multis atq; uariis disciplinis in unum collecta super fluctus huius uite fert: neq; immergi patitur: sed impetu exagitata tandem ad ripam extra huius uite turbationes animū educit. nā quidem ipsarum rerum ita fieri crediderim. Videmus .n. re ipsa si quis turbini ac procellis humane uite resistit: nec se obrui patitur: eum a corrupta hominum societate ac uita tanq̄ onus graue reiici atq; repelli: quam qui effugit uagitū

Virilis partus

Fluctus vita nostra

Fiscella doctrina

imitetur moysi: nec lacrimis parcat. lacrima .n. fidelis qui-
dam custos eorum est qui ueram querunt uirtutem. Quod si
filia Regis
regis sterilis filia doctrina uidelicet exterior que semper
parturit & numquam uiuum educit partum: que nullum umquam
tantis laboribus condignum fructum produxit: que uentrem
inflat quasi aliquod uiuum prolatura: & tandem imperfe-
cta & inania semper suo abortu edit. in filium adoptauerit.
eousque se false matris filium uir bonus profitebitur: quousque
imperfectior atque tenerior etas sit. Qui uero ad maiorem iam
etatem peruenit: eum pudebit eius se falso filium appellari:
que naturaliter sterilis atque inanis est: nisi tandem uera fouea-
tur doctrina. Quare tantum egyptiorum assidebit regine:
quantum opus erit ad hanc inferiorem doctrinam percipien-
dam: ne omnino expers humanorum preceptorum esse uidea-
tur. deinde ad propriam matrem totus recurret. Quam uel
quando sterilis regine filius putabatur: non omnino reliquerat.
Id .n. mihi uidetur historia nobis significare: cum asserat ma-
Lac proprium fidelium
tris proprie lacte moysem enutritum oportere uel cum ex-
terioribus interioribus annis dati sumus: ecclesie lacte nu-
triri. mores consuetudines exquisitamque uiuendi normam
quibus altius animus ascendit perdiscere ac obseruare. Inimici
autem duo inter se colluctantes hebreus atque egyptius inter
quos medius factus moyses cum eos conciliare non potuisset:
egyptium interfecit. Pietas sunt atque impietas primam scrip-
ture sacre per hebreum significare instituunt. Alteram secu-
laris ac exterior doctrina nugis suis insinuat: quam qui moy-
sem imitatur: immo ictu reluctantem occidit: nec aduersus
piissimam fidem insurgere ipsam patitur. Quod quam etiam latius
id accipere pro omni uirtute ac uitio possumus. Est .n. quasi
medius inter iustitiam ac iniustitiam luxuriam atque mode-
stiam humilitatem atque superbiam. Ceteraque huiusmodi propo-
situs homo docet. Igitur nos exemplo suo moyses radicitus

tollenda esse uitia. Virtutem autem tanq̄ nature nostre consentaneam amplectendam esse atq; fouendam. Rixa uero que inter iudeos facta sedari a moyse non potuit: nostrorum sunt de dogmatibus ecc̄lie colluctationes: quas si sic sedare non possimus: ut iniuriantem deprimamus: fugiendum protinus ad sublimiorem sacramentalemq; doctrinam: ac alienigene rursus. si res ita cogit id est seculari doctrine parumper cohabitandum: ut paruos pastores a puteis expellamus. Versutos uidelicet hos malignosq; doctrine professores qui rerum scientia ad ignorationem creatoris abutuntur. quibus repulsis sic uiuemus: ut pugnantibus non misceamur: nec pturbemur reluctatione multorum. sed motus animi omnes, tanq̄ oues pastori, sic rationi obtemperantes gubernabimus. qua qdem in norma uiuendi perseuerantibus mirabili suo ueritas splendore nobis apparebit: animiq; oculos sub aperiet atq; illuminabit.
Deus autem est ueritas que tunc in ueperibus moysi uisa est: ad quam nos adducit recte uiuendi ratio & pturbationum animi propter ueritatem repulsio. Que quidem ueritas non de celo illucescit: ne a stellis deflussa lux uideatur: sed abrupto ipsoq; spinoso ab humanitate uidelicet saluatoris effulgens ad cognitionem sui per euangelicam nos tubam reuocat. hinc etiam mysterium illud uirginis figuratum esse quis nō uiderit. ab ea nāq; deitatis lux assumpta carne illuxit hominibus eamq; omni modo incorruptam seruauit uirginitatis uiriditate nullo pacto commutata. que qdem lux cum nobis illuxerit: primo docebit quid faciundum sit: ut possimus ad ueritatis radios accedere: qđ calcei soluendi eiciendusq; sit undiq; omnis amictus pelliceus ac terrestris & sordidus passionum estus: ut ipsius qui est cognitio possit suspici que opiniones de eo qui non est falsas penitus repellat. Hec. n. est ut ego sentio ueritatis diffinitio: firma eius qui est intellectio. falsitas. n. est phantasia quedam circa id quod non est compr̄hensio

Rixam iudei
artibus ...
Lux in ueperibus
Calcei soluendi
ueritas

quasi subsistat quod non est. ueritas autem est eius quod uere est firma intellectio. Longis autem spatiis temporum altiori per quietem animi meditari oportet: ut firmiter intelligere possis quid sit quod uere est: quod natura sua est: quod quod non est: quod solum esse uidetur: cum per se atque naturam suam minime subsistat. Mihi enim uidetur magnus ille moyses ea in uisione didicisse nihil earum rerum que aut sensu comprehenduntur aut mente perspiciuntur preter supremam essentiam que omnium causa est & a qua omnia dependent uere subsistere. In nullo enim ceterorum impendentia perspici potest. Itaque absque participatione ueri entis possit esse solum.

Solus deus vere est

Id eodem modo semper se habet: numquam augetur: numquam minuitur: equaliter ad omnem mutationem. tam ad peius quam ad melius immutabile. peius enim ibi aut malum non est. melius inueniri non potest. quare solum nulla re alia indiget. & solius cuncta indigent: solum cuncta appetunt. solo cuncta participant: & que participant per participationem & sunt & bene sunt. quod autem participatur: numquam imminuitur. Id igitur profecto est quod uere est: & huius ueri entis intellectio. ipsius ueritatis est intellectio: ad quam tunc accesserit moyses: & nunc quicumque sicuti ille a terrestri se ac pelliceo absoluit amictu diuinam ex rubro lucem prospiciens que uidelicet ex carne nos illuminauit que est lux uera & ipsa ueritas ut euangelium dicit. Tunc talis efficitur: ut alios quoque in libertatem uendicare tyrannidis iniustum principatum deponere. Seruientes denique ipsos in terram repromissionis reducere commutate dextere & uirge in serpentem uerse auxilio idest fide incarnationis uerbi coadiutus. Nam si moyses iis nixus miraculis a seruitute tyranni hebreos liberauit: non iniuria incarnationis mysterium quo & diabolus depositus & humana natura liberata est: per hec arbitramur significari: presertim cum tam prophetica quam euangelica auctoritas ad hanc nos inducat

sententiam propheta .n. dicit. hec est mutatio dextere excel-
si. Nam & si natura diuina nullo pacto mutari queat: in eo Quo(modo) dex(tera) mutat(ur).
tamen quod ad assumendum hominem descendit: imbecilli
tatemq; nostram uere suscepit: commutata dicitur: & sicut
moysi manus e sinu educta uisa est commutata: rursumq; in
sinum reducta in naturam suam reducta est. Simili quodam
modo unigenitus dei filius cum in sinu patris est: dextera ex-
celsi est. Cum uero e sinu patris ad nos uisitandos descendit: se
cundum nos factus, quis immutabilis sit ipse natura; commuta
tus tamen dicitur. At uero postq(uam) morbos nostros sanauit natu
ramq; nostram in sinum suum reduxit. Sinus autem filii pater Sinus filij p(ate)r.
est. Tunc sicuti etiam semper ipse non mutatus: quippe q(ui) im
passibilis atq; incommutabilis est: mortalem hanc & corruptibi
lem naturam in immortalitatem atq; immutabilitatem c(on)uer-
tit. Virge autem in serpentem conuersio neminem christianor(um) virga in serpente(m)
conturbet. quoniam ad incarnationem uerbi a nobis accommo
datur. Nam & si animal id parum accommodari sacris myste
riis posse uideatur: ipsa tamen euangelica ueritas hanc imagin(em)
non om(n)i(n)o contemnit: cum dicat sicut moyses exaltauit serpen
tem in deserto: sic filium hominis exaltari oportere: cuius ra-
tio patet. Nam cum diuine littere, peccati patrem, serpentem
nominet: profecto quod a serpente natum est serpens est.
Quam ob rem peccatum parentis sui nomen merito suscepit:
serpensq; iure appellatur. At uero dominum propter nos pe-
ccatum esse factum apostolicus sermo testatur. Suscepit .n.
mortalitatem nostram: qui peccando mortales facti sumus.
Quare si peccatum serpens est: dominus au(tem) peccatum fact(us)
est: patet quod sequitur. na(m) qui peccatum factus est: serpes
factus est: & id propter nos ut egyptios serpentes qui per ma
gos uiuificari uidentur consumat & destruit. quo facto rur-
sus in uirgam uertitur: qua delinquentes castigantur & co(n)
solantur qui arduam ac difficilem uirtutis pagunt uiam

Baculo fidei optima spe innixi. Est. n. fides rerum quas speram(us) substantia: quas quicunq; mente concepit: quasi deus eoru(m) fit: qui ueritati resistentes carni ac falsis rebus attendunt. qui bus inane quoddam esse uidetur: eum audire qui est. Ait. n. pharao: quis est cuius uocem exaudiam non cognosco domi num. Solum autem putatur honorabile ac iocundum quod terrestre atq; carnale est: quodq; corporis sensus nimia uolup tate titillat. Qui uero lucis splendore corroboratus est: ingen tesq; hinc uires & auctoritatem in aduersarios cepit. Is sicuti athleta satis exercitatus confidenter ac magno animo in hoste(m) descendet. Virgam illam in manu retinens fidei uidelicet ense(m): quo serpentes egyptiorum confodiet atq; uincet. Sequetur autem ipsum coniux alienigena humana uidelicet hec erudi tio cuius sunt non nulla ad liberorum procreationem utilia. Moralis. n. naturalisq; ph(ilosoph)ia coniungi potest p(ro)fecto sublimiori uite: carissimaq; coniux eius ac socia fieri dum eius partus nihil alienigeni sceleris secum adducit. Q(uo)d nisi quis circu(m)cidat atq; auferat mortis periculum angelus obuiam factus incuti et: quem uxor moysi tunc placauit: cum ablatione preputii quo alienigene cognoscuntur atq; contaminantur: mundu(m) filium suum effecerit. Quod q(ui)dem enigma historie facile q(ui)s per ea que dicta sunt ad christiane uirtutis pietatisq; increme(n) tum adaptare poterit. Habet. n. philosophie saculi partus hu manaq; disciplina carnale quoddam preputium quo circu(m)ci so quod relinquitur israhelitice inuenitur esse nobilitatis: ut exempli causa: Immortalem esse animum philosophi perhibe(n)t. id pium est, de corporibus in corpora transire uolunt: & de ratio nali natura etiam in rationis expertem transilire non nulli asserunt. hec quasi preputium circu(m)cidenda sunt: proculq; om(n)io abicienda, deum esse non negant: Creatoremq; omni um a quo cuncta dependeant uere asseuerant: ac rationibus quantum fieri potest demonstrant. Sed ad creationem n(ost)ra(m)

uxor alienigena Moysi

ph(ilosoph)ia secularis

egenti artifici supponunt: multaq; alia huiusmodi sunt ueris excogitata rationibus sed absurdis atq; falsis oppositionibus maculata: que si tollemus: propitius nobis dei angelus fiet. horum dogmatum partu tanquam diuino & ab ecclesia christiano non alieno exultans. Sed repetamus hec breuiter: ut uideamus quo pacto fraterna nobis suffragia subueniant. Primum igitur in initio ipsius uite cum uirtuose uiuere moyses maluit quam regine filius absq; uirtute nuncupari: bellicosus quidam casus ac militaris ei occurrit: egyptio ad hebreum ac rursus hebreum ad alium sui generis insurgentibus. Deinde cum iam omni nostro uirtutis longaq; premeditatione exercitationeq; ac demum diuine lucis uisione a terrenis in altiora fuit arte eleuatus. Placabilis & optata fratris sibi occursatio facta est. Diuinitus ut ei obuiam ueniret excitati. Nam profecto si tropologice id accipiemus: tunc manifeste diuinum ad uirtutem nobis patrocinium concedi reperiemus: cum uirtuose iam ac pie uixerimus: quod quidem patrocinium prima generatione & creatione nostra antiquius est. prius enim creatum: sed tunc apertissime apparet: cum nos ipsos attentione ac cura meliori uite reddiderimus: ac pro celo fidei & uirtutis certamina suscipimus grauiora. Verum ne enigma historie per enigmata exponi uideatur: latius quod sentio explanandum est. Occultiore quadam traditione uerus sermo ad nos usq; descendit: quo creditur posteaquam in peccatum natura nostra lapsa est: non omnino a clementia diuina neglectam nec absq; suo patrocinio dimissam sed angelorum qui natura incorporei sunt aliquem in adminiculum cuiq; constitutum fuisse natureq; nostre corruptorem. In omnibus contra annitentem prauum aliquem atq; maleficum demona ad male uiuendum homines impellentem ad singulos destinasse. horum autem medium factum hominem: quorum alter uirtutis premia que spe atq; fide preparantur: cogitationibus offert: alter titillationes & uoluptates carnis suggerit: ani-

Cuique duo angeli dati

numq; suum quasi speculum bonorum que firme spei nostre proposita sunt effecerit. Ita ut mentis oculo oblatas diuina gratia uirtutis speties queat recipere. Tunc ei manifestius fratris adminicula undiq; apparent secum aduersus hostes armati fraterni quodammodo hominis animo angelus est: rationali quippe ac intellectuali natura secum annectitur: qui tūc maxime nobis assistere uidetur: cum pharaoni appropinquam⁹.

Nemo aūt historie ueritatem per omnia nos cogat ad propositum accommodare: nec siquid non consentaneum huic tropologie in historia ueniat. Idcirco uniuersam hanc intelligēde scripture uiam aspernetur atq; contemnat: sed recordetur ab initio statim nos dixisse magnorum uirorum uitas ad exemplum & imitationem diuinitus nobis esse propositas. Itaq; cū per earundem rerum seriem per eosdem uite casus aut materiem minime possimus eos imitari: quomodo .n. iter in egypto eo pacto erit populus? aut quomodo tyrannus muliebrē prolem uiuificare? masculinam occidere reperiet? ceteraq; omnia que historia conscribit: ubi quis inueniet? nullibi profecto. Quare? quoniam eisdem in rebus beatos uiros imitari non possumus: ad mortalem uitam ab historica serie omnia traducamus: que beneuiuendi rationibus congruunt. Potuit .n. profecto deus ad posteriorem perfectionem priscorum uitam in exemplum altius intellectam accommodare. quare siquid historice dictum non omnio proposito conuenit: id pretermittentes ne series expositionis intercidatur: que idonea sunt coniungemus. Hec dixi: nequis mihi deiciat congrue quod hic per aaron fratrem moysi maiorē angelum custodē nobis diuinit⁹ datum nos subintellexisse. Nam & prior natura angelica est: & intellectuali ac incorporali cum humano uideretur animo conuenire: nec dubitare se auxilio nobis maxime tunc esse: cum aduersus incorporales hostes insurgimus. Non tamen recte pro hoc quasi fratre nobis angelo semp

aaron

aaron capi posse. Nam cum aaron dux hebreis ad idolatriam fu
isse uideatur: ut historia tradit: quomodo eum pro duce pietatis
angelo positum ab historia credendum est. Hoc igitur pretermi
ttendum forsan erit: si omnino accommodari non possit. quamuis ange
li quoque nomen ut et fratris ad utraque partem a scriptura positum
inueniamus. non enim dei solum uerum etiam sathane angelum di
cimus: nec bonum tantum sed etiam prauum fratrem nomi
namus. fratres enim inquit scriptura sint in necessitatibus utiles.
In meliorem hic partem fratris nomen accipiens. In peiorem autem
accipit: cum dicat omnis frater calcaneo supplantabit. Verum ex
quisitius hec in loco suo considerabimus. Qui autem uisione
diuine lucis se ipsum corroborauit ac talem fratrem adeptus
sit: qui sibi adesse in periculis non timeat: is iam confidenter
populum alloquatur: et in memoriam paterne nobilitatis addu
cat: Sententiamque dicat quomodo fimum ac lateres aliosque serui
les labores effugere poterit. Sed diligenter aduertendum oro
ne nos fugiat quod apertissime historia ipsa predicat. Videmus
enim moysem antea quam perfectiore se uirtute firmauerit: duos in
ter se contendentes homines conciliare nequisse. Postea uero cum
sibi ipsi longo temporum spatio uacauerit: a multis hominum
milibus facile in protectorem recipi. Magna igitur uoce scrip
ture auctoritas clamare uidetur: non insiliendum esse ad docen
dam instituendamque multitudinem: nisi prius magna diligen
tia magnisque laboribus eam fueris auctoritatem adeptus: ut au
ditores uerbis tuis facile acquiescant. Cum igitur sententiam
moysi populus comprobasset: libertatisque desiderio exarsisset:
incitatur tunc hostis et maiore labore ipsum comprimere cona
tur. quod re ipsa hodie fieri uidemus. Nam multi: ne omnes
dicam eorum qui sermonem de libertate receperunt ac predi
cationi euangelice paruerunt: ad hunc usque diem a tyranno
ac hoste humani generis multis ac grauibus tentationibus com
primuntur: quibus multi meliores firmioresque in fide facti sunt

prelatio non arroganda

Tanq̄ aurum igne: sic doloribus comprobati. Nonnulli uero pi-
get dicere franguntur aduersis: maluisseq; dicunt non audi-
sse ueritatis & libertatis sermonem q̄ ea de causa tā multis
laboribus incidisse. Id ipsum tunc quoq; fiebat hebreis ex pu
sillanimitate libertatis ministris accusantibus: sed non cessabit.
Ideo predicatio ad libertatem & ueritatem nos reuocans: etiā
si multi quasi pueri atq; infantes tentationes ꝑtimescant. Ty-
rannus. n. ac hostis noster humane nature deprauator sem
per studet ne ad celum oculos eleuare possimus. sed in terrā
continuo inclinati latores in ea ex luto faciamus. Nam quic-
quid in hac uita inuenitur quo quis materialiter ac sensuali
ter fruatur: id aut ex terra est aut ex aqua: siue ad uentrem
siue ad diuitias pertineat. Horum autem elementorum mi
stura lutum erit: quo repleti qui ad lutosas has inhiant uo
luptates: nunq̄ se plenos retinere possunt. sed q̄uis semper se
impleant: semper tamen uacui sunt. Nam quemadmodum
laterum fictor aliud atq; aliud lutum forme qua lateres fi
gurat imponit: adeo ut forma plena semper & uacua semper
luti dici possit. quoniam cum hoc receperit atq; firmauerit:
nullus amplius usus ipsius ad hoc est sed ad aliud ad quod ua
cua est. Sic appetendi uis siquis eam his terrenis cupiditati-
bus replere studeat: & siquid in dies cupit assequatur: eoq; se
repleat. uacua tamen semper est: cum ea que habuit respuat:
& in aliud atq; aliud continue feratur. Nec finis miserrimi ar-
doris cupiditatum esse potest: nisi quis carnalem uitam repe-
llat. Palee uero quas lateribus immiscere coguntur: iam a sa
cratissimo euangelio & diuina apostoli tuba quid significet
expositum est. materiam. n. ignis per culmos & paleas ostēdi
confirmat. quam q̄dem materiam ignis is sibi preparat qui
terrenis obruitur uoluptatibus. Verū quando aliquis eorū
qui uirtutis prestantia excellunt a seruitute ad libertatem
submersos in uitiis homines uendicare conatur. Tunc cauilla-

Concupiscentie uis

tor is qui uariis ut apostolus ait aduersus animas nostras utit̃
uiis. Contra diuinam institutionem cauillationes fraudulen
tas inducit. Hec dico ad egyptios dracones respiciens qui uarias
fraudis artes diabolice ad pernitiem hominum excogitatas si-
gnificant: quas uirga moysi destruit atq; consumit. Incarna
tio uidelicet uerbi sicuti iam diximus; qui autem hanc uir
tutis ac fidei uirgam habet: que cum uirga ueritatis sit diabo-
li fraudulentas diabolici uirgas consumit. Via recta consequẽ-
ter ad maiora procedit miracula: que qdem miracula nõ ut
terreant audientes sed ut prosint credentibus fiunt. Nam
eisdem miraculis hostes expugnant. fideles muniuntur. deii-
ciuntur alieni. eriguntur nostri. illi comminuuntur. nos
augemur. Sed primum generaliter quid hec miracula intẽ-
dant: quomodoq; fiant pstringamus. deinde facile singula
speculabimur. Veritatis igitur hec summa doctrina ad dispo
sitiones hominum qui eam audiunt commutari uidentur.
Nam cum equaliter omnibus quid appetendum & quid fugien-
dum sit: benigne ostendat. Is in luce ambulat: menteq; il-
luminatam habet qui ascultat & paret. qui uero resistit & ue-
ritatis radios ad animam suam non intromittit: is in tenebris
ignorantie pmanet. quapropter non est incredibile nihil ma-
li sensisse iudeos q̃uis una cum egyptiis qui uexabantur habita-
rent. Nam idipsum altius intellectum hodie quoq; fieri uidere
licet. Non .n. ignoramus in magnis presertim ciuitatibus in
contrarias de ueritate opiniones multitudine diuisa aliis lim
pidas aquas atq; potabiles esse: que quotidianis predicationibus
scriptureq; uocibus in anima sua scaturiunt. Aliis quoniam
puersis opinionib; egyptiorum imitamur malitiam. In san-
guinem corruptum euangelii atq; predicationis suauissimus
potus conuertitur: & quod peius est sepenumero fraudulenta
hec egyptiorum idest non credentium perfidia falsitatis macu-
la in hebreorum sanguinem potum aut conuertit aut cõuer-

heretici in intellectu

tere nititur. Conantur .n. friuolis utentes uanisq; ratiunculis nobis ostendere limpidas aquas nostras tales nos esse. Sed numq id facient. Nam & si aquarum superficiem quasi rubeam appa rere cauillationibus efficiant: bibet tamen israhel idest dei po pulus aquam ueram, nec etiam si uerisimiliter arguere aduer sarii uideantur: commouebitur. Sic pro ranarū quoq; spetie

Rane egyptie

deformi atq; loquaci cui dubia uita. Nam & aquaticum & ter restre id animal est: cuius saltus repens cuius aspectus turpissi mus: cuius e corpore intolerabilis fetor emittitur: quod domos lectulosq; ipsaq; penetralia egyptiorum sordidat: & hebreorum uitam non maculat. Varios malitie corruptiuosq; fetus qui ex fetido hominum corde quasi ex putrido limo nascuntur ītel ligimus. hec immunda ranarum multitudo domus eorum qui egyptiace idest uitiose uiuere malunt: habitat. In mensis eorū abundat: in lectulis assidet: In abditis eorum omnibus atq; recon

Sordida uita

ditis rebus inuenitur. uere nāq; sordida luxuriosaq; uita ex cor rupto fetidoq; limo passionum profecta dubium quoddam ani mal est: aquaticum scilicet atq; terrestre. Homo natura est qui ita uiuit: electione uero pecus pecudeq; sordidius. unde fit ut dubium quoddam animal hac uita efficiamur. Nam qui natu ram respicit: homines qui uitam considerat: non homines sed ex brutorum genere nos ipse putabit. Cuius qdem bruti signa tam in uniuersa domo q̄ in singulis inuenias partibus. Nam &

Picture luxuriose

in muris & in aulis diuerse ad luxuriam animi picture & ī ua sis sculpture impresse nequitiam predicant: quibus cogitatio ad cupiditates suas reuocatur: uituperosi spectaculi uisione ad ani mam usq; passionum estu pueniente: ne scilicet cupiditatum ardor extinguatur aut retundatur. Similiter si mensas si lectos uoluptuosi corruptiq; hominis considerabis: id ipsum inuenies: qđ si recondita abditaq; hominis huiusmodi non dico uascula & capsulas: multis .n. ea patent: nec aliena sunt a turpitudine ui te. Sed occulta mentis & animi pspicere poteris. Iam uero accu-

mulatarum ranarum putredinem reperies fetidam. At modesti hominis etiam oculus mundus est: & hec que ad luxuriam incitant spectacula respuit. Mensa quoq; similiter communis ac tenuis non magna carnium aut piscium onerata congerie.

Quod uero induratum adeo tyrannum fuisse dicitur: non te perturbet. neq; idcirco nequitie sue poenas euasisse ipsum putes: quoniam diuina potentia quasi coactus peccaret. Simile naq; id ei est: quod diuinus apostolus de iis qui conuoluuntur in turpissimis nefandissimisq; luxurie uitiis dicit. quod sicut nō probauerunt impii deum habere in notitiam: tradidit eos de' in passiones ignominie. Nam & si uerba scripture quasi diuinit' eos impulsos ad libidinem ac ignominie passionibus traditos sonare uidentur: nec tamen turpitudini deus quenq̄ tradit: nec pharao nolens ab ipso deo in duritiem impellitur: nec uita ranarum a uirtute conformatur. Nam si dei uoluntate atq; impulsu ita fieret: nec turpitudinis & uituperationis he passiones appellarentur: nec ulla esset inter uirtutem & uitium differentia: Ve℞ cum alius hanc alius illam eligat uitam: & hic uirtuose ille uitiose uiuere malit: non iure altiori cuidam necessitati sed uoluntati singulorum uiuendi normam attribuemus. Quomodo igitur uituperationis quispiam passionib; a deo traditur. Ipse apostolus aperte nos docet: qui non probauit deum habere in notitiam. Is cum a deo non defendatur: nec gratia eius unde esse bonum est sustentetur. nec .n. defendit deus nolentem cognoscere. Is unq̄ ab eo turpitudini tradi dicitur. Nam quemadmodum si quis de homine qui in foueam decidit: quoniam solem non uidit: idcirco in foueam ipsum incidisse asseueraret nullo nobis modo in mentem ueniret ab irato sole in foueam ipsum depulsum. Sed statim intelligeremus ideo in foueam lapsum: quoniam cecitate sua solis lucē aspicere non potuit. Sic oportuit scripture quoq; huiusmodi locos accipere. Indurauit igitur deus cor pharaonis: nō q̄a diuina

Hois modesti oculus.

uoluntas oium causa.

Indurauit cor.

uoluntas duritiem in animum eius induxerit: sed quia cum ipse uitiose uiuere maluerit: non suscepit rationem qua induratum in uitio cor pmollitur. Sic uirga quoq; moysi apparens in egypto hebreos a ranis mundat: egyptios ranis replet. Verum cum etiam pro egyptiis manus moyses extenderit: tunc & ipsi ad huiuscemodi abominato ranarum morbo liberātur.

Quod ita fieri uidemus in hac uniuersi generis hominum a diabolo liberatione. Nam qui prauis cupiditatibus quasi ranis immundis tabescunt. Si ad uerum legis latorem christum respexerint & eum manus in crucem extendisse uere crediderint: facile a cohabitatione ranarum liberantur: mortificato morbo huiusmodi ac putrefacto: quippe cum liberatus ab iis prauis cupiditatibus homo sit atq; hos serpentinos animi motus omnio eiecerit. Tunc delictorum que pestifera cupiditate uictus commiserat acerba nimium ac fetida fit recordatio. amaritudinem ex pudore ingentem inferens: ut ad eos apostolus ait: qui repudiata male uiuendi consuetudine uirtutem complexi sunt. quem igitur fructum in his habebatis: quorum nunc uos pudet. Hoc pacto etiam intellige per uirgam moysi egyptiis qdem atrum & tenebrosum aera esse confectum. hebreis uero eundem eodem in tempore atq; loco radiis refulsisse.

Quando sententia nostra maxime comprobatur: qd scilicet non cogens quędam diuinitus uis alios hominum in tenebris cespitare facit: alios in clara luce uersari: sed in nobis ipsis atq; intrisecus in nostra potestate uoluntate electione tenebrarum ac lucis causas homines possidemus: ut nunc uidentes nunc ceci prout uolumus certe fiamus. Nam etiam secundum historiam non muri non montes non alia huius egyptiis radios solis auferebant: sed equaliter qdem sole omnia pllustrante iudei luce diei fruebantur. Egyptii autem uidere non poterant. Sic luculenta splendidaq; uita uirtutis equaliter omnibus proposita: alij male agendo uitiorum tenebris obcecantur: alii uirtutis lumi

In nobis est lucem et tenebras sectari

ne resplendent. qd si postq triduo egyptii tenebris laborarunt:
adopertis per penitentiam oculis illico uiderunt non iniuria
presertim cum placabiles ille tenebre tam uerbo q sensu peccati
ac ignorantie tenebris conueniant. hanc a peccato libertatem
nostram a crucifixo factam tenebrasq; ignorantie morte ac
resurrectione ipsius repulsas ab historia significatum credide-
rim: maxime cum & ibi moyses pro egyptiis qui sensibilibus
tenebris laborabant: & hic christus pro peccatoribus qui delicto-
rum tenebris offuscantur manus extenderit. Puluerem aut puluis camini
de camino sumptum qui turgentia ulcera doloresq; intolerabi
les egyptiis inferebat: ipso nomine camini admoniti gehenne
ac ignis illius cruciatum significasse credimus: qui qdem ignis
solos uexat egyptios: idest ut sepius diximus male uiuentes & ex-
tensione manuum christi non adorantes. Siquis uero uere isra-
helita est: nepos habrae qd illius uitam fide ac opere imitetur:
is ignem illum non sentiet: extensione manuum moysi idest
christus liberatus. Scymphes uero illos qui occultis morsibus Scyphes
egyptios exagitarunt caninasq; muscas que corporibus morde-
do figebantur: locustasq; agrorum omnium uastitatem infe
rentes & fulmina simul cum grandinis lapidibus decidentia
non erit profecto difficile siquis dictorum seriem sequitur
conuenienter ad nostrum propositum ut decet accommodare
que qdem omnia egyptiaca uita querit & diligit. Dei autem
infinita iustitia secundum singulorum merita infert peccanti
bus: non decet historie litteram ita sequi ut deum putemus
cruciatus causam sed unumqueq; sua electione sibi dolores pre
parasse ac fecisse credere debemus: ut etiam apostolus ad huius-
cemodi hominem dicit: qd secundum duritiem tuam qa cor
tuum non penitet: iram tibi in die ire ac reuelationis & iusti
iudicii dei congregas: qui unicuiq; tribuit iuxta suorum ope-
rum merita. Nam quemadmodum praui ac perniciosi hu-
mores in precordiis ac intestinis lateant: non accusatur medic'

ho causa sui mali

qd eos ipse fecerit. Si arte ipsos in cutem ut appareant traxerit. Sed
effecit qdem illos inordinata dieta. Traxit autem in manifestius
non imperitus medicus. Sic cum dolores ac cruciatus hominib;
a deo factos audimus: intelligere decet a nobis ipsis initia & cau
sas earum uexationum fuisse. Qui .n. bene uixit: & non tenebre
non uermis non gehenna non ignis non aliud ullum & nomi
ne & re terribile imminet. Sicut ipsa quoq; testatur historia.
Nam cum in eodem simul hebrei cum egyptiis essent loco, crucia
bantur egyptii hebreis nihil sentientibus. Quare manifestum
est nihil harum poenarum absq; nostra electione ac uolūtate
posse consistere. Sed pergemus ad reliqua: si prius id predictis
addiderimus. Qd sicut moyses, sic quicunq; illum zelo uirtutis
imitatur cum longis magnisq; beneuiuendi exercitationibus se
ipsum confirmauerit & superiore uisione animum suum ualla
uerit atq; muniuerit. Tunc magnam iacturam putabit: si eiusdē
nature homines peccato seruiant: dabitq; operam dux eis ad li
bertatem fieri: cumq; ad ipsos accesserit comparatione ac opposi
tione peiorum ingens libertatis desiderium in animos suos im
mittet: ac demum iam e malis educturus primogenitis egyptio
rum omnibus mortem inferet. nec .n. alia ratione ac uia egyp
ti effugere uitam possibile est. Sed hic multis dubitatio accidit:
quonam pacto historia defenditur: ne iniusta ut dicunt diui
na sententia uideatur. Iniuriantur .n. aiunt egyptii & per illh'

Cur pueri egyptiorum puniantur

modo nati pueri puniuntur: & quam imperfecta etas aut boni
aut mali differentiam nouit: nonne uita infantium extra ma
lignam omnem perturbationem est: nesciunt ad dextram aut
sinistram declinare: ad solam nutricem respiciunt. Si quicq̄
dolorem infert: non separant ad defensionem. Sed ploratu so
lum ac lacrimis dolorem significant. Si quicq̄ quod nā appetit:
nanciscantur: surridendo uoluptatem ostendunt. Cur igitur
paterne prauitatis subeunt supplicia: ubi iustitia ubi pietas ubi
ezechiel clamans: Anima que peccauerit: ipsa morietur: nec pa

tris delicta suscipiet natus. Quomodo igitur historia nationi ad-
uersa est. Sed quid mali eis contigit: si uitam patrum iniquam
pueri effugerunt: & patres dolore immature mortis sue admo
nuerunt: q̄uis multa quoq; priscis illis temporibus que nō ma
gis propter presentes sub quibus fiebant q̄ propter futuros ad
quorum utilitatem altius reducta intelliguntur facta fuisse
non dubitauerim. Quid ergo hac historie figura docemur:
qđ oporteat primas cogitationes & prima peccandi initia & *p̄mi mot9 tollendi*
uias primas radicitus tollere. Nam qui principia destruxit:
is totum nequaq̄ admisit. Sic & dominus ipse magna uoce per
euangelium clamat: primogenita iubens egyptiorum interi
mere. cum aperte imperet non expauescere adulterii macu
lam nec cedis scelus cupiditate ac ira penitus extinctis. nunq̄
.n. aliquid horum oriri potest: nisi alterum ex ira alterum
ex cupiditate nascatur. qui primogenitum interimit: is p̄tū
quoq; qui ex primogenito nascitur simul interimit. Sicut in
occidendo serpente qui caput oppressit atq; percussit: is totum
quod a capite trahitur corpus mortificauit. Quod minime uq̄
fieri poterit: nisi sanguis ille in hostiis infundatur: qui percu
ssorem facile repellit. id ergo ut utrūq; in unum complecta
mur. Sic .n. rectius ac exquisitius exponetur primogenitorum
nece: & postium per sanguinem custodia discimus ut illinc
primas uitiorum appetitiones tollendas & hinc primum ui
tiorum aduersus nos aditum per uerum agnum repellendum
esse intelligamus. non .n. ingressum percussorem eiicere: sed
ne omnino subingrediatur cauere lex iubet. Cautio autem & cu
stodia tuta est: ut agni sanguine superliminare simul & postes
pungamus. Ita per enigmata nos ea lex instruit que seculi q;
doctrina philosophatur. Nam animam, irrationale concupi
scibile ac irascibile philosophi partiuntur: quorum duo postre *Ratio concupiscibile*
ma irascibile dico & concupiscibile subesse aiunt: ac utriq; ra *et irascibile dirigit*
tionale sustinere: rationale uero utrisq; innixum utraq; con

tinere & ab utrisq; sustineri: ut ad fortiter qdem agendum per iram excitetur ac roboretur. ad boni autem fruitionem concupiscentia efferatur. quousq; igitur anima hoc ordine seipsam tutatur: rectis cogitationibus quasi quibusdam clauis huc istorum trium ordinem conseruans alterum ab altero quo ad uirtutis cultum que adiuuatur ratio .n. irascendi & cupiendi um ad bonum dirigit: & ab illis ut diximus corroboratur. Si uero is ordo conuersus fuerit: & quod superesse debet subniciatur: & cupiendi ac irascendi uis rationem de lacu suo deiectam conculcat: tunc percussor ingreditur: tunc nulla sanguinis uis ipsi resistit. nihil .n. fides in christum his prodest: qui puersione huius ordinis corrumpuntur. Primo .n. superliminare inungendum iubet. deinde utrunq; postem tangendum sanguine iubet. Quomodo igitur poteris rationem primum christi fide communire: cum eum supra querere iubearis. Si supra eam in loco suo non inuenies: nullo certe modo nec te turbet: qđ primogenitorum cedem egyptiis illatam & sanguinis effusionem atq; inunctionem a iudeis factam in unum contulimus. Vnus .n. atq; idem homo egyptiis illatam & sanguinis effusionem atq; inunctionem a iudeis factam in unum contulimus. unus .n. atq; idem homo & egyptius & iudeus uarietate uiuendi & uaria uoluntate ac electione intelligitur. Itaq; si uirtuosus esse uelit: uitiorum iudice se necet necesse est: & additus sanguine id est christi fide inungat: ut tuta uirtus perficiatur: ad quem qdem spiritualem legis sensum que sequuntur mirifice congruunt. Iubet .n. nutrimentum assumendum esse. Id corpus unde sanguis effusus est quo repellitur egyptiorum percussor. Si additus nostros id est tres illas anime uires illo signitas pspexerit. Acceditq; edendi modum non remissum quendam tradit: ut in conuiuiis fieri solet. ubi conuiue sedent manibus liberis & pedibus. Non aliter pedes iussit habere commedendo duris calceis calciatos cingulo

sustineri ac comprimi uestem ne effundatur: ac in manibus
baculum teneri: quo canes arceantur. In hac itaq; dispositio(n)e
festinanter dignum commedere iubentur non operosa quo-
corum arte preparatum: sed igni ut contigit assum. quod
uero commedere non possunt: id quoniam osseum est: igni
tradere iubentur. Ex quibus omnibus manifestum est alti(us)
quoddam hoc commedendi modo noluisse legis latorem no-
bis ostendere non possunt. quid .n. si rectus an sedens: si ut
ad iter calciatus an aliter si festinanter an mature: si baculu(m)
manibus teneas an non: quid unq(uam) ad uirtutem colendam aut
fugienda uitia: quod maxime latores legum respiciunt hec
afferunt. profecto nihil. cur igitur ita iussit fieri: nisi spiri-
tualem sensum sequamur: nullam idoneam sufficientemq;
causam poterimus unq(uam) inuenire. quare patet etiam a nomine
transitum .n. commestionem illam appellauit. quid illis re(rum) — pascha transitus est [illegible] exemplar
inuolucris uoluit significare. monet .n. per hec enigmata ut
considerare ac intelligere uelimus transitum quendam esse
hanc uitam nostram. Nam posteaq(uam) ingressi ad eam sumus:
necessitate quadam ad exitum semper compellimur: ad que(m)
preparatos nos esse uult pedibus & manibus reliquoq; ad iter appa-
ratu. ne igitur spinis in hoc arduo uiuendi itinere pedes ledan-
tur: non nudis pedibus sed durioribus calceis communiti iti-
nerare debemus. Spine autem que pedibus infixe non solum
retinent retardantq; uerum etiam enecant: peccata sunt: a
quibus durities calceorum defendit: Continentissima ui-
delicet tenuis ac dura uita: que debilitat atq; frangit spina-
rum acumina: quibus a paruo tenuiq; principio ad inte-
riora usq; peccata sic ingrediuntur: ut penitus occidant ad
hanc uiam faciendam. Talaris uestis & effusa hoc est uoluptuo-
sa & uitiosa uiuendi ratio que latissime patet nimiumq; effu(n)-
ditur impedimento est. quare cingulo quodam sursum tra-
henda est & coartanda: nec huc atq; illuc circu(m)fluat. Cingulu(m)

Calcei
Baculus

Succincta vestis

Cingulus uero modestia est & diligens uiuendi ratio : que monet nos ad
necessitatem non ad uoluptatem rebus uti . Qđ autem pro mo
destia cingulum capiatur, & membra corporis que cingulo cō
Baculus nectuntur : testimonio sunt. Baculus uero quo & feras repelli
mus & non nunq̄ sustentatur : spes est . hac .n. sola inducimur :
ut labores simul & dolores sufferamus . hac fessos animos recrea
mus : hac fit ut ardentibus plerumq; in latrantes canes alienas ui
delicet a ueritate bestias insurgamus . hac armati longe illas ab
omnibus nostris arceamus . Ex igne autem solum cibus nobis propo
assari igni situs est . quoniam fides que per cibum illum significatur : ar
dentissima esse debet . nihil humidum aut labile ac fluens po
ssidens sed firma ac stabilis ex qua commedemus quantum no
bis possibile . Osseum autem ac durum nobis, igni tradimus : qđ
ut quale sit inspiciatur . Illud teneamus, duo esse diuinorum
precepta dei bina preceptorum genera . Nam alia huiusmodi sunt : ut possibilia
nobis sint : plene intelligere probabilemq; de ipsis reddere ratio
nem . He non ignauiter nec quasi coactos ꝑtractare debemus :
sed ut famescentes commedunt cum desiderio scilicet & liben
ter : ut ad bonam nobis hic cibus ualitudinem anime possit pro
desse . Alia sic latent ut duriora sint : que ut uel plene intellige
re uel reddere rationem queamus : ut siquis quereret que nam
sit substantia dei que sit necessitas eorum que fiunt : aliaq; q̄
plura : que curiose multi querunt . hec omnia spiritui sancto
relinquemus : qui dei profunda inuestigat & scit : ut apostolus
ait . Nam ignem pro spiritu capi plerumq; in sacris litteris ne
mo lacte ipsarum nutritus negabit . Hoc est etiam quod sapien
tia monet : Altiora te non queras . idest noli ossa christi conte
rere . nō .n. eges scientia ipsorum . Sic educit ab egypto moyses
populum, & quicumq; uestigia eius sequitur . hoc modo ab egyp
tiaci peccati tyrannide omnes liberat : qui ei parent . Oportet
autem nos qui talem ducem sequimur non omnino pauperes
Ditari ex egyptijs esse : nec diuitiarum egypti expertes : nec penuriam eorum pa

ti que apud alienigenas pulchra sunt: sed mutuo ab ipsis accipe
ac apud nos retinere. Quod precepto moysi tunc in egypto po
pulus fecit: non quia pretia magne longeq; seruitutis exige(n)da
putauit: non mendacio exigenda erant. Mendacii q(ui)ppe reus
est qui non restituit aliena que restituendi fide interposita si
bi commissa sunt. Sed quia nos ea re instruere uoluit non esse
negligenda bona indigne ab alienis possessa. Indigni possessores
auri atq; argenti erant egyptii. decipiuntur ab hebreis mutuo
petentibus: que reddituri non erant: ut que dei sunt ab indi
gnis auferant: ipso deo postea ad co(n)structionem tabernaculi
oblaturi: quo hebreorum facto nos monemur: non esse negli
gendas doctrinarum diuitias: quas a gentes possident. moralem
igitur naturalemq; philosophiam astronomiam geometriam
musicam dialecticam ceterasq; scientias quibus alieni ab eccle
sia florent: accipere ab illis ac illos abutentes priuare: si possibi
le est & in meliores usus transferre iubemur; ut quando moy
ses circa construendum dei tabernaculum laborat: aliud alius
ab exterioribus iis diuitiis ad edificationem utile conferamus.
Quod nunc fieri uidere licet. Multi .n. has gentium doctrinas
tanq(uam) pretiosum quiddam munus ad edificationem ecclesie
christi adducunt: quod fecit magnus ille basilius: qui optime
diuitias has egyptiorum ab adolescentia consecutus obtulit
deo. his .n. diuitiis uerum ecclesie tabernaculum exornauit.
Cum igitur ad ueritatem uirtutemq; homines respexerint:
cum a legislatore institutionem quandam uiuendi receperint:
cum egyptiorum terminos ac fines exierint: tunc erump(u)nt
tentationes tunc angustie ac timores: tunc ultima pericula
imminent: quibus hominum mens que non adhuc in fine
corroborata est: uehementissime conquassata in maximam de
sperationem plerumq; incidit: nec se posse id bonum co(n)sequi cre
dit quod legislator promiserat. Verum siquis imitator moysi pre
est: consilium timori ac desperationi opponet; diuine suffraga-

Doctrine gentium non negligende

Basilius artibus profuit ecclesie

tionis spe deiectos animos erigens quod facere non poterit
nisi corde ad dominum clamet. Quare accusandi presules
sunt quibus spiritalium iudeorum spiritalis libertas com-
missa est. Si solum curant: ut que oculis cernuntur: recte
gubernari possint. Nullam omnino aut exiguam de occultis
que deo conspiciuntur rationem facientes. Non .n. ita moy-
ses ille faciebat: quem imitari quoniam in exemplum ma-
xime propositus est: maxime profecto debemus. Sed iude-
os quidem confidere hortabatur. Ipse uero ad deum preces non
uoce sed corde uehementius effundebat: quod inde nobis hi
storia ostendit: quod cum nullum moysi uerbum factum esse
hoc in loco memoret: diuinitus sibi dictum affirmat: quid
tu ad me clamas? Quam obrem monet ut ego arbitror sono-
ram esse illam uocem & usque ad diuinas aures magnitudine
sua peruenire que non contentione clamoris sed puritate cor-
dis sua meditatione concipitur. Ei autem qui sic ad dominum
orat: paruum iam frater afferre auxilium posse uidetur. Fra-
ter dico ille qui descendenti a monte moysi deo ita disponente
obuiam fuerat progressus: quem diuinitus datum homini
angelum diximus. Sed ab ipso deo mirifice a tyrannis ac ho
stis humani generis insidiis homines eruuntur. Nam qui egyp
tum fugiens egyptios iam fines fide transiuit. Si tentationum
estum extimuerit ab ipso deo petendam esse sibi salutem a du
ce instruitur. Cum .n. undique circundatus inimici uiribus
sit: tunc necessario non .n. datur alius exitus, mare diuinitus
ita scinditur: ut per illud ambulare possit: ad quod nubes: id
.n. duci nomen dictu suo deducit: qua quidem nube spiritus
sancti gratiam multi etiam ante nos significare recte asseuera
runt. A spiritu .n. ad bonum reducimur. Spiritum qui sequi-
mur aquam pertransimus. Spiritus iter ad se per aquam prepa
rat. Spiritu libertas confirmatur. Spiritu is qui nos in seruitu
tem retrahere conatur: in aqua conteritur. hec qui audit aq

presules accusantur spiritualia curantes

oratio Moysi

vox sonora apud Deum

Nubes

sacramentum non ignorabit. In quam fidelis cum uniuerso nostri hostis descendens exercitu solus emergit. inde hostibus detentis atque oppressis aqua: quis enim non uidebit equos egyptiorum. sagittarios funditores armatos equites ac pedites corrui uniuersamque ipsorum potentiam: uarias esse animi passiones quibus seruituti homo subiicitur. Quid enim ab illo egyptiorum exercitu ira effusa uoluptas effrenata: dolor immoderatus: auaritie feditas: differt? nonne quasi lapis e funda maledictum emittitur: nonne quasi hasta tremens ire impetus est: nonne quasi effrenati equi huc & illuc circumtrahentes nimie uoluptates animum uexant. Erant etiam ut historia tradit: cristati in curribus tres uidelicet in singulis bellatores: quibus tripartitam animi potestatem intelligi credimus: rationalem scilicet concupiscibilem irascibilem: has tres potentias deprauatas: quod omnia eorumque affinia cum duce suo una scilicet cum fideli in aquam baptismatis incidunt. natura uero aque precedente uirga fidei & potestate illuminantis ducentisque nebule spiritus uidelicet sancti. fidelibus quidem qui ad eam refugiunt uitam prestat. persecutoribus autem mortem infert. Quare illud quoque ab historia discimus quales nos post aque transitum esse debeamus. nihil enim ab exercitu hostis qui nobiscum in aquam incidit nobiscum attrahendum cum emergimus est. Nam quocum hostis egressus ab aqua simul est: is quoniam in aqua hostem non submersit sed uiuum inde secum eduxit: etiam post aquam in seruitute remansit. Id tale quid est: ut latius explicetur. Quod oportet omnes qui sacramentalem baptismatis aquam transeunt: uniuersum uitiorum exercitum in aqua occidere: ut auaritiam rapacem mentem luxuriam libidinem superbiam elationem animi iram incitationem animi inuidiam cuncta hec & his similia. nec solum effectus uitiorum sed ipsos animi motus atque perturbationes que homines natura quodammodo consequuntur: inquantum possibile

est in aqua submersas relinquere debemus. Nam sicut etiam in pasca dixit. Id .n. est nomen hostie: cuius sanguis mortem ab utente repellit: azimos panes edere iubet. azimum autem est quod fermentum rem tempore rancidam secum immixtum non habet. quo pacto docuit ne uitiorum reliquias sequeti post fidem uite immisceamus. sed quasi ab alio initio uiuere incipiamus: peccandi seriem ad fidem usque continuatam dirumpentes. Ita hoc in loco egyptium omnem idest omnem peccadi speciem in aqua submergendam re ipsa instruxit: ut inde soli absque peccato emergamus. Quod historice factum tunc legimus: enecatos scilicet in aquis hostes et iudeos inde solos euasisse. Sed multi uel ignorantia preceptorum legis uel temeritate ac inconstantia sordidum prioris uite fermentum in posteriorem uitam traducunt: et feros egypti milites etiam post baptismum secum adducunt. Nam qui rapina ditati sunt aut periurio predam possident aut adulterio uxores duxerunt: aut aliquid uetitum ante baptismi donum commiserunt: si lauacri gratia ab iis se peccatis liberatos putant: in iniuria permanentes uehementer errant: nec possunt intelligere duris nimium se dominis quasi nexos inseruire. Crudelis .n. domina ac rabiosa luxuria est: libidine quasi stimulis seruilem mentem exagitans: alia non minus crudelis domina auaritia quippe nullam umquam requiem seruientibus ei prebere solet. Sed quanto plura diei ac noctis laboribus et cruciatibus imperio domine queritant: cupiditatemque suam explere conantur: tanto magis anguntur: quasi nihil fecerint: magisque inanes ac famescentes reperiuntur: eodemque modo cetera uitia dominantur. Quibus qui seruit. quamuis in aquam descenderit: nondum tamen mea quidem sententia sacramentalem tetigit aquam. Cuius proprium est perniciosi tyranni ac exercitus sui destructio. Sed prosequamur ordine cetera ut incepimus. Nam qui mare id quod intelleximus iam pertransiuit et egyptium uidit in aquis extinctum: non solum

Azimum

Luxuria rabiosa

auaritia

aqua sacramentalis perniciosa

ad moysem uirtutis uirgam gerentem respicit: sed principali-
ter quidem in deum credit: ut historia tradit. obtemperat etiam Credere et obedire est
moysi diuine maiestatis cultori quod nunc quoque ab his fit qui
per aquam uere transierunt: qui se ipsos deo dederunt & sacer-
dotibus suis obtemperant. Iter post hec iudei tribus peregerunt
diebus: castrametatique in quodam loco fuerunt ubi aquam rep-
pererunt amaritudine nimia nequaquam potabilem. Sed lignum
in aquam a moyse immissum in dulcedinem amaritudinem
conuertit. huic historie res ipsa quam spiritualibus accidere
uideis uidemus: optime congruit. Nam qui uoluptatibus in
baptismo renuntiauit: quibus in priore uita seruiebat amarum
atque arduum christi iugum ei primo uidetur. Sed lignum
quoddam immissum id est resurrectionis mysterium quod per
lignum per crucem uidelicet christi qui in cruce mortuus
est. Id inquam resurrectionis mysterium toto corde admissum atque Fides resurrectionis
creditum suauiorem reddit uitam que secundum christum
est omnibus que dulcedine sensum perfundunt spe futurorum
iocundissime condita. Deduxit eos postea illud iter ad loca pal-
mis consita & fontibus amena: quibus in locis fessi requierunt.
Erant autem .xii. quidem fontes aque limpide atque dulcis. Pal- xii fontes
me uero .lxx. magnitudine mirabiles spetie pulcherrime: fruc-
tu putiles. Quid igitur hoc historie discimus ordine: quod scilicet
crucis mysterium quo potabilis uirtutis aqua sitientibus fit ad
euangelicam nos adducat doctrinam: in qua fontes quidem .xii.
sunt ipsi apostoli .xii. enim ad predicandum euangelium dominus
elegit: per quos euangelii sonitum emanare uoluit: quam quidem
apostolis concessam diuinitus gratiam psalmista multo ante ceci-
nit: ubi dicit. In concionibus benedicite deum dominum ex
fontibus israhel. Septuaginta uero palme post .xii. discipulos lxx palme
ordinati apostoli sunt: qui tot numero fuerunt: quot palmarum
fuisse narrat historia. Verum quoniam que deinceps narrantur man-
siones per ea que diximus faciles sunt intellectu: uirtutes enim.

xij mansiones

mihi significare uidentur. In quibus qui nubem sequitur castra metatur & requiescit. breuitatis causa sponte transgressus, miraculi non obliuiscar illius: quo dura & solida lapis natura in aquarum conuersa mollitiem potus sitientibus facta est. Quamuis non sit difficile anagogice speculationi seriem historie adaptare atque connectere. Nam qui egyptium in aquis mortuum dereliquit: & amara, ligno crucis dulcia, sibi confecit: & abundanter ex fontibus apostolicis bibit: is iam totum christum suscepit. lapis enim ut apostolo placet christus est: Siccus & durus nimium infidelibus: cui si qui uirgam fidei adducant: potus fit sitientibus intro in ipsos influens atque manens. Ego enim & pater meus inquit ueniemus: mansionemque in ipso faciemus. Illud uero pretermittendum nullo pacto est: quod postea quam mare transierunt: postea quam delitiose apud fontes & palmas fuerunt: postea denique quam ex lapide biberunt: tunc que ab egypto uiatica & cibos sibi assumpserunt: penitus eos defecerunt. Tunc omni nutrimento quod ab egypto ferebant assumpto desuper sibi defluit cibus uarius simul & simplex. Simplex uisu atque unicus qualitate uarius ad singulorum cupiditatem qualitatem inuertens. quid igitur hinc discimus: quod oporteat uidelicet fide baptismate labore omni uirtutum omni euangelica doctrina mundos purosque animos nostros facere ita ut omnino alienigeni mores & egyptiaca uita uitiorum scilicet omnium turba nos deficiat: & sic demum depurato defecatoque animo celestem cibum esse suscipiendum: quem nulla nobis satio agriculture artibus produxit. Sed panis est absque semine absque ratione absque alia humana ope nobis paratus. is desuper defluens in terris inuenitur. Panis enim qui de celo descendit qui uerus cibus est: qui enigmatice hac historia significatur: non incorporea quedam res est. quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet. Res uero que incorporea non est: corpus omnino est: huius corporis panem non aratio non satio non agricolarum opus

petra aquis fluens

Defecit victus egypti

Manna celeste cibus

Cibus corporeus est

effecit: Sed terra intacta ꝑmansit: & tamen pane plena fuit: quo famescentes mysterium uirginis ꝑdocti facile saturantur. Is igitur ita mirabilis sine agricultura panis uarietate qualitatis ad suscipientium habitudinem uirtutem suam commutat: Nam cum sit panis, ignorat lac fieri. Sic in carnem uerti nouit olus imitari quicquid denique assumenti conueniens & expetitum sit ut apostolus uult qui hanc nobis mensam preparauit: in id commutatur. Sic .n. diuinus ille paulus perfectioribus solidiorem & in carnis spetiem hunc cibum fieri docet. Infirmioribus olus: infantibus lac: quecunque autem de cibo illo narrat historia: precepta statutaque sunt ad recte beneque uiuendum. equaliter .n. omnibus propositum fuisse cibum asseuerat. nec plus aut minus quam indigentia exigebat: a ualidioribus aut imbecillioribus colligebatur: quod meo iudicio preceptio quedam est: omnes communiter instruens: nec plura quam nature sufficiant causa uiuendi ex iis materialibus appetamus. Sed probe teneamus unam esse communem in omnibus edendi mensuram diurnam sufficientiam. Nam si etiam plura quam indigentia flagitat preparata fuerint: uenter tamen ultra naturam suam accipere non potest: neque preparationis magnitudine correspondet. Sed sicut historia tradit: nec qui multum acceperit superabundauerit: cum non habuerit ubi superabundans locaret: nec qui paucum collegit indiguit. Contracta .n. indigentia commensurataque ad acceptum fuit. Quod uero si quis stulta cupiditate deponendi quicquam ex illo cibo in crastinum deposuerit: totum in uermes commutatum fuisse dicitur. quasi tuba quadam ea re historia intonuit omne quod ultra indigentiam mente auara conseruatur: insequenti die in futuro uidelicet seculo in uermes aduersus eum qui conseruauit commutatur. Ita per hunc uermem illum ego immortalem uermem intelligo qui plus habendi cupiditate uiuificatur; die autem sabbati solum illesum quod deponebatur ꝑmanebat. qua ex re tunc

Ad naturam vivendi non ad luxum

Qui in seculo servat vermibus servat

Que hic parantur in eterna vita nobis ministrantur

hac deponendi superfluum prouida mente utendum docemur. quando ipsum depositum corruptionem pati non potest. Id .n. post huius uite parasceuen in quiete que post mortem est utilissimum erit. dies naq; ante sabbatum parasceuen idest preparatio ad sabbatum & est & appellatur. hec uero preparationis dies hec uita est: in qua preparamus que ad futuram uitam nobis presto erunt. Nam in illa non agricultura non mercatura non militia non quicq; horum que hic facimus nobis concedetur. Sed in quiete omnium que hic agimus ac cessatione uersabimur. fructus dumtaxat operum que hic seminauimus colligentes fructus, iocundissimos quidem, si huius uite semina bona erant: amaros autem atq; perniciosos secundum quod hec agricultura nobis produxit. Nam qui in spiritu seminat inquit, uitam eternam ex spiritu metet. qui uero in carne seminat: corruptionem metet ex carne. preparatio igitur que ad melius est: sola proprie parasceue nominatur: & ita nomen eius a lege constituitur: cuius depositum incorruptio est. Si quis autem in peius deponit nec est nec dicitur preparatio. bonorum .n. priuationem nullus iure preparationem sed preparationis casum nuncupabit. Idcirco solam ad melius preparationem historia nobis proposuit. Contrarium eius inquirenti prudenter relinquit. Verum quemadmodum cum conscriptus exercitus fuerit: primum commeatus paratur quam in expeditionem exeat. Eodem modo, uirtutis quoq; milites primum mysticum commeatum accipiunt: & sic aduersus alienigenas exeunt. ihesum qui moysi successit ducem possidentes. Vides qua serie historia procedit. Vides quomodo nostro cuncta proposito congruunt: quousq; imbecillis homo in fide est. perniciosa tyranni seruitute oppressus: non ipse se ab hoste tutatur: nec .n. potest. Sed qui semper infirmis adest: qui crebris hostem ac magnis uulneribus potest fundere: is pro suis pugnat: is hostem submergit: is suos defendit. Cum uero libertatem iam uendicatus homo sit: cum ligno

Preparatio bonorum et malorum ...

amara

amara in dulcedinem aqua uersa refocillatus fuerit. Cum fontiū & palmarum amenitate requieuerit: cum lapidis mysterio sitim expulerit: cum denique celesti cibo fuerit usus. Tunc non per alium fugat hostes: sed quasi qui iam puerorum etatem excesserit & in iuuenum robur puenerit. Ipse pro se ipso manus cum aduersario inserit: duce usus non moyse dei cultore sed ipso deo. Lex .n. que in figura futurorum & umbra data est: inexpugnabilis in ueris certaminibus est: in quibus dux est qui moysi successit: qui legem adimpleuit: qui uel nomine ipso ducis hebreorum multo ante predicatus est. Populus autem siquidem eleuatas legis latoris manus respicit: uincit facile hostes. Sin uero depressas, cedit hostibus. Significat aūt manuum moysi in altum sublatio legis ad altissimos sensus accommodationem spiritalemque explicationem; humilem terrenam litteralemque legis obseruationem. Quod uero sacerdos graues moysi manus sustinet auxilio usus cognitione sibi coniuncti, neque id alienum est a sensu altiore quem sequimur. Verum .n. sacerdotium concesse sibi gratie auxilio utens, sensum legis duritie iudaici cordis in terram deiectum in altum rursus reducat: & ne omnino cadat lapide sustentat: ut rectior per extensionem manuum consistens sensum spiritalem suum respicientibus ostendat. Nam uero iis qui in legem respicere possunt: crucis mysterium undique fere patet: ut euangelium quoque dicit. Iota & apicem a lege non preterire. Transuersam in eam & perpendicularem ac rectam quibus figura crucis describitur per iota & apicem ostendens: que res in moyse tunc conspecta qui pro lege ipsa ponitur: uictoriam respicientibus prebuit. Sed uerum continuis progressionibus nostra mens ad sublimiora extollitur. Nam qui cibo refectus est & in prelio fortiter gessit hostemque deiecit: is tunc ad ineffabilem dei cognitionem adducitur. Docet igitur nos iis omnibus historia: quot quantaque oportet agere ante quam ad montem ad cognitionem dei mentem erigere audeamus.

Manus Moysi eleuate

anteaq̄ tubarum illam uocem audiamus: anteaq̄ in caliginē ubi deus est ingrediamur: anteaq̄ diuina precepta tabulis impressa suscipiamus: & si alicuius peccato confringantur: alias manu confectas deo afferre: ac dei digito rursus eas in ipsis litterarum figuras celare: que in primis fuerant. Sed melius est ad historie ordinem anagogicum sensum accommodare. Nam qui ad moysem nubemq; respicit: quibus duobus ad uirtutem homines deducuntur ut sit moyses qdem pro lege legisq; receptis. Nubes autem dux legis cum mundo corde in aquis tyrannum interfecerit: cum amaras aquas biberit: alienam a uoluptatibus uitam uixerit: que amara & difficilis primum deinde facilis ac iocunda gustantibus immissione ligni uidet̄. Cum palmarum ac fontium amenitate euangelice scilicet doctrine fluentis labores depulerit. Si aqua uiua que lapis est uidelicet christus sitim sedauerit: si celesti cibo se ipsum repleuerit: si insertis manibus cum hoste uicerit: quam qdem uictoriam extensio manuum moysi qua mysterium crucis figuratur prestitit quo mysterio uerus ismael q̄; uincit. Cum hec omnia peregerit: tunc demum ad speculationem supreme nature adducitur. ad quam speculationem non animi tantū & corporis aspersionibus quibusdam depurcati sed uestium q̄; deducit mundities: ut scilicet non occulta solum uerumetiā manifesta & apparentia decore ita fiant: ut interiori animi dispositioni conueniant. Non .n. uestium macula ne ad deum ascendamus unq̄ uetabit. Sed studia que in hac uita suscipim̄ quasi uestes sunt quibus homo induitur. Hec igitur studia & hos amictus non turpes sed purissimos esse decet. Hac re diligenter facta armentisq; brutorum longe a monte pulsis sic ad altissimas ascendit speculationes. qua ex re ut ego arbitror illud nobis significatur: quod debeamus hanc ex sensu factam cognitionem cum intelligibilia contemplamur omnino contemnere. proprium .n. nature brutorum est: ex sensu solo absq;

uestes unde quid

intellectus operatione aliqua gubernari. Nam aut uisus aut auditus
aut aliorum quispiam sensuum non uoluntas neq; ratio appeti-
tiones brutorum mouet. Quare motus sui omnes & opera sensi-
um sunt. Speculatio autem qua deum contemplamur: nec ui-
su nec auditu quantum in se est indiget: neq; consueta quadaz
comprehensione intellectioneq; percipitur. oculus. n. non ui-
dit: nec auris audiuit. Non est. n. quicq eorum que in cor ho-
minis ascendere consueuerunt: Quare oportet si quis ad cōtem-
plationem eius accedere uelit: ab omni sensuali & irrationali mo-
tu mentem suam pmundare: ac ita cum omnem opinionem
que ex sensibus originem habeat: ex monte abstruserit: con-
suetudineq; coniugis sue caruerit. Coniux uero hic sensus — Coniux Moysi
intelligitur: qui coniunctus nature nostre nobiscum habi-
tat. hac igitur cum caruerit: sic demq; poterit ad montem
accedere. Mons autem arduus uere ac ascensu difficilis theo- — Mons theologia est
logia est: cuius uix multitudo ad radices peruenire potest. Si qs
uero moyses est: poterit etiam altius ascendere: sonitusq; tubaz
magis ascendendo maiores sentire. Est autem tuba non paruuz — Tuba
stuporem per auditum efficiens. Veritatis predicatio magnum
qdem statim ab initio sonans: magis autem atq; magis in ulti-
mis intonans. Insonuit lex & prophete diuinum incarnatio-
nis mysterium. Sed imbecilliores erant ille prime uoces q ut
possent duros commouere. Auditus icirco iudeorum surdi-
tas tubarum sonum minime suscepit. Sed prophetarum tu-
be paulatim procedentes sonantius cecinerunt. Nam ultime
uoces que euangelica predicatione facte sunt: auditum com-
mouerunt. Spiritu sic per organa uehementius in posterio-
ribus intonante. Organa uero ac instrumenta unum sonitū
spiritualem edentia prophete atq; apostoli sunt: quorum so-
nus ut psalmista dicat in omnem terram exiuit: & in fines
orbis terre uerba eorum. Qd uero multitudo uocem illam — Multitudo tuba non audit
audire non potuit: sed commisit moysi ut ipse per se ipsum

Non cuilibet mysteria patent

secreta illa perciperet: populumq; postea doceret: quecumq; diuina doctrina didicerit. Id quoq; in ecclesia fieri totum uidemus. non .n. pmittitur omnibus ad mysteriorum cognitionem se ipsos intrudere. Sed eligitur unus e multis diuinarum rerum capax: cui ceteri auditum cum obedientia prebent. Illud sibi credendum faciendumq; putantes qd ab eo qui initiatus est audierint. Non omnes inquit apostoli sunt sed prophete omes. quod hodie in multis ecclesiis parum seruatur. Nam multi cum adhuc prioris uite maculam non absterserint: ipsi illoti ac amictu uite sordido utentes irrationalem sensum in omnib; pluris facientes, diuinum hunc assensum rapere audent. unde ipsi suis cogitationibus quasi lapidibus obruuntur.

heretici

Nam hereticorum opiniones lapides quidam sunt: quibus prauorum inuentores dogmatum obruuntur. Quid autem significat qd in caliginem se ipsum prius moyses intromisit: deinde in ea deum prospexit. Contrarium .n. id quodammodo uidetur prime uisioni. nam tunc in luce nunc in caligine deum uidet. Sed id quoq; a serie anagogici sensus non putamus. per hanc .n. diuersitatem historie docemur: qd ueritatis cognitio his lux est a qb; primo pcepta est. Veritatis .n. oppositum tenebra est: cuius depulsio non nisi lucis presentia fit. Verum mens hominis ad maiora semper & perfectiora procedens quanto magis ad dei speculationem accedit: tanto magis pspicit quod diuina natura inuisibilis atq; incomprehensibilis est. Nam cum reliquerit non solum omnia que sensu pcipiuntur uerumetiam cuncta que mente inspiciuntur: ac semper ad interiora progrediatur: tunc caligine undiq; circumseptus in inuisibili & incomprehensibili deum uidet.

Cognitio dei in quo est

In hoc .n. consistit dei uera cognitio. in hoc est eius uisio: ut uideas quod uideri non possit: qd omnem cognitionē cognitio eius excedit: quasi caligine quadam ipsa incomprehensibilitate undiq; contenta. Quapropter diuinus etiam ille iohanes qui in splendidissimam hanc caliginem puenerat: non dubi

tauit exclamare: Deum nunq̄ ullus uidit. Non solum hominib;
sed intellectuali omni nature impossibilem diuine substantie co-
gnitionem hac negatione determinans. Quare moyses etiam cū
uirtutibus maior factus fuit: tunc confitetur in caliginem de-
um uidisse. Idest tunc demum cognouisse illam esse diuinam
naturam que cognitionem & comprehensionem omnem ex-
cedit. Intrauit .n. moyses historia inquit in caliginem ubi de⁹
erat. quisnam deus: qui posuit tenebras occultationem suam:
ut cecinit dauid ille qui in eadem caligine initiatus est: quam
qui intrauit que per caliginem didicit: ea per caliginem do-
cet, ut fiat. firmior hec sententia nobis diuina uoce atq; aucto-
ritate comprobata. Vetat .n. in primis diuinum preceptum
ne alicuius rei quam cognoscas deum similem putes. Omnis .n.
intellectus qui phantastica quadam cogitatione ueluti cōiec-
tura diuinam naturam apprehendit simulacrum q̄dem dei
finxit in mente: deum autem non intellexit. Veꝝ cum uir-
tus que secundum ueritatem est: bipartita sit: partimq; fide
in deum partim recte uiuendi ratione constituat: Pietatis .n.
profecto pars non parua est: munditíes uite. primum didicit
quid oportet de deo cognoscere. quod q̄dem cognoscere nihil
aliud est q̄ nihil eorum esse deum cognoscere: que humana
mens potest cognoscere: deinde aliam uirtutis partem dili-
genter docetur. docetur .n. quibus operibus bene uiuendi ra-
tio pficiatur: ac demum in tabernaculum quod manus nulla
fuerat fabricata ingreditur. quis sequetur hunc qui per tot
tantaq; scandit ac mentem in altius extollit: qui cum ī unū
cacumen descenderit ad alterum illud sibi fit gradus &
illud iteꝝ atq; iteꝝ ad aliud. ita ut de altiore in altius sem-
per ascendat: semperq; se ipso fiat prestantior. Primum cum
ceteri omnes ad assensum deficerent: radices montis solus su-
pgreditur. deinde tubarum sonitus auribus pcepit altitudi-
ne montis mirabili. Ipse quoq; mirifice eleuatus ad hec inui-

virtutis fide
q̄ ꝯstat

sibilia diuine cognitionis penetralia ingreditur: nec ibi permansit.
sed in tabernaculum nulla manu edificatum pertransit. Ceterum namque
ad hunc tandem ille finem peruenit: qui huiusmodi ascensibus
exaltatur. Sed illa quoque sententia de celesti tuba ad diuinam
perducente cognitionem non est improbanda. celum enim et om-
nium que in celo sunt siue uarii siue diuerse magnitudines
siue splendores alius alium fulgore perstringentes mirabilis fabri-
ca sapientiam dei uoce exclamat: maximamque ipsius maiesta-
tem ac potestatem per ea que uidentur enarrat. Vnde dictum
est: Celi enarrant gloriam dei. hec igitur est illa tuba: que sono-
ra clara magnaque uoce continue ueritatis doctrinam predicat:
ut propheta etiam quidam ait: Celum tuba desuper sonum
dedit. hunc sonum ex inspectione rerum omnium factum:
siquis mundus est. Siquis cordis auditum non segnis recte susci-
pit: ac ductu ipsius tandem eo mentis inquisitione peruenit ubi
deus est. Id uero caligo a scriptura nuncupatur: quo incogno-
scibile ac incomprehensibile ipsius ut diximus significatur. Illuc
autem cum peruenerit: tabernaculum nulla manu fabricatum per-
spicit: et imitatione inferioribus materiali ostendit. quod autem
Tabernaculum qualeque est tabernaculum illud absque manu fabricatum: quod quasi
exemplar in monte moysi proponitur: ut ad illud respiciens ma-
nu preparet efficiatque hominibus tantum miraculum. Vide namque
inquit ut omnia facies secundum similitudinem que tibi mon-
strata est in monte. Columne auree basi argentea inherentes alie
rursus columne quarum capita et bases ex ere. quod uero inter
extrema erat: ex argento erat. quibus omnibus quasi subiectum
ex ligno erat incorruptibili. Circumcirca uero per superficiem
splendor predicte materiei circumfundebatur: et archa similiter
purissimo auro fulgens. quod autem aurum hoc sustinebat: ip-
sum quoque lignum erat incorruptibile. Candelabrum deinceps
Candelabrum aureum basi quidem unicum. In septem autem ramos in cacumine diui-
sum septem lucernas per ramos sustinebat. huius candelabri

materia purissimum erat aurum non concauum nec ligno su
stentatum sed solidum iuxta hec propitiatorium erat & altare
& que dicuntur cherubin: quorum alis archa adumbrabatur.
hec omnia ex auro erant solido: nihil aliud in se ipsis habentia.
preter hec erant coria purpureo colore p(er)ᵘncta: cortine mira
uarietate distincte & inaudito contexte artificio: diuersis colo
ribus aliis alium suscipientibus ad pulchritudinem cortinarum
quibus in duo diuidebatur tabernaculum: in partem scilicet ui
sibilem: in quam aditum sacerdotes habebant: & in partem secre
tiorem atq; abditam, nomen autem priori parti sancta erat. oc
culte uero parti atq; recondite sancta sanctorum. Sed quis om
nia exquisita poterit ratione spiritualiter intelligere? que in
illo tabernaculo fuerint diuinitus fabricata? quis hec quorum
sunt imagines ac imitationes exponet? quis quanam utilitatem
uidentes hinc consequantur quidue lucrentur ex materiali in
materialium figura explicabit? rectius certe est exquisitissimam
atq; altissimam horum rationem ab illis petere qui gratia spi
ritus profunda dei querant perquirere. Siquis nunc talis est ut
spiritu mysteria loquatur: sicut ait apostolus. quod autem a no
bis coniectione quadam hec ad propositum accommodantibus
dicitur. Id iudicio legentium totum relinquimus. nec enim recla
mabimus si reiecerint: nec letabimur: si susceperint. Dicimus
ergo non nihil ex paulo qui mysterium breuiter tetigit: adiu
ti quod in figura predoctus fuit moyses. tabernaculum quo uni
uersa continentur. Id uero christus est dei uirtus & dei sapi
entia. que quidem sapientia dei non manu facta sed increata
cum sit secundum naturam suam creaturam suscepit. quando
secundum nos carne oportuit tabernaculum hoc fabricari.
Idem alio atq; alio modo factum & non factum est: Natura in
quantum ante secula fuit: increatum est. Inquantum corpora
lem hanc concretionem suscepit. Creatum factumq; est. Nec
obscurum est quod dicimus his qui fidei nostre mysterium

Cherubin

Sancta sanctorum

Christus tabernaculum

Non respondent
nomina nature dei
nisi significatione quadam

complectuntur. Unum .n. est ex omnibus tabernaculum: quod & ante secula fuit: & in nouissimis temporibus factum est. Id temporaliter ita fieri non indigebat: quomodo .n. quod ante omnia erat tempora factione indigebit temporali. Verum propter nos qui prauis consiliis id corrumpimus. quod erat non secundum nos uoluit fieri: ut extra ipsum quod est ad se ipsum scilicet nos reduceret. Tabernaculum igitur ipse unigenitus deus est: qui uniuersa in se ipso continet: qui & nobis etiam sibi tabernaculum fabricatus est. Nemo autem ex zelatoribus christi conturbetur: si tantam rem tabernaculum appellamus quasi quicquam detrahatur diuine nature propter uocabuli uilitatem. nec .n. umquam dignum illa natura uerbum inueniet. Nam que ab hominibus proferuntur: equaliter a significanda illa natura omnia distant. Sed ut cetera que de deo dicuntur: pie ad ostendandam diuinam quandam uirtutem capiuntur: ut medicus. pastor: protector: panis: uirtus: uia: ianua: mansio: aqua: lapis: fons: aliaque huiuscemodi. sic consentanea quadam significatione tabernaculum quoque dicimus. Virtus .n. que omnia continet: in qua uniuersa deitatis plenitudo inhabitat: cum commune id omnium tectum sit: cumque uniuersa in ipso contineat: non iniuria tabernaculum nuncupatur. Oportet autem ut tabernaculi uisio mystico tabernaculo sic conueniat: ut singula ipsius ad aliquid non indignum mysterium nos deducant. Ac quoniam diuinus apostolus uisionem ipse quoque totius tabernaculi consecutus cum in celestibus aditis per spiritum sibi mysteria paradisi reuelata sint. Cortinam inferioris tabernaculi carnem christi esse ait. Non erit alienum ad hanc apostolicam unius partis expositionem respicientes. totam de tabernaculo nostram sententiam explicare. Fiet autem nobis per ipsius apostoli uerba: in intelligentiam enigmatum tabernaculi: facilior aditus. ait .n. de unigenito quem nomine tabernaculi nuncupari diximus. quia in eo creata sunt omnia uisibilia & inuisibilia siue

throni siue potestates siue principatus siue dominationes siue uir tutes. quas ob res columne argento atq; auro refulgentes & uectes ac anuli cherubin quoq; illa que suis archam contegunt alis: cete raq; omnia que ad sustinendum contegendumq; tabernaculum describuntur. Si quis ad superius tabernaculum respicit. Angelo rum est multitudo in tabernaculo ipso conspecta: qua corporea hec secundum dei uoluntatem sustinentur atq; reguntur: In illo .n. tabernaculo ueri uectes nostri & habitant & sunt qui ad mini sterium mittuntur propter futuros salutis heredes: qui sicuti quidam anuli in animos saluandorum immittuntur. ad subli mitatem uirtutis ad terram deiectos eleuantes. hunc autem al tiorem esse sensum scripture in hoc loco. inde patet quod cheru bin illa materialia suis alis tegebant. mysteria que in archa erat ut littera dicit. Nam id nomen his angelis attribuitur ut isayas & ezechiel aiunt: qui circa diuinam maiestatem inspiciuntur. archa nec federis alis ipsorum cherubin contecta. hic illud dici tur quod apud isayam faciellatur: nam ut archa hic ita ibi facies cherubicis alis contegi affirmatur. Vnum igitur ab utrisq; signi ficari non dubitamus. Videtur autem mihi incomprehensibile huius speculationibus que de ineffabilibus est enigmatice signi ficari. Cum uero de lychnis idest lucernis audis: quod septem par tito ex una basi ac radice candelabri sustentabantur: ut lux abun danter undiq; pluceret. Iure multiformes spiritus fulgores in hoc tabernaculo pfulgere intelliges. Septem partito .n. spiritus radios etiam isaycis partitus est. Propitiatorium autem quod sit non est opus expositione nostra ut intelligatur: cum apostolus id enodauerit: qui ait quem animarum nostrarum propitiatorium proposuit Altare uero & thurribulum cum audio adorationem intelligo: quam huic tabernaculo celestes uirtutes afferunt. non .n. solum inferorum atq; terrestrium sed celestium quoq; linguam ait laudem atq; gloriam ut rerum omnium principio reddere. Id .n. gratum est ipsi sacrificium. labiorum fructus ut ait aposto

Cherubin

Lucerne A

altare
Thurib.

Corium purpur

lus & odor orationis. quod si corium his etiam inest colore purpu
reo: & pili intexti: non tamen speculationis huius series perturbabi
tur. Nam oculus ille propheticus in altissimarum hac rerum
uisione salutarem quoque domini passionem tamquam e specula
prospexit: quam ex utroque dictorum significatam fuisse non
ambigo. Rubedo enim sanguinem pili autem mortem osten
dunt. Nam cum in corpore pilus absque sensu sit: non iniuria
mortis symbolum dicitur. hec igitur in superiore tabernacu
lo materialibus illis significata putamus. In inferiore uero quoniam
sepius a paulo ecclesia christus appellatur: christus autem ut di
ximus superius tabernaculum est. Non est alienum si quis eccle
siam suam inferius esse tabernaculum arbitretur. In quo co
lunne sunt mysteriorum ecclesie ministri: quos hoc ipso
nomine nonnumquam appellamus. Ministros autem apostolos pro
phetas doctores. nec enim solum petrus & iohannes & iacobus co
lunne ecclesie sunt. nec iohannes baptista tantum ardens erat
lychnus sed omnes quibus ecclesia sustentatur: qui suis opibus
luminaria facti sunt. hi colunne & lychni nuncupantur.
Vos estis lux mundi ueritas apostolis ait: ac rursum alios di
uus apostolos quasi columnas hortatur: cum dicat firmi esto
te atque immobiles. At uero timotheum colunnam pulcherrimam
fabricatus est. cum ipsum firmitatem ueritatis sue uoce doc
trina effecerit. hoc in tabernaculo & sacrificium laudis & thus
orationis in mane ac uespere adhiberi semper uidemus. Hoc
sic intelligere dauid ille nos inducit: qui incensum orationis
in odorem suauitatis dirigit: & manuum extensionem sacri

urne

ficium esse asserit uespertinum. urnas uero id est uasa ad lauan
dum quis ambiget eos esse qui per sacramentalem aquam pecca
torum sordes auferunt. Talis urna erat iohannes lauans in ior
dane ad penitentiam homines. Talis erat petrus. Tria milia ho
minum simul ad baptismi lauacrum deducens. philippus quoque
urna candace fuit. Quid multa omnibus qui ad baptismi do-

num ueniunt: hi urne ac lotoria sunt: qui ministerio suo grati
am prebent. Atria utroq; inter se complicata in circulum con — Atria
nectuntur: Pacem concordiam & caritatem credentium esse nō
absurde quispiam dixerit. Sic .n. dauid hunc locum exposuisse
uidetur: cum dicat: Qui ponis terminos tuos pacem. Corium
uō purpureum & saga ex pilis ad ornatum tabernaculi pertinē
tia accommodare intelliguntur. Si pro corio mortificatio pro
ne ad peccandum carnis pro sagis strictior uiuendi norma &
quasi durior intelligetur. his .n. maxime ecclesie tabernaculū
exornatur. Coria .n. cum nullam in se uiuendi uirtutem a
natura retineant colore rubedinis florere uidentur: quod ostē
dit floridam spiritus gratiam non habitare in homine: nisi pri
mo peccati uim in se ipso mortificauerit. Si uō pudorem etiam
modestum coloris rubedine significari quisq; contendat: non
certe reluctabor. Pilorum autem intricatio asperam tactui — pili intricati
texturam efficiens asperam & passionum omnium deiectricē
abstinentiam atq; continentiam subostendit. que omnia ma
xime ita se habere confirmat eorum uita: qui continua uiuunt
uirginitate. Que uō intus erant sancta sanctorum nominabantur:
ad que multitudo peruenire non poterat. hec rerum ueritatem
significant. Veritatem hanc mysterii nostri dico rem sanctam
& sancta sanctorum & multis incomprehensibilem atq; inaccessibi
lem. Hec ueritas in abditis tabernaculis constituta absq; curio
sitate aliqua intelligi ac recipi debet. Credendum .n. est ita esse
ut ecclesia predicat: non tamen oculis omnium cerni posse: Sed
in mentis ipsius penetralibus indubitabilem ueritatem permanere.
Hec aliaq; huius tabernaculi uisione ab omni sorde mundatus
oculus ille mentis mosayce doctus uisionibusq; his altius eleuatus
rursus ad cacumen alterius scandit speculationes. Sacerdotalem — vestis sacerdotis
perdiscens uestitum in quo est tunica & pectorale quod uariis di
uersis lapidum fulgoribus resplendebat. & thiara cum lamina
super eam feminaliaq; & poma & supra hec omnia rationale ac

eius iudicium & que in utrisque inspicitur ueritas: & horum utrique connectuntur superhumeralia patriarcharum insculpta nominibus. Quorum omnium nomina multitudine ipsa ostendunt non sensualia quedam significari: quibus enim corporis uestibus hec nomina iudicium rationale ueritas conueniunt. Quare patet non huius sensibilis amictus gratia historiam esse descriptam: sed ut alius quidam ornatus anime uirtuosis operibus ostendatur. Nam quid sibi aliud uoluerunt hec nomina tria illis a moyse imposita. Iudicium rationale ueritas aut cui unquam corporali uesti hec indita fuerunt: nulli profecto. nec enim eo conueniunt. Sed nomina ipsa quid prefigurauerint aperiunt: & laborem expositionis diminuunt. Hyacinthus est talaris uestis tincta qua qui hunc locum ante nos speculati sunt: archam significari affirmant. Ego autem utrum habeat ad aereum colorem flos hyacinthinus affinitatem: an non nullo contendere. rationem uero hanc non reicio. non enim parum ad uirtutem conducere uidetur. hortatur enim hoc enigmate omnem qui dei sacerdotium assumere studet se ipsum ac corpus suum deo afferre hostiam non enecatum aut cesum. Viuum enim hoc sacrificium rationalisque cultus hic est: nec pingui quodam ac carnoso huius uite amictu: sed tenue sicut tela haranee munda uiuendi ratione confectum: ut uiuendi tenuitate leue atque aereum factum sursum posse ferri uidetur. hoc enim modo cum nouissimam tubam illam audiemus omni onere liberati leues ad iubentis uocem exiliemus: nec pondere ullo ad terram deprimemur. Sed cum domino per aera sublimes feremur. Qui ergo ut psalmista dicit quasi telam haranee animam suam liquefecit. Is etiam illam uestem se ipsum induit: que a capite ad pedes usque circumfunditur. nec enim mancam aut truncam esse uirtutem sed integram atque per omnes numeros perfectam lex uult. Aurea uero tintinnabula bonorum operum splendor sunt malis punicis. Intercepta duo enim hec sunt studia: quibus uirtus tota conflatur. recta in deum fides & proba

Nota uestium mystica.

Tintinnabula aurea.

ta in hac uita conscientia hec mala punica & tintinnabula indu-
mento timothei paulus ille innexuit: cum dicat oportere
ut habeat fidem & probam conscientiam. Fides igitur sacerdotis
ueluti tintinnabulum clare atque sonore in sancte trinitatis pre-
dicatione exclamet. Vita uero naturam punicorum imitetur
pomorum: quorum circumfusa exterius quasi texta incomme-
stibilis duraque est. quod autem intus reconditum est: & usu ex
uarietate coloris atque ordine collocationis iocundum est. & gu-
stu iocundius non parua dulcedine sensum afficiens. philosophi-
ca quoque & christiana ratio uiuendi dura exterius atque aspera
sensu est. Intus sepius optimarum pulcherrimarumque rerum
plena tempore suo cum matura fuerit: cumque agricola noster
poma punica huius uite aperiet: dulcissimam suorum fructuum
prestabit fauorem. Apostolus etiam dicat nullam disciplinam
in presenti uita uideri letitiam afferre: sed tristitiam & id est
quod per exteriora pomi punici figuratur. Post hec autem fruc-
tum pacificum reddit: & id est dulcedo Interior ac pulchritu-
do hanc uestem cossymbotam etiam iubet esse. contenti sed
a nobis quoque ipsis aliquid ulterius ad uirtutis incrementum
adinuenire conemur: quo indumentum ornatius fiat sicuti
paulus faciebat qui ornatissimos in dies cossymbos uirtuti adde-
bat. Nam cum lex permittat altari ministrantes ex altari & euan-
gelii nuncios ab euangelio uiuere: Ille sine hac ad uite necessita-
tem mercede euangelium predicauit. Nudus famescens sitiens.
hi ergo illi sunt ornatissimi cossymbi qui uestem secundum
peccata contextam si additi sunt: reddunt ornatiorem. Duo
deinde tegumenta superimponuntur indumento illi altari usque
pectus & renes ab humeris descendenti duabus portis in utroque
humero adinuicem coniuncta. Porte autem sunt lapides pa-
triarcharum nomina sex unusquisque celata ferentes. horum
tegminum magna uarietate colorum textura erat confecta.
hyacinthus purpura connectebatur. & cocci rubedo bysso iun

punica poma

gebat. & his omnibus aurea fila erant inspersa. ita ut ex multicolo-
re ac tinctura unus quidem commixtus splendor ex tegmini-
bus refulgeret. Ex quibus discere possumus quod indumenti su-
perioraque cordis sunt ornamenta: multis uariisque constat uir- (Indumenta)
tutibus. Hyacinthus enim ex purpura complicatur. Nam uiuen-
di puritas atque munditie regno coniungitur. Natura enim quo-
dammodo ipsa duce una cum pudoris rubore laudabilis uiuen-
di nascitur ratio. Aurum autem his tincture floribus refulgens
reseruatum huic uite thesaurum subostendit. Patriarcharum
quoque nomina lapidibus insculpta non parum nobis ad uirtu-
tis ornatum conferunt. Preteritorum enim uirorum qui opti- (Exempla bonorum)
me uixerunt exemplis uita nostra corroboratur. Sed huic
tegminum ornatui alius rursum desuper ornatus coniun-
gitur. Scuta enim aurea ex utrisque tegminibus dependent. hec su-
stinent fabricatum quod ex auro figura quadratum duodecim
lapidibus resplendens ordine quodam dispositis. quatuor autem
ordines erant: quorum unusquisque trinitatem lapidum con-
tinebat. lapides autem ita erant uarii: ut nullius ad alterum
esset similitudo. proprio enim singuli splendore fulgebant. Sed
figura quidem ornamenti hec. Spiritalis uero sensus scutorum quidem
que ab humeris dependebant: armatos nos esse hortatur aduer-
sus tyrannum & hostem nostrum. Virtus enim ut a paulo dictum
est, fide ac bona constat conscientia: quibus ita esse aduersus
inimicorum tela munitos oportet: ut his iustitie armis dex-
tris atque sinistris inuulnerabiles maneamus. quadratus autem
ille ornatus qui utrinque a scutis dependebat. In quo nomina
patriarcharum qui tribubus cognomina dederunt impressa
lapidibus: fuerunt cordis tegmenta. qua de re diligenter nos
docet omnibus patriarcharum uirtutibus animum eius esse ex-
ornatum qui duobus his scutis aduersarii tela repulerit. Qua-
drata uero figura stabilitatem uirtutis ostendit. Nam hec figura
equaliter undique angulis & uectis nixa lateribus non facile de lo- (Quadrata)

co mouetur. At uero catenule quibus ornamenta hec ad brachia
connectuntur: precipere mihi uidentur. oportere mihi in al
tiori uita praxin speculationi coniungere. Cor enim speculatio
nis loco primum uidetur. brachia uero operationi. Caput autem diade
mate coronatum reseruatam uirtuosis coronam significat. quam
is exornat qui aurea lamina ineffabilibus erat notis celatus. Ita
induto uestitoque sacerdoti nullum calciamentum imponitur: Calciamenta
ne tardior ad currendum sit aut uix mobilis pelles secum
attrahens animalium mortuorum. Nam ut iam diximus
impedimento calcei fuerant moysi: cum ad ardentem rubum
accederet. Quod si in primo statim aditu reprobantur: multo
magis a sacerdotis pede procul reicietur. Qui autem per omnes
gradus quos iam exposuimus ascenderit: is a deo sibi traditas
tabulas ad populum defert: quibus diuina lex continetur. Sed
dura cum peccato collisione dirupte conteruntur. Peccatum
uero simulachri cultus erat: in uituli similitudine constituti:
quod a moyse contritum aquaque dissolutum ipsis qui peccarunt
factus est potus. Ita omnimodo ea materia que hominum pec-
cato subministrauit deleta est. Prophetice igitur hec historia
de iis que nostris temporibus facta sunt exclamauit. Omnis abolitio idolorum
enim circa simulacra error et uita hominum ablatus est a pio
credentium ore debitus: qui christianissimi laudatissima
professione impietati seruientia idolorum templa deleuerunt.
Videmus preterea que sancta fuerunt apud impietatis mysteria
quasi aquam instabilem delapsa defluxisse: aquam ab illorum ip
sorum ore qui olim cultu simulacrorum insaniebant imbibitam.
Nam cum cernas oculis qui huic uanitati erant penitus dediti alia
templorum suorum in quibus sperauerant diruentes: alia in
alios usus transferentes nonne magna historia clamare uoce ui
detur: futurum esse tempus olim: in quo simulacrum omne
ore ipsorum qui ab iniquitatis errore ad pietatem transpone
tur: delebitur ac imbibetur. Armat deinde leuitas non in alie-

ingenas sed in suos ardenter moyses qui ab altera extremitate
castrorum ad alteram confuse ut quisq; obuiam fieret: omnes
interfecerunt. Ita cum pariter quicunq; mucroni incideret:
occideretur, nemo interficientium. quis amicus aut quis ini
micus discernebat. quis domesticus aut quis affinis: quis co
gnatus aut alienus nemo prospiciebat. Sed unicus atq; par
aduersus omnes in quos inciderant erat impetus. unde disci
mus idcirco absq; dispositione punitos fuisse. quoniam una
omnes ad malum conspirantes ratione uitii quasi unus effecti
sunt. & ueluti cum quispiam unum hominem peccatis com
motus suis cedit uehementer: non hoc aut illud suum affligit
membrum: sed quo flagellum commode potest inferri illud
uerberat. bene enim nouit quācunq; partem percusserit ad to
tum corpus. inde sensum doloris transiturum. Sic quae sine
dispositione tunc adhibebatur punitio: omnes qui conspira
tione uitii quasi erant in unum corpus conflati mirum in
modum castigabat. quare si nonnunq̄ peccatis hominum
iram dei excitatam non in omnes sed in aliquos ferri uidea
mus diuine clementie magnitudinem admirari debemus.
Qua fit ut & si non omnes sicuti merentur percutiantur: Omnes
tamen flagellis castigentur. Verum id ex ipsa historia non alius
intellecta discimus. Ad sublimius autem reducere uolentes
illud prius considerabimus quod communi preconio legis lator
exclamauit. Si quis est domini ad me ueniat. qua uoce lex ipsa
omnibus edicere uidetur. Si quis deum amare uult: meā legē
amet. Nam qui legis amicus est: is certe dei quoq; amicus est.
Iubet deinde his qui tali preconio congregati sunt absq; disqui
sitione & in fratres amicos & proximos gladio ferociter uti. Su
perioris speculationis seriem sequentes dicimus omnem homi
nem qui ad legem ac deum respicit malorum domesticorum
cede purgari. Nec enim semper frater aut amicus aut proximus
in meliorem a scriptura partem accipitur. Sed sunt nonnulli

fratres amici proximi qui quasi alieni ac inimici nobis aduersa
tur: quos eas arbitramur esse cogitationes: quarum uita morte Cogitationes
nobis: mors uero uitam solet inducere. Hec expositio illis etiam
conuenit que de aaron diximus. Ibi .n. pro fratre socium
atque protectorem diuinitus nobis datum angelum intelleximus:
qui aduersus egyptios signa operatur: qui etiam maior etate
iure dictus est. Nam angelica natura homine prius creata
est. Frater uero quia est quedam profecto intellectualis & an
gelice nature ad intellectum & animam humanam affinitas
quas ob res & si utroque in loco frater dicitur: non habet tamen
locum oppositio quomodo is frater appellari possit: qui in
malum accipitur: cum equiuoce fratris nomen nunc in bo
num nunc in malum ut diximus accipiatur. Aduersus igitur
hos malos fratres, gladiorum opponit aciem moyses. quod .n.
aliis quis iubet id sibi quoque ipsi sancit. Horum fratrum cedes
peccatorum interitus est. Nam qui aduersarii consiliis fixum
atque statutum in animo malum deleuit: aduersarium in se ip
so interfecit. Hec autem sententia spiritalis firmior esse atque
uerior uidebatur. Si quedam etiam alia in historia dicta hinc
conuenire ostenderimus. Imperatum .n. fuisse ab aaron dicitur:
ut inaures ab auribus uxorum tolleret. he conflate simula
cri materia fuerunt. Dicimus igitur quod moyses hebreorum
uirtutem in auribus exornare uoluit. Id est lex quam pro
moyse intelligimus obedientiam que per inaures significatur, iu
deorum uirtutem confirmauit: quam tollit aaron: ut ino
bedientia ipsorum ostenderet ad cultum idolorum esse peruen
tum. Idcirco statim ac primum peccandi aditum inaures
auferuntur: ut iam preuaricationis & inobedientie consilia
cepisse uiderentur: quod diuinum preceptum negligendum
esse hortabatur. Id ergo est quod dicimus auferre ab auri pre
ceptorum inaurem. Quare quis hos fratres: hos amicos: hos
proximos interimet: audiet illam uocem: quam a moyse illi

pceperunt: qui tunc sine disquisitione multos e cultoribus idoli occiderunt. Consecrastis inquit manus nostras hodie domino in suo unusquisq; filio uel fratre: ut detur super uos benedictio. Sed oportune modo primorum parentum feci mus mentionem: ut discamus quonam pacto diuinitus con fectas tabulas: in quibus lex erat impressa in terram manibus moysi proiectas a duritie subiecte terre contritas a moyse rur sus fuisse susceptas: non omnino easdem. Sed scriptura solum que in illis erat impressa materiam .n. earum ex inferiori hac suscepit materia moyses: uirtutiq; ipsius subiecit: qui legem rursus in iis secundis tabulis celauit: & sic gratiam reuocauit.

Cum in lapideis tabulis legem reportauerit: in quibus ipse de us legis uoces celauerat. hinc .n. induci possumus: ut diui nam de nobis clementiam intelligere queamus. Nam si uera dicit apostolus: sicuti certe dicit: dei .n. profunda spiritu q siuit. per has secundas tabulas corda nostra idest intellectum animi ducem ac oculum intelligere debemus: unde discere licet infractam atq; immortalem diuinis fabricatam mani bus naturam nostram in principio fuisse: quam lex non scripta sed innata non exterius acquisita sed impressa exor nabat. Naturaliter .n. nobis uoluntati legis inerat que ad ma lorum abominationem & bonorum expetitionem nos insti tueret. Verum postea q peccati sonitum in auribus nostris susce pimus: quem quidem sonitum scriptura uocem serpentis:

Hec uero de tabulis historia uocem uno cantantium nuncu pauit. Tunc hec nature integritas in terram decidit & contri ta est. Sed rursum uerus legis lator cuius figuram moyses gerebat ex natura nostra nature nostre tabulas sibi confecit.

Nec .n. nuptiarum solemnitas carnem dominicam produxit. sed ipse sue carnis factus lapicida digito dei eam inscripsit. Spiritus .n. sanctus peruenit in uirginem: & excelsi eam uirtus obumbrauit. quo facto rursus natura infracta facta est.

Secunde tabule

Illius impressione digiti immortalitatem consecuta. digitus .n. sepius a scriptura spiritus sanctus appellatur. Hoc igitur modo ad gloriosius moyses commutatus fuit: adeo ut inferioribus his oculis tanta talisq; gloria cerni nequiret. quam qdem immutationem qui nostre fidei mysteria nouit: non ignorabit quomodo allegoricus hic sensus historie consentaneus est. Nam qui contritam naturam nostram in integritatem traduxit: qui langores nostros portauit & sanauit egrotos: postea q̄ in pristinam pulchritudinem dirutas nature nostre tabulas restituit: dei ut diximus digito celatas non amplius indignorum oculis capi potest. Nam tanta est amplitudo glorie atq; maiestas eius: ut uisus eorum nequeat ad ipsum accedere. profecto .n. cum in maiestate sua ut dicit euangelium ueniet: ac omnes angeli secum uix iusti glorie ipsius erunt capaces. Impii autem & iudaizantes tante uisionis expertes erant: ut hisayas ait: Tollatur impius ne uideat gloriā domini. Sed iam multa de hoc. quare ad reliqua transeamus.

Maiestas dei inuisibilis

Ambigere profecto quispiam poterit quomodo moyses quem tot tantisq; uisionibus deum uidisse scriptura testatur. qui cum deus ita loqbatur: ut si quis amicum suum alloqueretur: orat nunc quasi nunq̄ uidisset ut uideat: & quomodo diuina uox modo annuit oranti quod petit: & hanc quoq; gratiam sibi uelle conferre non negat. modo in desperationem ducit: cum asserat non esse hanc uitam hominum ei rei quā postulabat capacem: & ad hec quem locum esse apud se deus dicit: & quem in loco lapidem & quod in lapide foramen: In quod iubet peruenire moysem. deinde deum manum suam ad os foraminis illius positam & cum transierit moysem inuocatum e foramine posteriora eius qui uocauit inspecturum. hec .n. scriptura narrat: & sic asserit deum a moyse pspectum sicut diuina uoce sibi fuerat promissum. Hec omnia si quis secūdum litteram solum consideret: non obscurius dumtaxat q̄rentibus

figuram nō p̄r-
tet deo

sensus fiet: uerumetiam non rectas de deo generabit opiniones.
Sola .n. figurata anterius atq; posterius habet. omnis autem fi
gura corporis terminus est. Quare qui figuram deo attribuit:
corpus ipsum consequenter putabit. Corpus autem omne
compositum est. Compositum porro diuersorum ac differen
tium concursu constituitur: Quicquid uero sic constitutum
est: indissolubile non est. quodq; dissoluitur: id corrumpitur.
dissolutio .n. corruptio compositi est. Quas ob res siquis poste
rius dei secundum litteram capiet: In hoc inconueniens con
sequenter deducetur. Nam ante ac retro in figura certe est.
Figura in corpore. corpus natura dissolubile. dissolubile aūt
incorruptibile esse non potest. Sic qui omnio littere seruit
rerum ipsarum. consequentia corruptibilem esse deum
opinari compelletur. Est autem deus incorruptibilis omnio
atq; immortalis. Non est ergo ubiq; sequenda littera. Quod si
hac in parte altiorem q̄ littera patitur sensum querere cogi
mur. quis alienum esse a scriptura dicet. Si ad spiritalem sen
sum totam reducimus. Nam cum necesse sit partes aliquas spi
ritaliter intelligere: totum quoq; necesse est. ut & possit & de
beat sicuti partes intelligi. Est .n. totum ex partibus. quare pa
tium naturam sapiat necesse est. locus igitur apud deum & la
pis in loco & in lapide quedam capacitas. quam foramen appel
lauit. Ingressusq; moysi ad illud impositio quoq; manus dei in
ore foraminis & transgressio eius & uocatio ac demq; posterio
rum partium aspectatio ad altius & conuenientius norma re
gulaq; anagogica sic reducetur. Quemadmodum igitur gra
uia & rotunda corpora: si e cacuminibus montium lapsa deorsū
fuerint: etiam si nullus postea impellat: ipsa tamen per se ue
hementiore impetu si nihil impedimento sit semper deferū
tur: quousq; ad planitiem descenderint. Sic anima cuius na
tura sursum fertur: terrenis absoluta cupiditatibus ardentior
in dies fit: uelociusq; transit a sublimioribus ad sublimiorem

semp conscendens

semper conscendens. Nam cum nihil sibi sit impedimento: per se ipsam ad naturam boni fertur. Attrahit .n. ad se natura ipsius boni, omnes qui ad pulchritudinis eius radios sanis possint oculis respicere. Ita fit ut celestium desiderio semper ad maiora ut apostolus ait consurgat ac semper ad altiora puolet. Nam cum per ea que iam pcepit ad maiora & respicere & aspicere possit: maiore atq; maiore desiderio semper ardet. ac sic indesineter sursum fertur, his que pacta sunt robustior facta. Solum .n. uirtutis actio nutrit laborē uiresq; auget. quapropter magnus quoq; ille moyses cum semel per scalam in qua deus innixus erat: ut iacob dicit ascendere cepisset: nunq̄ stetit: nunq̄ terminum motus nouit. Sed semper de gradu in gradum ascendebat. nec .n. deficere unq̄ potest altior gradus: negauit falsa; egyptiorum regine coniunctionem qua filius eius putabatur: hebreum ultus est ad desertam & solitariam se transtulit uitam: quam humane pturbationes non uexant. Pauit cicurum animalium gregem: uidit resplendentem lucem diuinam abiecit calceos: ut facilius ad lucem accederet. In libertatem uindicauit suos. hostem undis uidit submersum. lucida nube ductus est: sicco lapide sedauit sitim: a celo deduxit panem. Preterea extensione manuum alienigenam fudit. Sonitum tube audiuit: caliginem subiit: ad penetralia diuini tabernaculi ingressus est. Sacerdotii didicit mysteria. Simulacrum destruxit. propitium deum reddidit. legem de deorum prauitate dirutam restituit. gloria effulsit: ac tot tantisq; sublimationibus elatus adhuc ardet desiderio: adhuc tanq̄ famescens ac sitiens. Tanq̄ eo carens quo semper fruebatur: orat ut uideat: non ut ipse capere potest sed ut se habet qui desideratur. Vnde arbitror immenso desiderio atq; ardenti erga deum ita fuisse affectum: qd uisionibus sibi enutriuit: ut ferre non posset quin ab iis que comprehendit ad occultiora compelleretur: quocirca supreme pulchritudinis amator quod iam

uiderat tanquam imaginem eius, quod non uiderat credens ipso frui,
primitiuo desiderabat. Id ergo uult audax in monte illa peti-
tio: ne per specula & imagines sed per ueram & propriam faciem
frui pulchritudine posset. Diuina uero uox per ea que negat
concedit quod petitur: paucul is uerbis immensam sententiarum
profunditatem subaperiens. Annuit .n. deus facturum se quod
petebatur: finem autem atque cessionem huius desiderii futuram
non promisit. nec .n. ita quispiam deum uidere potest: ut
Deus quod videtur uidendi desinat desiderium. Nam in hoc profecto deus uidetur:
ut numquam desinas ad eum respicere. Quare inquit non poteris
uidere faciem meam. nec .n. uidebit homo faciem meam
& uiuet: non quia causa mortis uidentibus sit illa facies. Nam
quomodo uite facies appropinquantibus causa mortis esse po-
terit? Verum quoniam & si uiuificat quidem deus natura, proprium
tamen suum est ut omnem cognitionem excedat. Idcirco qui
eorum que cognoscuntur deum esse opinatur quasi deuia-
sset ab eo qui est ad id quod esse putatur. uitam non habet.
Vera vita Nam qui uere est: is uera uita est. & hic cognitione non com-
prehenditur. Quare si hec uiuificans natura, cognitionem
omnem excedit: non est profecto uita id quod cognoscitur.
quod uero uita non est: id uitam prebere non potest. Sic
igitur desiderium moysi adimpletur: ut insatiabile permaneat.
discat .n. ex istis quod deus natura interminabilis est: nullo
termino comprehensus. Nam si aliquo termino concludi
Deus interminabilis intelligatur: necesse est ut termino illi aliquid connectatur.
omnino .n. quod terminatur ad aliud desinit: ut terrestrium
terminus aer est. & aqua rerum aquaticarum. Quemadmo-
dum igitur piscis aqua & auis aere circumcluditur: & cum
sint in medio istorum elementorum, aque tamen quedam
superficies ad piscem & aeris ad uolatile terminatur. Sic ne-
cesse est si deus termino concluditur eterogenea quadam
natura contineri. Est autem quod continet contento maius.

At uero deus natura bonum esse conceditur. quod autem ad bonū
comparatum eterogeneum est: non bonum sed malum esse com-
prehenditur. & est ut diximus quod continet contento maius.
Quare si termino deus continetur: consequens erit superari ui-
cisq; a malo: Cum continentium uis que continentur exupe-
ret: Id aūt adeo absurdum est: ut nullus unq̄ mentis compos
sic esse opinatus sit: Est ergo interminabilis diuina natura &
interminabile comprehendi non potest. Quare qui diuinam
pulchritudinem uidere desiderat: & ad id tendit: in hoc cur-
su semper consistit: & id est uere deum uidere. ut nunq̄ id
desiderium terminetur. Quare necesse est ut cum uideamus
sicut nobis possibile est maiore uidendi desiderio exardesca-
mus: & sic nullus unq̄ terminus abscindet nobis iter huius
cum neq; ipsius boni terminus aliquis sit: nec satietas deside-
rii huius possit fieri. Sed quisnam est ille locus qui apud de-
um esse intelligitur? quis ille lapis? que est illa capacitas in
lapide? que est illa manus dei que os lapidei foraminis reti-
net. Transitus uō dei quis est? aut posterius eius quod moyses
uidere pmittitur. Oportet n. profecto magnum quid unum-
quodq; istorum esse & deo donanti non indignum. Ita ut om-
ni uisione quam ad hunc usq; diem moyses uiderat: maior hec
& sublimior credi possit. Quomodo igitur illorum uerborum
profunditatem intelligemus? auxilio scilicet illius qui & moysi
& omnibus qui eum amant planam ad omne bonum uiam
solet prestare. Ecce inquit locus apud me: quod sic intelligen-
dum est: quod ab iis que mox diximus non sit alienum. locū
igitur dicit non superficie circufusum nec quantitate ulla
descriptum nec n. est in immenso mersum. Sed ad infini-
tum atq; interminabile loci nomine qui circumscripta men-
sura terminatur auditorem deducit. hunc ergo sensum sub-
ostendere mihi uidetur. Quoniam tibi moyses ad anteriora
pergendi semper ingens desiderium est. Nec ullo hui' cursus

Locus
lapis
foramen

labore defatigaris: nec terminum huius assequendi boni con
stituis: sed semper inhias ad maiora: scias tantum esse apud me
locum: ut numquam terminum eius cursu aut uolatu aliquo quasi
inuenire. hic autem cursus atque uolatus status quidam est alia
ratione. Sistam enim inquit te in lapide mirabile auditu quo
modo unum ac idem est status et motus est. si quis ascendit: non
stat: si stat non ascendit. at hic ascendit: quia stat. Nam quanto
quispiam firmior atque stabilior in bono est: tanto maiore cur
su uirtutis peragit iter. Nam qui caducus ac instabilis cogitatio
nibus est: non fixus in bono nec permanens: sed mobilis atque flu
ctuans opinionibus uariis oppressus et conquassatus. Is numquam ad
sublimitatem uere uite ascendet. Sicut qui colles conantur
scandere sabulosos. Nam et si proiectis in longum pedibus ma
gna transire spatia uideantur: semper tamen ad inferiora de
lapso sabulo deferuntur. Motus igitur fit. progressus autem
nullus fit. At si quis ut psalmista dicit a fece profundi retrac
tos pedes in hoc posuerit lapide. lapis autem christus est plenitudo
uirtutum omnium: quanto firmior ac nobilior ut paulus
consulit in bono fuerit: tanto uelocius uolat hac stabilitate quasi
pennis eleuatus. Cum igitur locum apud se ostendit: ad perpe
tuum cursum exhortatur. Cum uero statum in lapide daturum
se promittit: modum diurni cursus illius moysi subaperit. Ca
pacitas uero aut foramen lapidis uerbis apostoli expositum est.
cum domum non manu factam celestem spe iis reseruari qui
terrestre tabernaculum dissoluerunt asserat. Nam certe qui
cursum perfecit ut ipse dicit in lato illo et capacissimo stadio
quod diuina uox locum appellauit qui uidelicet fidem con
seruauit ac in lapide uti enigmatice dicitur: pedes suos fir
mauit. Is corona iustitie a manu eius qui hec certamina nobis
posuit: coronabitur. hec autem gloria multis nuncupatur a scri
ptura nominibus. Una enim et eadem res hic quidem lapidis capaci
tas appellatur. In aliis autem paradisi delitie. Tabernaculum

Instabilis non venit ad deum

Glorie nomina multa

eternum: mansio apud patrem, patriarche sinus, regio uiuentiū
aqua requietis. Iherusalem superior, regnum celorum, babylon
uocationis, corona gratiarum; corona pulchritudinis; turris
fortitudinis supmensale gaudium; dei consensus; sedes iudicii:
locus nominatissimus occultum tabernaculum. una ergo illi⁹
glorie hec quoq; appellatio est moysi in lapidem ingressus. Nā
quoniam christus lapis est: ut paulo placet: omnem aūt bono
rum. spem in christo firmiter esse credimus: qui bonum ali
quid adeptus est. Is in christo est qui omne bonum cōtinet:
qui uero ad christum puenit & a manu dei tectus est: Man⁹
aūt dei quid aliud esse potest q̄ creatrix rerum uirtus. Ipse
unigenitus deus per quem omnia facta sunt qui & currentib;
locus est & uia: ut ipse dicit & lapis confirmatorum & dom⁹
quiescentium. qui ad hunc inq̄ perueniet: is audiet uocātem.
is in posterioribus uocantis constituetur: ut scriptura monet:
quod probe dauid ille intellexit. habitanti. n. in auxilio excel
si dicit: In scapulis suis obumbrabit tibi: qd̄ est post deum esse
constitutum. Nam scapule posteriora sunt. de se aūt clamat:
Adhesit anima mea post te: & suscepit me dextera tua. Vides
quomodo psalmista cum historia consentit. Nam ut hic di
citur eum a dextera suscipi: qui post deum inhesit: sic ibi eū
manus tegit qui dei uocem expectat in lapide. Sed domin⁹
quoq; qui moysi oracula dedit qui adimplendum legem su
am uenit: enigma id enodans apertissime similiter ad disci
pulos ait. Si quis inquit uult post me uenire: non dixit āte
me. Hoc quoq; ipsum cuidam de uita eterna rogitanti prece
pit dicens: ueni & sequere me. qui autem sequitur: nō facie
sed tergum aspicit. Docetur igitur moyses desiderans deum
uidere. quomodo potest deus uideri. Sequi. n. deum corde
ac animo semper quocunq; ducat: id ipsum est deum uidere.
& n. transitus ille dei ducem esse deum sequentis significat:
cum non sit possibile uiam ignoranti recte ac tuto iter page

Deum uidere

nisi post ducem recte sequatur. Dux igitur preeundo sequenti
uiam monstrat. Qui autem sequitur: tunc a recta uia non
aberrat. Cum semper ducis tergum respiciat. Nam qui ad la
tera se transfert: aut ducentis faciem cernere studet: non
facit eam uiam quam dux ostendit: ac ideo dicitur ei: Fa-
cies mea non uidebitur tibi. hoc est noli ad faciem ducentis
dei occurrere: ne in oppositum cursus fiat. Nam si bonum
bono contrarium non est: & qui ducentis faciem uidet: du-
centi oppositus est. cum ducens bonus sit: ipse malus est. Con
trarium. n. uirtuti uitium. Quare moyses non ex opposito
conspicit deum: sed tergum eius respicit. Nam qui ex oppo
sito deum aspicit: non uiuet: ut uox diuina testatur. Non
uidebit inquit homo faciem meam: & uiuet. Vides quantum
est: ut aliquis discat deum sequi. Nam post illos ascensus mi
rabiles post gloriosas uisiones: post inaudita miracula uix iu
xta finem uite hanc consecutus est gratiam: ut disceret de
um sequi. nihil. n. amplius mali officere illi potest: qui post
deum hoc modo constitutus est. Inuidia post hec fraterna ip
sum inuadit. Inuidia malorum princeps mortis mater pri
ma peccati ianua uitiorum radix: doloris initium: calami
tatis parens: inobedientie causa: ignominie principium. In
uidia. n. nos longe exterminauit a paradiso: uersa in serpen
tem aduersus euam. Inuidia reppulit a ligno uite: sacrisque im
passibilitatis uestibus detractis ficulnis ignominiose foliis in
duit. Inuidia, chayn aduersus fratrem armauit: mortemque
septuplum punita est. Induxit inuidia ioseph in seruitutem
detrusit. Inuidia dico mortifer stimulus mucro reconditus
nature morbus: bilis uenenosa: tabes sponte adhibita telum
amarum: figens animam clauus: flamma cordis: intestino
rum ignis. hanc qui habet non suis malis sed alienis bonis in
felix est. & e contra non sub bono sed malis proximi felix
est. Inuidus. n. felicitate aliorum dolet: calamitatibus gaudet.

miluos calamitatibus pasci & pretiosis unguentis emori aiunt. Videtur .n. natura sua ad putridum ac putulentum esse affinis. qui u̅o huic morbo subiectus est amicorum commodis quasi unguento tabescit: & si quid calamitosum incidisse proximo intellexerit: illico aduolat: posito inuadit adunco: quo si qua latent distrahit atq; dissipat & in medium proponit omnib;. multos hic inuidie morbus ante moysi tempora deiecit. Moysem uero aggressus tanq̄ uas figuli in lapide collisum dirutus ac in uita contritus est. In quo maxime quantum sit cum deo ambulare: quod moyses faciebat: facile p̄spicitur quomodo .n. inuidia illi obesse potuisset qui diuino stadio atq; loco cucurrit: qui in lapide stetit: & in capacitatem ipsius fuerat immissus: qui deum post terga sequebatur: q non ducentes faciem aspiciebat: sed tergum obediens respiciebat. Secutus deum est: idcirco beatus: idcirco altior fuit. quod ut ad ipsum sagitta inuidie posset p̄uenire. Sed aaron q̄dem atq; maria inuidie morbo superati quasi arcum se ipsi prebuerunt: quo uerba sicuti spicula in moysem proiecerunt. At moyses tantum aberat ab huiuscemodi egritudine: ut cum neq; captus neq; lesus ab ea sit: non solum nullam ipse inuidentibus poenam sumpsit: uer̄ & deum precibus placabilem illis reddidit. Docuit ergo nos per ea que fecit nullis telorum ictibus eum tangi: qui uirtutis scuto se ipsum tutatur. Retundit .n. ac hebetat huius scuti firma soliditas aciem cuspidis: immo procul totum reicit telum. Est au̅t horum telorum percussiuum scutum. Ipse deus quem armiger uirtutis induit. Induite naq; uos inquit dominum ihesum hac infrangibili armatura, moyses armatus maligni sagittarii arcum fecit inanem. Nam nec dolore aliquo aut p̄turbatione aduersus iniuriatos commotus est: & posteaq̄ diuinit' condemnatos uidit: nam se illis coniunctum non ignorauit sed deo pro fratribus supplicauit: quod non fecisset nisi deum

Aaron et Maria inuidet Moysi

sequeretur: qui sibi precedens tutam sequenti uiam demōstrabat.
V ex. humane nature hostis a moyse inanis repulsus ad imbecil-
les transtulit bellum: & uoracitatem uentris quasi equitatum
populo immisit: eumq; uictum egyptiarum epularum auidi-
tate strictius illigauit. Moysem autem supra omnium turba-
tionem iam constituto magne fuerat cure futura hereditas:
que repromissa est egyptum fugientibus ac ad eam proficiscē-
tibus terram unde lac & mel commixta simul scaturiunt. hac

Exploratores

de causa exploratores missos de bonis illius regionis interrogat.
hi aūt sunt alii boni alii mali: & boni qdem ut ego sentio sūt
recte cogitationes de re promissa nobis beatitudine christi
fide corroborate. Mali uero incredule resurrectionis atq; bea-
titudinis mentes que idem de repromissis humano generi bo-
nis retundere ac infirmare conantur: quos omnes moyses
reprobauit: eisq; solum credidit qui meliora de regione illa
referebant. Ihesus aūt horum omnium princeps erat: ad quē
moyses respiciens firmam habebat spem de futuris racemis con-

Botrus ex racemo pendens Jesus est

firmatus. Ihesum uero audiens racemum ex ligno pendentē
non dubitabis quis sit ad quem moyses quoq; ille respiciens in-
dubitabili spe consolabatur. Racemus .n. ex ligno dependens
quisnam alius erit? q̄ is qui in nouissimis seculis ex ligno pepē-
dit? Cuius sanguis potus factus est credentibus salutaris. Moyse
id enigmatice nobis predicente. Sanguinem .n. inquit uue
bibebant uinum: qua ex re salutaris christi passio prenūtiatur.
V ex. iter rursus per deserta fit: & laborat siti populus qui repro-

Aqua ex rupe

missionis bona desperauit. Moyses uero rursus per lapidem in-
undare aquis heremum fecit: que res quantum qualeq; sit pe-
nitentie sacramentum docet. Namq postq̄ semel e lapide bibe-
runt: q̄uis ad uentrem & egyptias uoluptates lapsi bonorum
priuatione ac doloris ꝑpessione in deserto condemnentur: po-
ssunt tamen uirtute penitentie lapidem quem dereliquerūt
inuenire: ac fontes quos deliquendo obserarunt: penitendo

reserare. Immortales namq; aque illis ex hoc lapide fluunt qui ihesu explorationem ueram etiam putauerunt: & ad racemum aspiciunt: ex quo pro nobis sanguis defluxit. Verum populus nondum uestigia moysi recte sequi didicit. Sed ad seruiles adhuc lapsus cupiditates egyptias expetit uoluptates. qua ex re historia clamare uidetur labilem esse maxime ad huiusmodi uitia naturam humanam: milleq; modis seductam ad ea cadere: quare perito medico nobis opus est: qui sicut moyses artificiose aduersus uictricem uoluptatem semper resistens non dimittat ut ad mortem usq; morbus homines detrudat. & enim ut asserit historia serpentes ipsis turpis illa cupiditas imminebat. Serpentes qui uenenoso morsu homines inuadebant. At uero legislator serpentis spetie uerorum serpentum uim expulit: ac clare id exponamus. Vnum ergo contra hos pestiferos cupiditatis morbos antidotum est: mundities animi pietatis mysterio celebrata. Caput autem omnium que in hoc christiane professionis mysterio credimus, est firma rectaq; fide in passionem illius respicere qui pro nobis passus est. Crux uero passio eius fuit. quare qui crucem respicit ut historia hortatur: ei uenenum cupiditatum obesse non potest. Crucem autem respicere nihil aliud est quam ut huic mundo quasi mortuos ac crucifixos nos prebeamus: fixos in uirtute: immobiles in peccando; dei ut ait psalmista timore quasi clauo carnem nostram infigentes. Clauus autem qui carnem hanc retinet continentia est. Quoniam igitur praua cupiditas mortiferos e rebus terrenis nobis serpentes immittit. Quicquid enim ex praua cupiditate nascitur: serpens est. Idcirco iam diu lex antidotum nobis in ligno monstrauit. Id uero serpentis est simulacrum non serpens. sicut & paulus dicit In similitudine carnis peccati. Verum enim serpens peccatum est. & qui ad peccatum transfugit: serpentinam induit naturam. ab hoc igitur peccato & adhuc serpentina natura homo per illum liberatur: qui peccati spetiem subiit: qui factus est secundum

humana natura labilis

Medicina contra cupiditates

cupiditas serpens est

nos: qui peccando ad spetiem serpentis conuersi sumus. per eu igitur ne morsus mortem inferant: factum est. ipse uero fere non sunt destructe. feras autem dico cupiditates ipsas prauas. Nam et si praue peccantium, mors nullam habet in illos uim qui crucem respiciunt, carnis tamen aduersus spiritum innata cupiditas non omnino destructa est. Insurgunt enim et fidelibus sepenumero cupiditatis morsus: quos ad sublatum ligno respicientes repellunt: timore precepti quasi antidoto uim ueneni dissipantes. quod autem mysterium crucis sublatione serpentis in deserto figurabatur: aperte nos docuit ueritas cum dicat: Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: sic filium hominis exaltari oportet. Sed iterum atque iterum peccati proteruitas quasi serie quadam usu ab aliis ad alia prorumpit et legis lator ut optimus quidam medicus ad morborum genera curam habet paratam. Nam cum serpentum morsus nihil mali amplius afferebat: in serpentis simulacrum respicientibus: quod enigma iam satis ex dictis intelligitur: alia peccandi uia hosti qui aduersus nos semper meditatur ac cogitat: inuenta est: que nostris temporibus latissime quoque patet. Nam postea quam morbus iste cupiditatis, modestiore uita deferbuerit: ad sacerdotium irrumpunt humanis suffragiis imperiosisque ordinationibus dispensationem dei uituperantes. Ita homines si uno peccandi modo non uicerit alio atque alio aduersarius noster conatur deicere. Vexantur escarum egypti cupiditate: unde serpentes immissi sunt. Simulacro pendentis serpentis ex ligno superantur. Ita crucifixi fides uel figurata liberauit. Cupiditatis autem morbo depulso: superbia locum eius occupauit. Nam cum humile atque abiectum esse crederent ordinem suum seruare, ad dignitatem sacerdotii se ipsos intrudere conantur ac eos depellere non erubescunt qui mysterium id fuerant diuinitus consecuti. sed multi terre hiatu absorti perierunt. reliqui fulminibus conflagrarunt. docet igitur

Cupiditas manet in nobis

meo iudicio his historia finem supcilii atq; superbie diffinitio-
nem sic edere. Superbia est descensus ad inferiora: qđ si uisu ue-
bi ut multis uidetur contrarium ostendat. Superbus .n. qui
super alios est, dici uidetur. non admiraberis. ueritatem .n. di-
uine historie sequi malo q̄ nominum impositionem. Nam si
qui se super alios preferre uoluerunt: hiatu terre demersi
ad infima deciderunt. Non est contemnenda diffinitio: cum
dicimus casum ad infima, superbiam esse. his igitur modera-
tos nos moyses facit. docetq; non extolli rebus bene gestis. Sed
semper quod adest ac instat aīaduertere recteq; id disponere.
Non .n. quoniam uoluptatem superasti: nullo iccirco amplius
morbo deuinci potes. Omnis .n. animi morbus ac pturbatio
casus qdam est. cumq; pturbationes inter se differant: casus
tamen non differunt. Quare sicut per lubricam uoluptatē
quispiam lapsus decidit: sic superbia intricatus ac submersus
decidit. Nullum aūt expetet casum unq̄ qui mentis compos
est: sed equaliter omnem semper euitabit ac fugiet. Quapro-
pter si quem uideris aliqua uoluptate superiorem ut aliis ex-
cedere uideatur: sacerdotio studere: hunc puta illum esse q
praua elatione animi ad inferiora deprimatur. Docet .n. per
ea que sequūtur historia humanam rem quandam sed di-
uinam sacerdotium esse: & docet hoc modo. Virgas ab una-
quaq; tribu accipit moyses. eas illorum qui dederunt nomi-
nibus inscripsit: ac tabernaculo apposuit. Firmiter .n. crede-
bat qđ miraculo quodam per uirgam quam unusquisq; attu-
lit desuper sacerdos manifestaretur. quo facto aliorum qdē
uirge sicut erant pmanserunt. At destinati diuinit̄ᵘ sacerdo-
tis uirga non extrinseca humiditate sed uirtute dei immis-
sa radices propagauit. ramos emisit: & floribus exornata
demum fructum produxit. fructus aūt erat nux: qua re-
grauiter castigati quieuerant. Sed uide quomodo undiq; pe-
regrinata historie diuina prouidentia nos docet. hoc enim

Sup̄bus

Sacerdotium res diuina

Sacerdotis vita q̄lis

fructu quem aaronis uirga ediderat qualis debeat sacerdotis
uita monemur. aspera .n. & continens duraq; debet exterius
esse. Intus aūt & in occulto suaue quid edulium continere.
quod tunc manifestatur. cum maturum fuerit. & corruptus
fuerit stipticus & circunfusus cortex. & lignea nuclei testa
defracta. Quare si sacerdotis examinaueris uitam īuenerisq;
redolentem unguentis ac rosis bysso & purpura florentem
ac mensis pinguibus inherentem. in qua non adhibentur ni
si defecata & clarissima uina & unguenta preciosissima &
quecunq; alia suauia iis gustatu uidentur. quibus hoc secu
lo frui proposuerunt. recte in hunc euangelicis utens uer
bis fructum uideo sacerdotalem arborem non cognosco. Alius
est .n. sacerdotii fructus ab isto. ille continentiam habet. ille
delitias. ille terrena humiditate non pinguescit. hunc mul
ti e terra uoluptatum affluunt riui. hunc igitur etiā mor
bum homines cum effugerent. tunc tuti per alienigenas trā
seunt. lege ita per regiam plateam conducente ut ad neutrā
possint partem declinare. Nam sicut si preceps locus utrinq;
esset. ingentem ostendens hiatum angustum iter per medi
um facienti periculosissimum esset huc atq; illuc declinare.
Sic nullo pacto uia que nobis a lege datur relinquenda est.
quam dominus angustam appellauit. cum nec ad leuam nec
ad dexteram excedere liceat. hic aūt sermo in medietate uir
tutes locatas esse ostendit. Vitium .n. omne ad uirtutem col
latum aut deficit aut excedit. ut uerbi causa si audaciam cō
feras ad fortitudinem. si excessus quidam. si in timorem defe
ctus fortitudine inuenitur. quod uero inter hec quasi angu
sto tramite uersatur. expers extremorum utriusq; id uirtu
tis est. Eodem modo cetera quoq; omnia que uirtutis nomīe
nuncupantur uitiorum affinitate utriq; circundantur. Sa
pientia uersutie & simplicitatis media est. nec serpentum uer
sutia nec columbe simplicitas. si per se ipsum utrūq; cōsideres.

188

laudanda est. Sed qui inter hec habitus est, uirtus est. Similiter
qui a modestia deficit luxu corrumpitur: qui excedit in ipsa.
huius conscientia ut apostolus ait iniusta est. Ille
ad uoluptates pecudum more fertur. hic etiam matrimonium
quasi adulterium abominatur & eicit. Inter hos aūt modestus
se continet: neq; ad uoluptatem omnem effusus & matrimo-
nium ut decet suscipiens. Ver(um) quoniam ut dominus ait hic
mundus in prauo iacet: estq; alieni generis ab his qui legem
sequuntur: quicquid uirtuti opponitur. Id uero est prauitas
quicumq; per hanc uitam ambulat: tuto per uirtutis iter trā-
sibit. Si publicam si uirtuti tutam albamq; continue uiam
paget: nusq̄ ad finitima inuia diuertens. Sed quoniam ut iā
dictum est: cum ascensu uirtutis insidie aduersarii conscen-
dunt: idoneas singulorum uiuendi rationem peccandi cau-
sas excogitantis: alia tunc uafredine insidiari populo statuit:
quem uidebat iam ad deum conuersum rectius uiuere ac
ueluti graues expertiq; imperatores cum difficile putauerit
uictoriam aperto posse consequi marte: dissimulationib(us) atq;
insidiis hostem superare conantur. Si uitiorum omniū dux
atq; imperator diabolus: si quos iam in uirtute stabiliores ui-
dit: non aperte in faciem obicit gladium sed clam & per in-
sidias de loco pellere studet: Idcirco augur quidam & malefic(us)
occultis quibusdam uiribus demonum ad malefaciendum uel
uerbis solis paratus a tyranno madianitarum uocatur: q(ui) cu(m)
uenisset non ut uolebat maledixit. Sed diuina uirtute com-
pulsus populo uel inuitus benedixit. qua ex re facile intelli-
gitur nullas artes magicas nullas hostis humani generis insi-
dias aduersus eos ualere qui uirtutem colunt: sed etiam praui-
tatis tela reiciunt: qui dei presidio defenduntur: habebat ba-
laam auguria: tenebat circula & ad hec ruditu asine ignota
non numq̄ perdiscebat. Cuius uocem quoniam ipse solebat bru-
torum animalium clamores & garritus auium cooperante

diabolus dux vitiorum

Magice artes vane

diabolo intelligere: quasi articulatam significantemq; histo ria enarrauit. ostendens ad hoc uanitatis seductos a demonib; deuenire: ut modum uocis brutorum obseruent: ac inde significantis doctrinam uocis accipere arbitrentur. Cui tunc attendens, eis quibus seducebatur artibus, inexpugnabiles esse iudeos aduersus quos ducebatur pdoctus est. Sic & in euangelica historia legio demonum quis aduersus dominum preparata esset: cum tamen aduenientis uim iam ferre non possent. Clamat inuita ueritatem quod hic est ipse dei filius qui conuenienti tempore ignem peccatoribus eternum retribuet, dicebat. n. legio illa. Scimus qa tu es sanctus dei & uenisti ante tempus uexare nos: quod & tunc factum est. Vis n. demonum que augurem sequebatur: inuictum esse populum dei uatem ipsum edocuit. Ita nullam potest iniquitas edere uocem in uirtuosos qua possit efficere. Sed maledicere studens, benedicit. nec. n. macula ulla sordescunt innocentes. quomodo n. auaritia, qui omnia contemnit maculabitur. quomodo quasi luxuriosus ac uagans solitarius homo uituperatur. quomodo ira miti nocebit. quomodo elate ceruices humilem uexabunt. aut alia quepiam macula immaculatum maculabit? his. n. hec intentio unde est, nullas hosti ansas prestare ut sicut apostolus dicit nihil habeat confusus aduersarius dicere. quocirca ad maledicendum uocatus balaam clamat. quomodo maledicam cui non maledicit dominus. idest quomodo maledicam qui nullam maledicendi materiam prebuit: cuius inuulnerabilis uita est: quia dei scuto protegitur. Verum tam& si hac maledicendi uia nihil in populum hostis efficit. tamen quia uirtute diuina defendi iudeos agnouit non cessauit: sed fedissima uoluptate a diuino remouere studet auxilio. Nam cum omnis uoluptas facile ad uitium alliciat: tum uero fedissimus uentris actus libidinosos presertim iuniorum

Innocens ... [illegible]

Libido ... [illegible]

animos adunco detentos homo attrahit. Id inde patet. Nam
qui armis preualebant: qui hostis ensem sua uirtute retude-
runt: qui legiones armatas fuderunt atq; fugarunt mulie
ris forme percussi ceciderunt. Ita qui uiros uicerunt: a mu
lieribus puincuntur. Nam simulatq; mulieres apparuerunt: — Mulier viri viros
formosa pro telis corpora obicientes: fortitudinis statim ob
liti ad uoluptates deuolati sunt. hic ad nefandas libidines lap-
sus hostibus iudeos diuino priuatos patrocinio trucidandos
prodidisset: nisi zelator phinees ardore suo diuinam senten-
tiam preuenisset. Nam & iudex & carnifex ipse factus est.
sacerdotaliq; usus officio sanguine peccatum purgauit. sangui-
ne inq̄ animalis non innoxii sed eorum qui nefando cri
mine conuenerunt: quorum & corpora uno ictu transfi-
xa & uoluptas morte confusa diuinam iram mitigarunt.
hac ne salutare quoddam hominibus consilium historia pre-
beret. Nam cum multi sint morbi & egritudines animi q
bus homines capiuntur. Nihil tantam in nos uim habere
ostendit: quantam spurcissima hec libido. Nam si uiros illos
qui egyptiorum equitatus diuinitus tecti non timuerunt
quia amalicitas fuderunt: qui ipsorum madianitarum le-
giones fugarunt. Simulac uise sunt mulieres, uoluptatis ma
cipia factos asserit. quid aliud hinc nos instruit q̄ uolupta
tem hanc ualde cauendam esse: que titillationibus suis, nros
armis inuictos superauit: quodq; impudentius est palam
agi turpitudinem persuasit. Ita bestialis ad libidinem impe
tus in pecudes uertit. Nam humane conditionis obliti peni-
tus non modo sua non celabant crimina: uerum etiam porco
rum more alter in alterius oculis palam sordibus deuoluti
turpitudine sceleris gloriabantur. quare aperte nos monet — Fugiendum a consortio mulierum
historia procul a tam terribili bestia nobis esse habitandum:
ne morbus more ignis propter uicinitatem flammam ad
nos usq; transmittat. quod & salomon in sapientia docet: ne

calces inquit ardentes nudo pede carbones nec ignem in sinu
Moises. radix libid. deponas: & in euangelio dominus ut longe ab hac nos peste
abduceret: cupiditatem ipsam que uidendo irrepere solet:
quasi radicem uoluptatis euulsit ostendens non esse suscipien
dam cupiditatem uisu que ad actum ipsum planissima uia
est. Nam perniciosius omnis morbus, pestilentie more, si semel
principalia occupauerit, sola morte sedatur. Sed non esse opus
in longius arbitror moysi uitam producere. Nam si quis ad
prestantiorem uiuendi rationem reduxerit non exigua ex
iam dictis ad ueram philosophiam uiatica & uirtutis exempla pote
rit habere. qui autem meliori est animo quam ut suadere pro uir
tute uelit: nec etiam si multo plura conscribemus, commo
uebitur. Verum quoniam incipientes eam perfectam esse uitam
descripsimus cuius progressum nulla descriptio perfectionis
uetat: sed incrementum ipsum ad maiora & meliora uia est
ad perfectionem mosayce uite orationem deduximus; ueri
tatem illius descriptionis ostendere. Videmus enim illum con
tinue per totam uitam ad altiora sublimatum multo sub-
limiorem se ipso in fine uite factum fuisse: ut quasi aquila
super nubes & ad ipsum ethera intellectualem circulari ascen
su prouectus esse uideatur: tamen natus est cum iniuria haberi
partu masculi egyptius facere putabantur: cum lege tyrannus
mares paruulos insequebatur: sed a parentibus primum de
inde ab ipsis legum perniciosis latoribus sublatus superauit le
gis iniurias & uixit. Ita qui lege mortis eum damnarunt non
solum uiuere sed bene quoque uiuere ipsum curauerunt ac
per omnes egyptiorum doctrinas educauerunt magnitu-
dine deinde animi omnem honorem humanum omnem
regiam dignitatem omnemque gloriam aspernatus est. ma
Sola virtus ornat gnificentissimum enim ac regium iudicauit: non satellitibus
ornatuque regio sed uirtute custodiri & uirtutis ornatu glo
riari. egyptio deinde interfecto ciuem seruauit: pro quibus

nos inimicum atq; amicum anime intellleximus. post hec quietem ac solitudinem maioris sibi discipline faciet magistram: & sic luce ac rubro fulgente animum illustratur. Student communem facere felicitatem sibi diuinitus prestitam. Quare in re dupliciter sue uirtutis manifestauit. tum egyptios resistentes multis modis atq; crebris uulneribus ulciscendo: cum suos ab omni semper imminens calamitate conseruando ducit per mare siccis tantum populum pedibus non nauibus sed fide pelagus transit. facit ut profunda maris terra sicca hebreis essent. egyptiis uero ut erant profunda atq; aspera maria. cecinit parta uictoria laudem est sublimatus. mensam ex diuinis delitiis sibi preparauit: manus suas in de erexit & amalis debellauit. accessit ad montem. in caliginem se intulit. tubam audiuit. deo propinquior factus est. in superiore tabernaculo habitauit. sacerdotium exornauit. inferius tabernaculum condidit. legibus uitam hominum muniuit. bella plurima inuictus gessit. ac in fine suarum rerum gestarum pernitiem luxurie per sacerdotem puniuit: & post hec omnia in montem requietis ascendit: non descendit ad inferiores terras: quo turba populi ex repromissione respiciebat. nec enim allicitur terrenis qui celestibus inuigilauit: sed sursum ad ipsum montis uerticem constitutus ut peritissimus statuarius tota uite sue diligenter conficta statuta non finem in extremo fictionis termino sed uerticem imposuit. quod enim dicit historia de ipso mortuus est moyses seruus domini per uerbum dei. nec ullus nouit sepulcrum eius. nec oculi oculi eius caliginauerunt: nec facies eius corrupta est. hic enim discere licet quot quantisq; uirtutibus hoc sacro nomine dignus homo efficitur: ut dei seruus appelletur. dei enim seruus uere ille est qui cetera omnia superauit. Nam deo seruire quispiam non potest nisi omnia que in hoc mundo sunt propter deum spreuerit. hoc autem ipsi uirtuose quoq; uite

Seruus dei. qs

Epilogus libri

huius seculi finem affert uerbo dei consumatum. Finem dico uiuum cui non succedat sepultura: cui non additur tumulus: qui nullam oculis caliginem nullam faciei corruptionem inducit. Quid igitur historia nos hinc admonet? ad unum esse finem nobis in hac uita respiciendum: ut serui dei nomen assequamur. Nam cum omnes inimicos deuiceris: idumeum madianitam cum equas transieris: cum nube alluminatus fueris: cum ligni uirtute dulciores biberis aquas: cum lapidis fluenta potaueris: cum celestem panem commederis: cum munditie atque castimonia iter tibi ad montem confeceris: cum tubarum sonitu diuina in monte sacramenta didiceris: cum in caligine deo ipsi appropinquaueris ac ab eo tabernaculi mysteria & sacerdotii dignitatem perceperis: cum tui cordis fueris lapicida: cum antheum simulacrum idest auaritie cultum ex animo deleueris: cum exaltatus a deo fueris: ut balaamicis artibus capi nequeas. His autem magicis artibus uarias huius uite pestes intelligimus: quibus homines in bestias commutantur: cum tibi germinauerit sacerdotii uirga non humiditate terrena sed a se ipsa nucem producens. cuius cortices amari & austeri: nucleus ad commedendum suauis & utilis sit: cum omnes qui aduersus tuam audent dignitatem insurgere aut terra obrueris secundum datham: aut igne consumpseris secundum core. Tunc demum accedes ad finem. Finem autem dico cuius gratia cetera sunt.

Nam ut agriculture finis est frugum perceptio: edificationis edium habitatio & nauigationis diuitie: certaminis corona: Sic uirtuose uite finis est. ut seruus dei & sis & uocateris. quam quidem ad rem & illud accedit: ut sepultura obrui nequeas: quod fit. si uitiorum omnium denudatam uitam colueris. Verum huius diuine seruitutis aliud quoque signum historia tradit. nec enim oculus caliginabit: nec facies serui dei corrumpetur. Nam oculus qui semper in luce est: quoniam

191

modo ui tenebrarum caliginabit: quarum omnio expers est: & qui uitam integram semper secutus est: quomodo corrumpetur. Nam cum ad imaginem dei factus sit nec a se ipso degenerauerit: necesse est ut huius imaginis notiones incorruptibilitatem & immutabilitatem retineat. Habes de uita perfecta in breui hac oratione meum iudicium. Nam tanquam exemplar quoddam perfectionis uitam moysi descripsimus: ex qua unum hominum mostrate huius pulchritudinis charatera depingere licebit. quod autem perfectionem homini possibilem moyses assecutus est. Diuine uocis testimonio phibetur. Cognoui te inquit preter omnes. Accedit quod amicus dei ab ipso deo nuncupatus est. preterea cum petentis populi deus irritatus delere uoluerit omnes: cumque moyses una cum populo perire maluerit quam absque populo uiuere. Tunc deus ut amico morem gereret: placatus est. que omnia ostendunt ad humane perfectionis apicem illum peruenisse. Quoniam ergo perfectionem humane uite querebamus: eamque ut potuimus adinuenimus. Nihil iam restat nisi ut ad exemplar istud uiuamus ac diligenter quecumque altius intellecta historia nobis proposuit ad uitam transferentes ab deo cognoscamur: & amici dei efficiamur. Id enim certe perfectio est: ut non timore poenarum sicuti mancipium a uitiis declines: nec uirtutem spe premiorum quasi mercator amplectaris. Sed unum tantummodo terribile arbitreris: ab amicitia dei repelli. Unum expetibile solum amicitiam dei: qua sola meo iudicio uita hominis perficitur.

Antefolium niniejszego rękopisu stanowił (aż do r. 1922) fragment Kalendarza (Maius – Augustus) na pergaminie z medaljonami przedstawiającemi znaki zodjaku oraz zajęcia każdego miesiąca. Fragment ten nie był wszyty, lecz tylko przyklejony do okładki, przyczem wyklejka wąskim jedynie paskiem nań zachodziła. Fragment ten przechowuje się obecnie osobno.

Kalendarz, z którego pochodził, powstał w Polsce (św. Stanisław!) i był napewno używany w Krakowie (zob. dopiski pod 22.VI : 27.VI); wydaje się tedy, że niniejszy rękopis (1286) był oprawiony w Krakowie (?), choć typ oprawy jest włoski. Być jednak może, że tylko ów fragment wraz z wyklejką został dołączony w Krakowie, po usunięciu pierwotnego antefolium, które wydaje się być wycięte.

A. Birkenmajer

1286



